













963

N v
Bon

1473205

4/5
240

…ves in sig. R

245 **BONATUS DE FORLIVIO** (Guido) Decem…
on Title, a number of fine initials, and hundreds of fin…
inner margins of several leaves mended, **gothic letter**, *dou…*

A rare volume. The woodcuts, more especially those of the animals and…

…margins of several leaves mended, **gothic letter**, *double column, limp vellum,* **£2 2s**
Venetiis per Jacobi Petniz Leucēsez, 1506
A rare volume unknown to Brunet and most of the other bibliographers. The woodcuts, more especially those of the animals and figures in the constellations, are really fine.

Woodcuts & Diagram
Venet. 1506.


E.W.

mof

Bonatus
2/2/0



Guido Bonatus de Forliuio. Decem continens tractatus Astronomie.



245 BON
on Title, a
inner margi

A rare volu
seve
colum

A rar
bibliogr
the anim

¶ In nomine domini Amen.

¶ Incipit Liber ĩtroductorius ad iudicia stellaꝝ: ⁊ est non solum ĩtroductorius ad iudicia: sꝫ est iudiciorum astronomie: editus a Guidone bonato de Forliuio de ꝓuincia romãdiole italie: ⁊ collegit in eo ex dictis philosophoꝝ ea que visa sũt sibi fore vtilia ad introducendum volentes intendere iudicijs astroꝝ ⁊ ea que videbãtur competere volentibus iudicare ſm significationes stellarum: ⁊ ad alia quedã ipis iudicijs pertinentia.



In nomine dñi nr̃i Jesu xp̃i miseratoris ⁊ pij veri dei ⁊ veri hominis: cui nõ est par nec cõsimilis nec esse posset eiusqꝫ beatissime matris Marie semper virginis gloriose ac beati Ualeriani martyris capitãei atqꝫ gubernatoris ⁊ defensoris cõmunis Forliuij qui cum patre simul atqꝫ spũsctõ in vnitate essentie atqꝫ trinitate ꝑsonaꝝ a fidelibus orat̃ necnõ ⁊ glorificat̃ trin⁹ ⁊ vn⁹: nec est alius deus preter ipsuꝫ qui celuꝫ ⁊ terram cuꝫ oibus que in eis sunt fecit atqꝫ firmauit cũctaqꝫ in hoium vtilitate produxit: ornauitqꝫ celum stellis tãqꝫ lucernis illuminantib⁹ vt suis virtutib⁹ cuncta inferiora disponerent atqꝫ regerẽt hoibusqꝫ ducatum prout eis concessum est similiter exhiberent: preposuitqꝫ rationales cũctis alijs aĩantib⁹ vt oĩa eis seruirent ipsosqꝫ prerogãter sentire atqꝫ intelligere fecit: ipsis etiã corpoꝝ supcelestiũ mot⁹ atqꝫ ipsoꝝ significata manifestauit: ⁊ extendit eis celum sicut pellem vt possent in eo ⁊ per eum cõicante: ⁊ reuelante diuina sapientia non solum preterita vel ꝑsentia cognoscere: sed etiam futura cauerent prescirent ⁊ nunciare valerẽt. ¶ Ego igit̃ Guido bonatus de Forliuio cũ aliquid ĩ astronomie studuissẽ: ⁊ multa opa nostroꝝ predecessorum inspexissẽ que licet honorandi sunt plurimũqꝫ a nobis reuerendi tamen quidam eoꝝ breuiloquiũ amãtes quãuis dicerent se locuturos introducendis fuit eoꝝ intentio loqui prouectis in alijs scientijs licet in astronomia ⁊ maxime in iudicijs introducendi forent ⁊ rudes: volui componere hoc opus atqꝫ compilare ex dictis antiquoꝝ qui mihi visi sunt incessisse itinere veritatis vtiliora que in ipsis reperta sunt ⁊ in hoc opere ponere ad hoc vt tam illis qui non sunt multuꝫ in alijs introducti scientijs qꝫ in astronomia vtile foret ⁊ ipsi leuiter licet forte non multuꝫ breuiter venire possent ad optatum finem iudicioꝝ rogans sapientiã atqꝫ diuinã benignitatem licet processeriꝫ in diebus ꝙ mihi gratiã cuꝫ ĩtegritate corporis vita comitante prestare dignetur: ita ꝙ opus inceptũ ad dei honorẽ possim ꝑficere ⁊ oium alioꝝ studere volentiũ ⁊ precipue tui bonitati nepotis mei vtilitatem. ¶ Et quoniam opus erit longũ atqꝫ prolixuꝫ ⁊ lõga ⁊ difficilia multumqꝫ implicita non possunt paruo numero v̈boꝝ vndiqꝫ ad plenũ enodari ad maiorem prolixitatem vitandaꝫ nõ intẽdo ponere disputationes nec multas ꝓbationes licet forte aliqua possent in hoc opere poni sed studẽtiũ solũmodo ⁊ tui bonitati vtilitatẽ intendo. ¶ Et diuisi hoc op⁹ ĩ sex partes. Quaꝝ prima est introductoriũ generale. Secunda sunt interrogationes. Tertia electiones. Quarta annorum ⁊ mundi reuolutiones ⁊ includuntur etiã cõiunctiones. Quinta de natiuitatib⁹. Sexta de pluuijs ⁊ ymbribus. ¶ Et introductorio sic incedam: q⁊ primo tractabo de vtilitate quã possumus consequi de astronomia ⁊ de iudicijs astrorum: ⁊ de ipsius cõfirmatione dicã similiter de eius nobilitate ⁊ obuiabo quibusdã volentib⁹ iudicijs astroruꝫ vel electionib⁹ contradicere ⁊ de ptinẽtibus ad hoc. ¶ Secũdo tractabo de diuisiõe orbis signorum ⁊ quõ sic sunt ordinata ⁊ ꝙ non sunt nisi .12. et quare sic fiat eoꝝ denominatio: ⁊ de accidẽtib⁹ ad h̃. ¶ Tertio dicam quid accidit septem planetis in semetipsis ⁊ quid accidit vni eoꝝ ab altero ⁊ de his q̃ ad octauã speraꝫ spectant. ¶ Quarto innuaꝫ de quibusdã cõiũctionibus ⁊ expositionẽ quorũdam capitulorũ. ¶ Quinto de qbusdã cõsiderationib⁹ que cadunt in iudicijs. ¶ Sexto postea ponã parteꝫ iudiciorum. ¶ Septimo electiones. ¶ Octauo reuolutiões. ¶ Nono natiuitates. ¶ Decimo ⁊ vltimo tempoꝝ reuolutiones siue pluuias ⁊ ymbres.

1a Introduc. Genle
2da Interogat.
3a Electiones
4a Ann. Mdi. Reuts
5a de Natiuitatib.
6ta de Plu. et ymb.

¶ Incipit tractatus primus ad ostendendum vtilitates quas possumus sequi de astronomia que est in iudicijs.

¶ Capituluꝫ primuꝫ ad ostendendendum huius vtilitatem in cõmuni.



Anima est nobili⁹ quo repetit̃ ĩ homine: ipa enim dat esse atqꝫ ꝑfectionẽ corpori: ⁊ ei⁹ cibi sũt nobilissimi respectu ciboꝝ corpis: qm̃ ipa respectu ipsi⁹ nobilissima: ⁊ ipa gaudet ĩ lucro ĩtellectuali: ⁊ illud pendet ex scia. s. phie: ⁊ in illa gaudet aĩa atqꝫ delectat̃ in ea: et in quo ipsa gaudet illud est ei⁹ cibus: qm̃ cum ipa sit ex parte veritatis: v̈itatem amat: nec põt eaꝫ per aliquã sciam ita veraciter ⁊ ita plenarie apprehendere sicut ꝑ astronomiam: ⁊ nihil est p̃ter philosophiã primã in qua aĩa tm̃ lucret̃ quantũ in astronomia siue astrologia: per ipsam enim scimus ⁊ cognoscimus creaturas impassibiles ⁊ inalterabiles ⁊ imutabiles in alteram essentiam: vt sunt corpora supercelestia. Et per illas creaturas possumus peruenire ad cognitionem creatoris ⁊ scire de ipso quãtũcũqꝫ mens humana plus possit attingere: ⁊ possum⁹ percipere ipsum esse impassibilẽ ⁊ inalterabilem: ⁊ qm̃ p̃dicta corpora sunt a ꝑfecto ⁊ nobilissimo ꝙ null⁹ hoc diffitet̃ eaꝝ forme sunt nobilissime atqꝫ ꝑfecte. s. sperice quibus non inuenitur principium nec medium centro excluso nec finis. Et sic eaꝝ opationes sunt nobilissime atqꝫ ꝑfectissime ceteris opationib⁹ omnium magisterioꝝ que sunt in hoc mũdo: licet magisterium medicoꝝ sit de nobilibus imo de nobilioribus magisterijs mundi terrestris tamen ma-

gisterium stellaꝝ ꝛ eaꝝ opera sunt nobilissima ꝛ ex
cedunt omnia alia magisteria ꝛ omnes alias opera
tiones. Cã eniz pfecta pfectum inducit effectuz. Me-
dicus eniz intromittit se de corporibus inferiorib⁹
ꝛ corruptibilib⁹ ꝛ alterationem suscipientib⁹ ꝛ simi-
libus. Astrolog⁹ v̈o intromittit se de opationib⁹ su-
percelestiũ corporum que non corrumpunt nec alte
rantur: ipsa enim agunt in inferiora corpora corru-
ptibilia de quibus medicus se itromittit: in ipsa v̈o
nihil corporeũ ẽ qd̕ agat nec patiat nec patiet vsqꝫ ĩ
diem illum quem deus voluerit de quo dictum est
ꝙ neqꝫ angeli neqꝫ filius sed solus pater ꝛc̃. qm̃ oia
corpora inferiora. s. elementata constant ex quatuor
elementis que oia sunt corruptibilia: ꝛ ꝙ hoc sit ve-
rum nemo ambigit. Corpora v̈o celestia constant ex
altera essentia que diuersa est ab illis quatuor elemẽ
tis. s. quinta essentia que est incorruptibilis ꝛ ipassi-
bilis quoniam si essent de istis quatuor elementis
paterent ꝛ accideret eis alteratio augmẽtũ. s. ꝛ dimi
nutio sicut accidit istis inferiorib⁹ corruptibilibus.
Et ob hoc dictũ est. ꝙ corpora supcelestia sint ex qn-
ta materia seu ex qnta essentia. Et mouent illa cor-
pora motu naturali vt qbusdã visum est: ꝛ qbusdã
visum ẽ ꝙ moueat motu voluntario qm̃ sunt mo-
bilia ꝛ non mutabilia motu alteratiuo ꝛ sunt luci-
da ꝛ rotunda. s. ꝛ sperica que forma nobilissima est
pre ceteris formis: ꝛ mutationes ꝛ alterationes ꝛ cõ
uersiones que fiũt a motibus stellaꝝ circũdantibus
ꝛ mouentibus ꝛ corrumpentib⁹ elementa ꝛ ex earuz
in finibus vt dictuz est ꝛ inquiescibili circũuolutõe
que non finitur nec finiet nisi vt dictum est. Philo-
sophice dictum est ꝙ motus terrestris sit iunct⁹ mũ-
do celesti metaphorice tamen intelligendũ est nõ ab
solute: ꝛ ob hoc fiunt mutationes ꝛ alterationes et
corruptiones in isto mũdo corruptibili. Quoniam
soliditas mundi celestis puenit vsqꝫ ad elementa et
circũdat ille ignem. s. ꝛ ignis aerem ꝛ aer aquã ꝛ ter
ram apparentem ꝛ aqua terrã ꝛ inde fiũt corruptio
nes elementorum ꝛ indiuiduorum elementorum.

¶ Capitulum secundum ad ostendendum ꝙ stelle
imprimunt in iferiora corpora ꝛ ꝙ mutatiões que
fiunt in hoc mundo fiunt motibus ipsaꝝ.

[De 4 Elemen]

PRincipia nõ debẽt probari sed supponi qm̃
ad vnum principiuz qd̕ est ante oia preter se
omnia principia reducunt: non enim credo alicui
esse dubium quin motus celi circundans elementa
mutet ignem ꝛ aerem: ꝛ ipsi mutent alia elementa
aquam. s. ꝛ terram ꝛ cũcta animantia ꝛ vegetabilia
ꝛ cetera que sub lunari circulo esse habẽt ꝛ in eis exi
stũt ꝛ cũcta mutationẽ seu alterationẽ suscipiẽtia: qꝛ
sol ꝛ aer operant in omnibus terrenis indiuiduis
. s. ꝛ indiuiduoꝝ partib⁹: qm̃ nõ accidit terre altera-
tio nisi ex mutatione solis per signa. s. quatuor anni
tpa que sunt: ver: estas: autũpnus: ꝛ hyems: qd̕ ap-
paret manifeste in fructibus ꝛ frondibus arborum
ꝛ etiam in aialibus que in ceteris temporibus anni
iungunt simul: ꝛ mouent ad generationem indiui-
duorum suaꝝ specieꝝ: ꝛ maxime in vere plus q̃ꝫ in
alijs temporibus anni ficulnea ꝛ virgulta vegetabi
liũ si quidem adest fructus manifestat. Et etiam vi
demus ex diurnali volubilitate terram calescere in-
frigidari desiccari atqꝫ humectari. Et videmus etiaz
similiter in certis temporibus anni excessus aquaꝝ
ꝛ alias mutationes que fiunt propter circularem re
uolutionem agentis celi: ꝛ inde accidunt alteratio-
nes omnibus rebus in terra positis: ꝛ maxime in

augmento atqꝫ diminutione luminis lune: quoniã
ipsa est magis propinqua terre ceteris stellis ꝛ ma-
gis sentiunt eius impressiones. Et ex calore solis si-
militer qui pre ceteris alijs sentitur licet forte alij pla
nete aliquãdo augeant eius efficaciã aliquando di
minuant eam ꝺm ꝙ est eis naturalis put ipsi ei ap-
plicant vel ipse illis. Aliaꝝ vero stellaꝝ impressiões
non ita sentiunt sed in longiorib⁹ temporib⁹ appa-
rent earum effectus. Apparent etiam effectus solis
manifeste in frondibus ꝛ floribus ꝛ fructibus arbo
rum ꝛ herbaꝝ ꝛ etiaz in his que seminãt ꝛ que plã-
tant manifestius q̃ꝫ in alijs: qꝛ licet operent non pñt
ita manifeste apparere vulgo: sciunt tamen a peri-
tis sciẽtiaꝝ. Alie v̈o stelle cũ planetis in iferiora agũt
per modum motus ꝛ generationis.

¶ Capitulum tertiũ qualiter pueniat ad sciẽtiã iu-
diciorũ astroꝝ: ꝛ qũo est quod excusari potest.

DE hac autem scientia certũ est nos scire posse
non solum cogitationẽ presentium sed prete
ritorum rememorationem ac futuroꝝ prouisionez:
specieꝝ. s. ꝛ indiuiduaꝝ ꝛ etium mundi duoꝝ par-
tium: per subiecta enim scientiaꝝ sciunt eaꝝ effect⁹:
ꝛ earum vtilitas: licet forte quidam inuidentes di-
cant, ꝙ astronomia sit nihil. Certũ est ipsaz esse vnã
ex quatuor mathematicis. s. nobilior: ꝛ si nobilior ẽ
nobiliores habet effectus ꝛ maior est eius vtilitas si
cut suo loco in sequentibus dicetur: quoniam sub-
iecta aliaꝝ mathematicaꝝ sunt infra subiectũ astro-
nomie. Subiectum enim arismetrice est numerus:
geometrie mensura: musice consonatia: (sicut alibi
dicit) que sunt nobiliora ratione demonstratiõis
tamen. Subiectum v̈o astrologie est qualitas mo-
tus supcelestium corpoꝝ. Astrologus scit qualis sit
omnis motus cuiuslibet corporis supcelestis: si scit
qualitates motuũ: scit quales impressiones impri-
munt ꝛ qualia sint eorum significata: ꝛ omnia que
fiunt in terra ꝺm ordinem naturalem ꝛ in ceteris ele
mentis fiunt a motibus supcelestium corporum qd̕
nulli videtur esse dubium nisi esset forte isipiens vl̕
ydiota: ꝛ ipsa sciuntur ab astrologo rõne predicta.
Ergo oia que fiunt presentialiter ꝛ que fuerunt ha-
ctenus ꝛ que fiunt in futuro possunt sciri ab astro-
logo cum ipse sciat qualitates motuuz qui fuerunt
qui sunt ꝛ qui post erunt: in quibus temporibus
erunt ꝛ quid ab ipsis vel ex ipsis concidet.

[ex Astrol. Cognosit Preteritum Present. et futurum]

[Subiectũ Astrologie est Qualitas Motus Cuiuslibet Corp. Celestis.]

¶ Capitulum quartum contra illos qui dicunt ꝙ
scientia stellaꝝ non potest sciri ab aliquo.

QUi hãc sciam vilipẽdẽdã esse dixerũt licet fri-
uolas: aliq̃s tñ iuenerũt occasiones vt repro-
bent: Quaꝝ prima est: ꝙ scia stellaꝝ non potest sciri
tota dicẽtes ꝙ celũ empireum sit totũ stella ꝛ ꝙ iflu-
at ꝛ iprimat sicut ifluũt cetere stelle: sicut sunt qdã fa
tui tunicati: ꝛ astrolog⁹ non facit de ipso mentionẽ:
videt ergo ꝙ scia stellaꝝ nõ sciat ad plenũ. Quibus
videt mihi ꝙ possit vno modo breuiter rñderi. s. ꝙ
ipsi nõ probãt ita esse ꝛ sic eorum ꝯdictio nulla ẽ. Sꝫ
si vellem⁹ cõfiteri de plano ꝙ ita sit videt ꝙ possit eis
taliter rñderi. s. ꝙ licet eoꝝ obiectiones habeãt appa
rentiã nõ tñ hñt existẽtiã: si nonũ celũ est totũ stella si
cut ipsi dicũt non est ei mot⁹ sicut dictum est. Prete-
rea oẽs eius partes sunt eque potẽtes nec vna pars
põt pl⁹ altera vel minus ꝛ sic opꝫ ꝙ equaliter ꝛ vn-
diqꝫ cũ oib⁹ suis partib⁹ influat siue imprimat: qm̃
oẽs ei⁹ partes ꝛ singule sũt coequales ꝛ eque poten-
tes nec differãt lumine nec numero vel virtute aliq̃:
nec moueat de loco in locum nec ad locum. Partes

vero aliorum celorum differunt lumine numero et virtute: nam maior virtus cuiuslibet est aggregata in partib⁹ differentib⁹. Splendor eniꝫ seu lumen cuiuslibet celi septē planetaꝝ est aggregata in vno corpore sensibiliter: lumē v̄o siue splendor octaui celi ē aggregatus in diuersis locis seu corporib⁹ sensibilibus ad diuersas ptes ipsius ad diuersas opatiōes a prima cā eis deputatas: ꝛ sic possunt iprimere multa ꝛ diuersa significata prout eis ꝑmus artifex constituit ab eoꝝ formatione. Jn ipressiōe v̄o noni celi seruatur idemptitas in ipressione v̄o alioꝝ celoꝝ non seruatur idemptitas sed diuersitas sicut dicā tibi suo loco ꝛ tēpore atqꝫ sine eis generatio ꝛ corruptio non fieret ꝛ ipressiones celorum sensibiliuꝫ sentiunt ꝺm eaꝝ diuersitatem. Et si reciperet impressiones seu influentiam a nono celo differētē seu indifferenteꝫ tn̄ non possunt influere siue imprimere in iferiora vniformiter sed diuersimode atqꝫ differenter: nec posset nonū celū ifluere neqꝫ imprimere in iferiora nisi mediantibus celis sensibilibus quoꝝ impressiōes sūt manifeste: ille v̄o illius sunt occulte: qꝛ non possunt esse manifeste nisi diuersificent sicut ventus vel aqua dum intrat ꝑ strictos ꝛ angustos meat⁹ magis pōt ꝛ magis apparet eius v̄tus ꝛ magis sentit: ꝛ vt aq̄que currit ꝑ canalem molendini forti⁹ opat ꝛ magis pōt q̄ꝫ illa que currit ꝑ latitudinem seu spaciositateꝫ aluei fluuialis. Et sicut lumē seu splendor lune cuꝫ intrat ꝑ aliquem locum angustum si inueniat equū habentem fictaꝫ in dorso ꝛ pcutiat vulnus ficte funditus ꝙ moritur inde equus: si v̄o stet equus totus ad splendorem luminis lune ita etiam ꝙ totus aspiciat a luna ꝛ coopiat a splendore luminis ei⁹ tam locus ficte q̄ꝫ alie ptes ipsi⁹ equi non nocet ei nec ledit: ab hoc equus prout phisici testant. ¶ Preterea pōt iri contra eos hoc modo: qm̄ non sunt qui reprehēdant modo astronomiam nisi quidaꝫ qui dicunt se theologos cum sint illud quod sunt qui dicunt ꝙ astrologi non nouerūt totaꝫ astronomiam ꝛ si non sciunt eam totā non possunt ꝺm eaꝫ iudicare nec aliquid ꝑdicere de futuris cum stelle sint quasi innumerabiles ꝛ astrologi non faciūt mētionē nisi de .1022. eaꝝ preter planetas. ¶ Ad quod pōt responderi ꝙ astrologus licet non denominet omnes stellas quia valde prolixū esset tamē vtit eis oib⁹: qm̄ ipse vtit. 12. signis sub qb⁹ fere oēs stelle cōprehēdūtur. Et potest eis dici ꝙ ipsi etiā nesciūt totaꝫ theologiā nihilominus tamē ꝑdicāt tota die: si enim ipsi predicāt sciendo paucā theologiā multo forti⁹ potest astrolog⁹ iudicare sciendo multā astronomiā: non enim pōt sciri de astronomia ita paꝝ quin sit multū respectu ei⁹ quod pōt sciri de theologia: maius enim est prima causa respectu celi q̄ꝫ sit celū respectu grani sinapis: ꝛ astrologus scit de celo plus q̄ꝫ granum sinapis: et ipsi nesciunt de deo respectu ipsius quantū est granum sinapis respectu celi: restat ergo ꝙ astrologi sciunt plus de astronomia q̄ꝫ ipsi de theologia: multo fortius igit possunt iudicare q̄ꝫ ipsi ꝑdicare. ¶ Astrologi enim sciunt de astronomia tantum quantum astra ꝛ celi sensibiles possunt imprimere atqꝫ significare. De illo autē celo empireo siue insensibili nihil ad astrologuꝫ ꝛ nihil ad iudicia nec ad motus stellaꝝ nec ad ea que concidunt ex ipsis. Jllud enim celum sicut est imobile ꝛ imutabile ita est ꝛ non agēs quoniam stelle non agunt in ista corruptibilia inferiora in eo ꝙ sunt stelle vel in eo ꝙ sunt supcelestia: sed in eo ꝙ habent motum ꝛ ꝙ mouentur.

¶ Capitulū q̄ntū contra illos qui dixerunt ꝙ planete vel alie stelle nō h̄nt significare aliq̄d sup generatione neqꝫ super corruptione neqꝫ super aliqō de his que fiunt citra globum lune.

Alia occasio est quorūdā illoꝝ qui dixerūt ꝙ planete vel alie stelle nō h̄nt significare aliq̄d sup ḡnatione neqꝫ sup corruptiōe neqꝫ sup aliquo ꝺ his que fiūt citra globū lune. Quib⁹ taliter est respōdendū ꝙ oēs sapientes concordāt in hoc ꝙ inferiora regunt a supiorib⁹ nō ꝙ stelle regāt homineꝫ vel equū vel currum vel nauim vel alia instrumēta corruptibilia per illū modū ꝑ quem regunt ea hoies q̄ sunt corruptibiles: nō enim cōuenit effectuꝫ accedere ad dignitatē sue cause: sed regunt ea mouendo et corrūpendo elementa ꝛ cōuertēdo ea: ꝛ ex illis fit generatio ꝛ corruptio ꝛ efficiunt īdiuidua ex elemētis que corrumpuntur: demū corrūpunt indiuidua et redeūt in elementa ꝛ sic annichilat quod ipsi dicūt.

¶ Capitulū sextū contra illos qui dicūt ꝙ planete habent significationē sup rem vniuersalem tantuꝫ.

Alia occasio ē quorūdā q̄ dicūt ꝙ planete habent significare tm̄ sup res vniuersales ꝛ non particulares. Quibus taliter est respondendū ꝙ oē indiuiduū ex elemētis cōstat ex quatuor elementis ꝛ elementa cōstituunt illud. nec possent illud constituere nisi corrumperent a planetis alijs tn̄ stellis nō exclusis mouentib⁹ se circa illa volubilitate cōtinua ꝛ ingescibili: qꝛ si planete significarēt species vniuersaliter sicut ipsi dixerunt ꝛ esset veꝝ oporteret ꝙ ipsi significēt indiuidua constituētia spēs: ꝛ non solū indiuidua sed ptes indiuiduoꝝ vt manus pes caput et similia. Et faciunt etiā planete ꝑ cōuersionē elementoꝝ ꝛ eoꝝ mutationē ꝛ alterationē indiuidua crescere augmētari senescere infirmari ꝛ similia propter elementorum corruptionem ꝛ conuersionem ꝛ iteꝫ corrumpi ꝛ in elementa redire.

¶ Capitulum septimum contra illos qui dixerunt ꝙ stelle significant tantum duo scilicet necessariuꝫ et impossibile: possibile vero non.

Alia occasio est quorūdā qui dixerūt ꝙ stelle significāt tm̄ duo: necessariū. s. ꝛ impossibile: possibile v̄o non: necessariū sicut ignē eē calidum: et impossibile sicut equū volare. possibile v̄o nō vt hominē moueri vel scribere. Quib⁹ taliter pōt responderi. s. ꝙ quedā sunt necessaria, quedā impossibilia. Quedam enim sunt necessaria vt celum volui ꝑ naturam suā: quedam impossibilia sicut ignem eē frigidum ꝑ naturam suā: ꝛ quedam sunt possibilia vt aquam eē calidā ꝑ accidēs ꝛ non ꝑ naturā suam. Et hominem loqui ꝑ naturā suam possibile est hoieꝫ loqui nunc ꝛ ꝙ fuerit locutus hacten⁹: ꝛ ꝙ sit locutus in futurum sed tamen licet fuerit locut⁹ in duobus temporibus olim ꝛ nunc non est tamen necessarium ꝙ sit locutus in futurum: qō enim est necessarium seu naturale speciei est cuiuslibet indiuidui illi⁹ spēi sicut volare qm̄ in quolibet indiuiduo illarū specieꝝ inuenit hoc. s. posse volare. Quod v̄o est possibile speciei est possibile cuilibet indiuiduo illi⁹ speciei. Unde apparet qꝛ est possibile: non est enim necessarium hominem nere nec est ipossibile homineꝫ nere. vnde videm⁹ quosdā homines nere: quosdam alios non nere. Et possibile est hunc homineꝫ cum nascit esse regem: ꝛ possibile est hunc eundem hominem non esse regem: si autem non fuerit rex ipossibile fuit eum esse regem: sed inter necessarium ꝛ impossibile medium est possibile: ꝛ inter necessa

rium ⁊ possibile medium est iudicium: igitur possi-
bile est: ⁊ iudicia stellarum sunt vera ⁊ vtilia q2 na-
turalia: vnde non sunt causa per accidens ab eo ꝙ ē
sibi naturale. Unde non sunt iudicia pro nihilo re-
putanda sicut inuidi dixerunt: ⁊ sic male dixerunt il
li qui dixerunt quod possibile non est: quoniam vi
demus manifeste quod possibile est: ⁊ sic opera stel-
larum ⁊ iudicia sunt. ¶ Est etiam necessariũ vt cũ
pluit sit aliqua nubes: est impossibile vt cum non ē
aliqua nubes ꝙ sensibiliter pluat: sed non est neces-
sarium ꝙ semper cum est nubes pluat: nec est ĩpossi
bile quin ex qualibet nube posset pluere. sed est pos
sibile ꝙ ex ista nube sit pluuia: ⁊ possibile ꝙ ex ista
nube non sit pluuia. Igitur possibile ē ⁊ iudicia stel
larum sunt: quoniam per motus ⁊ dispositiões cor
porum supercelestium ⁊ aeris variationez tu potes
scire ex qua nube debet esse pluuia ⁊ ex qua non de-
bet esse pluuia prout in tractatu de mutatione aeris
dicet. Item cum aliquis habet rem edibilem in ore
possibile est ꝙ comedat ⁊ glutiat eam: ⁊ possibile est
ꝙ non comedat nec glutiat eã: ⁊ istud possibile ha-
bet se ad vtrũqz ad necessariũ scilicet ⁊ impossibile:
quia cum sit possibile ipsum comedere ⁊ si comede
rit: illud possibile factum est necessarium exquo per
uenit in actum ⁊ est ei ablata possibilitas: ⁊ est effe-
cta ⁊ deuenit in diffinitionem necessarij. Similiter
cum sit possibile exquo non peruenit in actum im-
possibile ⁊ deuenit in diffinitionem impossibilis ⁊
est ablata possibilitas. Et sic stelle ⁊ elementa habēt
significare possibilia ⁊ non tantum necessaria ⁊ im-
possibilia. Opz enim astrologum scire veritatē pre
dicere futura.

¶ Capitulũ octauũ contra illos qui contradicunt
iudicijs astronomie: ⁊ q reprehendunt eaz nescien-
tes dignitatem eius eo ꝙ non est lucratiua.

ALia enim occasio est illoꝝ qui dicunt ꝙ iu-
dicia astronomie non valent quia nõ vidēt
pecuniariam vtilitatem si est ⁊ quãdo ⁊ quomodo
sciunt excogitare: dicunt hãc scientiã nihil esse. Qui-
bus videt mihi taliter respõdendũ videlicet ꝙ ipsi
non curant de granis: sed solũmodo de palea: ita ē
eniz de scientia respectu pecunie sicuti est de granis
respectu palee: qui enim pecuniarum cõmodum di
cunt preferendum scientie iudiciorum astronomie
videntur ostendere ꝙ apud eos nihil habeatur taz
nobile q̄z accumulatio pecunialis que leuit potest
perdi. Et dicũt ꝙ q abundat diuitijs nihil ei deest:
quia non nocet ei si non est sapiens dicentes stultitiã
patiunt opes ⁊ ꝙ fatuus fortunatus nõ indiget sciē
tia non considerantes errorem suum ⁊ non cogno-
scentes suas probatiões falsas imo nullas. Ois. n.
res que subiacet probationi probatur per cõsimile:
sicut probatur scientia per scientiam ⁊ substantia p
substantiam: ⁊ sepissime vidi hoc ꝙ vulgus non cõ
mendat aliud nisi accumulationem pecunie: nec mi
rum quoniam ipsi vident aliquãdo quosdã taz re-
ligiosos q̄z alios qui credunt sapiētes tam in astro-
nomia atqz medicina q̄z in alijs scientijs attendere
circa illa quorum opiniones si bene considerentur
satis videtur mihi posse infringi: quoniam scientia
respectu pecunie nobilissima est: pecunia eniz respe
ctu scientie vilissima est: ipsa enim potest dari sapien
ti: fatuo probo vili inerti debili ei qui alias pro ni-
hilo reputatur ⁊ quasi nihil est: nec erit aliquis ita
diues pecunia si fuerit alias vilis vel fatuus qn dica
tur de ipso ⁊ est verum: iste nihil est sed custodit pe-
cuniam pro alijs vel alienam: nec datur ei pecunia
propter fortitudinem: q2 videm9 quosdã fortes idi-
gere pecunia: ⁊ quosdã alios fortes abundare pecu-
nia: quosdã debiles indigere pecunia: quosdã debi
les abundare pecunia: quare hoc sit dicetur inferi9
in iudiciorum negocio: vel forte in tractatu natiui-
tatum. Nihil solum est qđ sine alterius aminiculo
possit nobilitare hominem preter sapientiam. Ma
gnanimitas non potest perfecte nobilitare hominē
sine pecunia quia magnanimus nõ potest perfecte
ostendere suã magnanimitatem nisi habeat qđ det
alijs: pecuniosus sine magnanimitate atqz volunta
te bene faciendi non potest ostendere suas diuitias:
quia cor eius non patit bene facere: ⁊ ita ei9 pecunia
est thesaurus sepultus. Scientia vero est res que so
la potest hominem nobilitare sine alterius adiuto-
rio: ⁊ sic scientia preualet omnibus alijs accidentib9
⁊ si nulla alia causa laudetur: homo laudat propter
scientiam: quia omnibus alijs accidentibus potest
homo priuari priusq̄z scientia: ⁊ ipsa non adoptat
alicui propter fortitudinez: nec propter debilitatem
nec propter nationem: nec propter diuitias: possent
autem diuitie adaptari propter ipsam: verũtamen
verus sapiens de temporib9 non curat: q2 nihil ad
eum de his que possunt auferri ab eo preter corru-
ptionem subiecti. Et hec est causa quare sapiens nõ
curat de illis: q2 non laudatur propter sapientiaz ⁊
propter intellectum atqz discretionem ⁊ cognitiõez
reꝝ facientium hominem dignum nobilitate. Ho-
mo enim dignior est ceteris animalibus: ⁊ hoc non
accidit ei nisi propter sapientiam atqz philosophiã
⁊ cognitionem eoꝝ que non cognoscunt ab alijs aia
libus: ⁊ per instrumentum rationis ⁊ rationabilita
tis que sunt in homine: ⁊ illud est sapientia ⁊ reruz
cognitio: ⁊ illud consistit magis in cognitione eorũ
que fuerũt que sunt ⁊ que futura sint. Et sciētia ta-
le accidens est quod quanto magis in hoie auget:
tanto magis remouet ipsum ab alijs animalibus ⁊
efficitur dignior ⁊ nobilior eis propter hoc ꝙ est in
anima eiusdem scientia ⁊ discretione atqz cognitiõe
reꝝ que fuerũt que sunt ⁊ que in antea future sunt:
⁊ quanto minus est in eo de sapientia: tãto magis
est remotus a rationabilitate ⁊ magis propinquus
brutis: ⁊ hoc non potest ei euenire scilicet ꝙ esset di-
gnior ⁊ nobilior alijs animalib9 nisi per sapientiam
⁊ philosophiam: ⁊ illa non potest ei euenire nisi p
litteraturaz nec potest ei euenire propter substantiã
accumulataz: sed ex substantia potest viuere in gete:
tñ illud non est viuere vt vere viuere: vnde Seneca.
Ociũ sine litteris mors est ⁊ viui hois sepultura: vñ
si nõ eēt homo sapiens non esset dignior ceteris aia-
lib9 sicut est: quoniã omnia animalia participãt cuz
eo in alijs preterq̄z in sapientia: q2 que viuunt oia
comedũt: q̄dã bibũt: ⁊ q̄dã comedũt ⁊ bibũt ⁊ gene
rãt nascunt crescũt augmētant diminuunt senescũt
moriunt sicut ⁊ hoies: ⁊ sic per sapientiam ⁊ cogni-
tionē ⁊ itellectum homo est effectus dignior ceteris
aialibus. Et si illud quod facit hoiem dignum no-
bilitate est sapientia oportet ꝙ illa sapientia que est
nobilior ⁊ dignior ⁊ altior faciat hominem nobilio
rem ⁊ digniorem ⁊ altiorem ⁊ magis intelligentez:
⁊ illud est scientia futurorum quod non potest scire
nisi per scientiam stellarum: igitur scientia stellaruz
est nobilior ceteris scientijs preter philosophiaz pri
mam: nec tamen illa potest sciri neqz haberi perfecte
nisi per scientiam stellarum.

¶ Capitulum nonum contra illos qui dixerunt ꝙ
scientia stellarum non est vtilis sed potius damno-
sa eo ꝙ inducit tristiciã ⁊ angustiã illis qui presci-
uerunt accidentia futura vnde tristantur illa de cau
sa anteq̃ eueniat eis impedimentum.

Alia occasio est illorũ qui dicunt ꝙ iudicia
stellarum non valent: nec est in eis vtilitas s;
potius damnum licet hec scientia sit vera ⁊ ei⁹ iudi-
cia sint va: tamen est potius damnosa q̃ vtilis: quo
niam si aliquod grauamẽ quod debeat euenire ali-
cui preuideat a remotis imittet ei timorẽ ⁊ tristiciã
ante tempus doloris vsq; dum sibi illud malũ ac-
cidat: ⁊ postea nihilhomin⁹ oportet eũ tristari ⁊ do
lere atq; lamentari: nec possit astrologus auertere il
lud grauamen qđ ẜm stellas ventuꝝ est: ⁊ etiã si auer
teret non posset ad minus auertere iram ⁊ angustiã
quã pateret ille cui malũ esset venturũ vsq; ad ho
ram euentus eius. Quibus taliter potest familiari
ter responderi videlicet ꝙ ipsi nesciunt quid sit dice
re illud qđ dicũt: qm̃ videt ꝙ ignorent quanta sit di
gnitas ⁊ q̃ magna sit vtilitas hui⁹ sapientie: quia si
scirent non dicerent qđ dicunt. si enĩ aliqđ malum
imineat alicui homini quod ẜm stellas venturum
sit ⁊ ipse presciuerit illud malum futurum: videbit
quale malum sit ⁊ cuius speciei sit illud malũ ⁊ illi
se opponet. Ait enim Ptholomeus in centiloquio
astrolog⁹ optim⁹ multa mala potest auertere que ẜm
stellas ventura sunt. Accidẽtia enim futura sunt aut
vniuersalia aut ꝑticularia: vniuersalia quidẽ sicut:
hyems: estas: calor: frigus: aeris distemperantia: vt
pluuia: nix: grãdo: pestilentie: vt mortalitas: fames:
sterilitas: abundãtia terrenascẽtiũ ⁊ similia. Ex istis
enim vniuersalib⁹ quedam sciũtur a sapientib⁹ tan
tum: quedam sciuntur non solum a sapientib⁹ veꝝ
etiam a vulgo. Sapientes sciunt illa per eorũ indu-
striam videlicet per hãc scientiam scilicet astrorum.
Laici enim ⁊ alij huius scientie imperiti sciunt que
dam ex vniuersalib⁹ futura per longa experimenta
que suis temporib⁹ viderunt ⁊ audiuerũt ab alijs
longeuiorib⁹ se qui etiam viderunt suis temporib⁹.
Uiderunt enim in climatib⁹ in quib⁹ oriçon reflecti-
tur ad septentrionem frigus magis inualescere dũ
ingredit geminos: ⁊ durare dum ingredit virginẽ:
licet ẜm magis ⁊ min⁹ in alijs temporib⁹ esse temp⁹
dissimile ab istis: vnde in estate quãdo sentiũt calo-
rẽ dicũt in tali tempore erit frigus erunt niues plu-
uie venti ⁊ similia: tunc fulciunt se frumento vino li
gnis indumentis ⁊ alijs necessarijs quibus possunt
expellere contraria in tempore illo: ⁊ qui nõ habẽt
domos student edificare illas vt possint fugere plu-
uiam niues ⁊ alia ꝯria euẽtura: que si nõ ꝑscirẽt nõ
fulcirentur necessarijs supradictis: ⁊ sic possit esse cã
interitus eorũ. Restat ergo ꝙ prescientia futurorũ
valet. ¶ Similiter sciũt ꝑ expimẽta supradicta in q-
bus temporib⁹ debeant seminare vt recolligãt in fu
turũ: vnde possint ducere vitam suam ẜm diuersas
species diuersarum reꝝ: ⁊ plantant etiã arbores in
temporibus in quib⁹ consueuerũt ipsas videre vi-
uere ẜm diuersas species plantationũ: non enim se
minat vel plantat quelibet species seminis vel plã-
tationis in omnibus temporibus anni equaliter:
nec in omni regione ẜm tempus idem anni. Aliter
enim plãtatur in hyspania: Aliter in anglia: Aliter
in lombardia: Aliter in romania: Aliter in epulia:
Aliter in asya: Aliter in ethiopia: Aliter in alpibus:
Aliter in planicie: Aliter in hyeme: Aliter in estate:
⁊ alie res seminantur ⁊ plantantur in vno tempore
q̃ in alio: quelibet earum in tempore sibi ꝯueniẽti
⁊ in quo sperat ex ea vtilitas futura: ⁊ ita ẜm diuer
sas regiones: ⁊ ẜm diuersus situs locorum: ⁊ omnia
hec presciunt. exꝑtores locoꝝ ita ꝙ rarissime fallunt:
prescientia igit futuroꝝ est vtilis. Sed possent isur-
gere aliq tunicati vn⁹ quoꝝ fuit ille fatu⁹ ⁊ dicere ꝙ
ista non eueniũt ab impressionibus planetaꝝ: vnde
non est disputandũ cũ illis: quia non considerãt ꝙ
q̃libet regio ⁊ q̃libet situs regionis calefit propt ap-
propinquationẽ solis: ⁊ infrigidat propter solis re
motionẽ: ⁊ propter ei⁹ nimiam appropinq̃tionem
arescit regio: ⁊ propter nimiam remotionem infri-
gidatur nimium: vnde tunc sciunt non esse seminã-
dum quodlibet semen: nec plantandũ quamlibet
plantationem propter excessum caloris vel frigoris
⁊ his vtũtur: q; presciunt ea sic euentura propter lõ-
ga experimenta que viderunt ⁊ quibus vsi fuerũt:
que si non scirent: non scirent in quibus tempori-
bus deberent facere supradicta ⁊ sic perderent expẽ-
sas ⁊ laborem suum. Alia v̇o vniuersalia que vni-
uersaliter eueniũt vniuersis cuiuslibet climatis vel
cuiuslibet regionis quedam possunt euitari: quedã
non possunt euitari: possunt tamen eoꝝ effectus di-
minui vel alterari taliter ꝙ poterit esse vtilitas eorũ
qui presciuerunt illa. Non possunt sciri nisi a peri-
tis huius scientie omnia: quedam tamen ex eis pos
sunt sciri a peritis medicis vnde hypocras in amfo
rismis. Illa enim que sciũtur ab astrologis nec pos-
sunt presciri a vulgo sunt plura sicut sunt pestilẽtie
fames sterilitas penuria infirmitas mortalitas tam
rationaliũ q̃ brutorum: pluuia nix grando frigus
vel calor insuetus excedens modum ⁊ similia a qui
bus potest ille q presciuerit sibi cauere: ⁊ sic prescien-
tia futurorum est vtilis ⁊ non damnosa: incognitũ
malũ non euitat: cognitũ tñ põt euitari si presciatur
maxime a remotis. Cũ enĩ preuiderit aliqs ꝙ fru-
mentũ sit carũ futuꝝ poterit sibi emere cũ fuerit vile
atq; reseruare vsq; ad tẽp⁹ in quo fuerit sibi vtile idẽ
de vino ⁊ oleo ⁊ similib⁹. Cũ presciuerit mortalitatẽ
futurã in aliquo climate vel in aliqua regione pote
rit se mouere ⁊ recedere ab illa regione ⁊ ire ad aliã
in q̃ pestis non minabit in anno illo. Cũ preuiderit
ĩfirmitatẽ futurã in aliq̃ regione poterit se oppone-
re cãe minanti infirmitatẽ illã: vel ire similr ad aliã
regionẽ vt san⁹ moret: ⁊ sic prescĩa illius rei erit cã sa-
lutis preuidentis rẽ illam futurã ⁊ euasionis a peri
culo futuro. ¶ Similiter si preuiderit aliqs pluuiã
futuram ꝙ potest ante aduentũ pluuie fugere ad te
cta ⁊ ad loca in qb⁹ pluuia nõ possit eũ madefacere.
¶ Similr cũ aliqs sit egratur⁹ mare ⁊ preuiderit vẽ-
tũ futurũ vel aliam tẽpestatẽ poterit ante aduentũ
tẽpestatis ꝑuenire ad portũ in quo sit secur⁹ ne nau-
fragiũ patiatur: vl' non intrare mare donec transiat
tempus dubij. ¶ Similiter si fuerit facta questio de
aliquo infirmo: vel si sciret astrolog⁹ inicium infir-
mitatis illius: poterit ꝑscire vtrum infirmus ille de-
beat euadere ab infirmitate an debeat inde mori: ꝙ
si preuiderit moriturum poterit ei predicere mortẽ:
⁊ eger qui non crederet forte se mori ex egritudine il
la assumet penitentiam ⁊ cõfitebit peccata sua: ⁊ Je-
sus xp̃s dñs noster prouidebit ei in futura vita scili-
cet isensibili: ⁊ poterit ẽt testari ⁊ disponere domui
sue atq; ordinare res suas ⁊ disponere cum suis cre
ditorib⁹ atq; debitorib⁹: ꝙ si nõ faceret possit eẽ peri
culũ illis qui remanerent post ipsum: ⁊ qui deberẽt

hereditare bona sua: ⁊ possent venire bona eius ad
illos ad quos non vellet infirmus bona sua deueni-
re: ⁊ illi ad quos ipse vellet ꝙ bona sua deuenirent
possent carere ipsis ⁊ sic posset blasphemari ⁊ vitu-
perari post mortē: plus enim diligit homo aliquā-
do vnum de heredibꝰ q̃ȝ aliū: plus aliquando ma-
sculum q̃ȝ feminā: aliquādo tantum naturalē q̃ȝ le-
gitimū. ¶ Et similiter qui esset ingressurus mare si
non prediceret ei astrologus: tempestas futura pos-
sit eē causa sui periculi: ⁊ sic bonū ē ⁊ vtile prescire fu-
tura: ⁊ malū ⁊ dānosum ignorare. Iste igit̄ cause et
multe alie possent assignari ꝙ prescire futura de re-
bus vtilimū est. ¶ Similiter sunt quedā futura par
ticularia que valde potest esse vtile prescire: vt si sciat̄
natiuitas alicuiꝰ: vel habeat̄ eiꝰ questio vniuersalis
vel etiā ꝑticularis sup aliqua re quā voluerit scire
tu poteris videre vel aliqs astrologus aliꝰqd debe-
at ei euenire de re illa. Unde si minet̄ ei damnū pote
rit illud euitare: ⁊ si ꝓmittat ei lucrū poterit illud ap
prehēdere ⁊ illud erit sibi vtile. Et si videris ī aliquo
anno reuolutionis sue ꝙ imineat ei aliqđ periculū
poterit illud euitare: vt si sit īfirmitas poteris ei pre-
dicere cām egritudinis ⁊ opponet se illi ⁊ conuertet
naturā suā ad cōtrarium cause ⁊ qualis infirmitas
debeat euenire: vnde si euenerit infirmitas aut non
appropinquabit ei: aut si appropinquauerit minꝰ
nocebit: qđ si non caueret sibi posset supuenire talis
egritudo ꝙ posset esse causa sui interitus: vel cronica
retur egritudo ⁊ vltimo posset inde mori: si sit mors
poterit ei predicere mortē suā in anno illo: ⁊ ipse or-
dinabit facta sua: sicut dictū est: nec posset occupari a
morte subitanea seu repētina sine ordinatione suaꝝ
rerum tam spiritualium q̃ȝ temporalium. Si sit in-
firmitas vel mors fratꝝ vel filioꝝ vel patris vel ma-
tris poterit se opponere quilibet eoꝝ in suo eē. Si
sit interitus animalium ⁊ habuerit aīalia tam maio
ra q̃ȝ minora poterit illa distrahere ante aduentum
pestis: vnde nō patietur inde dānū: ⁊ illa intellige đ
significatis cuiuslibet domus. ¶ Similiter si etiam
aliqs querat timens ne inimicus eiꝰ faciat in euȝ in
sultum poteris ei predicere vtrū sit agressurus eum
⁊ tunc poterit se munire amicis ⁊ armis ⁊ similibus
vt possit a se inimicum expellere: qui si non precaue
ret sibi: posset interfici ab eo vel male tractari: he et
multe alie cause ꝑticulares possent assignari q̄ pos-
sunt euenire hominibus quas vtile est prescire ⁊ etiā
nulli damnosum sicut quidam dicere voluerunt.
¶ Similiter ⁊ periti medici quando vident in vno
tempore anni corruptionē aeris ꝑ aliquā mutatio-
nē ipsiꝰ de vno eē ī aliud ꝑ aliquos ventus notos: vel
ꝑ pluuiā multā: vel quacūqȝ alia occasione predicūt
pestes futuras vt q̄rtanas febres acutas: dolores ca-
pitis: grauedinē auditꝰ: lippitudīes ⁊ similia: vnde
possunt hoīes parare se ad expellēdū accidentia illa
futura nociua farmacijs dietis cōtrarijs causis ex q-
bus accidentia illa nociua sunt futura: ꝙ si non pre
cauerēt sibi possent cadere in egritudines ⁊ morbos
pestiferos ⁊ similes. Preterea medici ⁊ etiā vulgus
ꝓpterea ꝙ viderūt suis temporibus calorē inuale-
scere in estate opponūt se in vere humoribꝰ calidis ⁊
educūt eos cum medicinis purgantibꝰ eos ne calor
estiuus augmentet acumen humorum calidorum ⁊
sit causa egritudinum exterminantium. Et sic vtilis-
sima est prescientia futurorum accidentiuȝ: qm̄ sicut
peritus medicus potest preseruare corpora hoīum
a morbis iminentibus supradictis: sic etiā astrologꝰ
potest auertere multa horribilia futura que sȝ signi-
ficata stellaꝝ ventura sunt que si non prescirent̄ eēnt
causa ex qua cōsequerent̄ homines multa nocumē-
ta. Et sic patet manifeste ꝙ scientia futuroruȝ est vti-
lima ⁊ in nullo nocibilis. Unde illi qui volunt fin-
gere se non videre veritatem possunt manifeste scire
ꝙ sicut astrologus potest preuidere accidentia futu-
ra: ita potest scire dicere qualiter eoruȝ pericula pos-
sent euitari. ¶ Prescientia nāqȝ futurorum duobꝰ
modis est vtilis. Uno scilicet quia presciuerit homo
ꝙ aliquod contrarium debeat sibi euenire: potest il
lud aut ex toto vitare: aut pro parte competenti di-
minuere. Si vō fuerit accidens vtile quod gaude-
bit ⁊ letabit̄ ille cui debet euenire ab hora qua sciue
rit se adeptuꝝ rem quam affectat vsqȝ ad tempus in
quo eam adeptus fuerit: quod si non presciuisset ꝙ
deberet eam adipisci ⁊ esset res quaȝ affectaret trista
ret̄ ⁊ angustiaret̄ in ea ⁊ fatigaretur ⁊ faceret fatigari
amicos suos: ⁊ etiam expenderet de suis bonis vt
posset eam adipisci donec compleret̄ ei tempus ade
ptionis. ¶ Sed obijceret aliquis contra hoc. Pre-
scientia alicuius rei inducit merorem seu tristiciam
postq̃ȝ fuerit eam rem adeptus: quia non sꝑat plꝰ
adipisci eam. Dicendum est ei quoniam est a via ve
ritatis remotus: si enim esset istud veꝝ ꝙ postq̃ȝ ali-
quis foret adeptus quod desiderat ꝙ completo desi
derio supueniret ei meror non oporteret ꝙ aliquis
vteretur delectabilibus: quoniaȝ illa in quibus de-
lectat̄ homo non semper durant: nec tamen tristat̄
homo post illorum adeptionez imo quiescit mens
eius: quoniam adepta est quod aptabat: nam si ita
esset ꝙ postq̃ȝ quis foret adeptus quod optabat tri-
staretur non esset vtenduȝ aliquibus delectabilibꝰ:
non enim letaretur homo in amplexibꝰ pulcre mu
lieris non in cōuiuijs: non in speciebus: non ī pul-
cris īdumentis: non in sonis musicis: non in digni-
tatibus: nec in aliquibus in quibꝰ natura gaudet ⁊
quia non semp durant in eodem esse letandi. Perfe
ctio enim gaudij est cum mens quiescit ⁊ est satiata
eius qđ optauit: ante adeptionē non est gaudiū sed
spes veniendi ad cōplemētū rei desiderate: spes. n. ⁊
gaudium differunt sicut timor ⁊ tristicia: quoniam
spes ⁊ timor sunt de his que sunt potentia: tristicia
⁊ gaudium de his que sunt actu.

¶ Capitulū decimum contra illos qui dixerunt ꝙ
iudicia stellaꝝ non valent nec etiam electiones valēt
dicētes ꝙ ita potest eligi inimico sicut ei cui eligit̄.

Alia occasio est illoꝝ. s. q dicūt ꝙ iudicia stella-
rum nō valēt: nec electiones quas faciūt astro
logi sm̄ astronomiā valēt. Non est mirꝝ si hoc dicūt
qa nō vident vītatem: ⁊ quodāmodo videt̄ vīsimi-
le qđ dicūt: ⁊ ista reprehensio videt̄ quasi comprehē-
dere alias ⁊ preualere omnibus supradictis nec vi-
det̄: nec etiam ipsi credunt ꝙ possit ei contradici seu
resisti: imo videt̄ ꝙ sit q̄si vnum impossibile aliter
posse esse nisi sicut ipsi dicunt. Dicunt enim tu q eli-
gis vni exercitui ⁊ dicis ei: si tu iueris tali hora ⁊ ascē
dente tali signo tu obtinebis: si aduersarius moue-
at suum exercitum illa eadem hora sub illo eodem
ascendente quis obtinebit: tu potes ei dicere ille qui
fuerit fortior ⁊ habuerit maiorem gentem: ⁊ ipsi di-
cent vterqȝ est eque fortis sicut alius ⁊ habet eq̄ ma-
gnā gēteȝ sicut aliꝰ et eque fortē et eq̄ ꝓbos milites
et pedites quis obtinebit: tu dices qui sapientius ꝓ-
duxerit suum exercitum: ipsi dicent vterqȝ producet
eque sapienter suuȝ exercitū quis obtinebit: tu dices

ille productor exercitus qui natus fuerit de nocte: ipsi dicent vterqꝫ dux natus est nocte quis obtinebit: tu dices ille exercitus obtinebit q inceperit primo ꝓliari: ⁊ ipsi dicēt ambo exercitꝰ incipient preliari simul ⁊ semel qs obtinebit ⁊ tu dices qui mouerit se ab oriente ⁊ iuerit v̄sus occidentē: vel qui mouerit se a septentrione ⁊ iuerit v̄sus meridiez: ⁊ ille succumbet qui mouerit se ab occidēte ⁊ iuerit v̄sus oriētē: vel qui mouerit se a meridie v̄sus septētrionē: et ipsi tunc dicent quasi quoddā īpossibile ꝙ vterqꝫ exercitꝰ mouerit se ab oriente ⁊ iuerit v̄sus occidētem: vel mouebit se a septētrione ⁊ ibit v̄sus meridiez qs obtinebit: tu dic eis ꝙ ipsi sunt fatui: nec est loquendum cum ipsis: impossibile videt̄ enim ꝙ duo exercitus ꝯrij ⁊ inimici moueāt se de vno eodem loco simul ⁊ semel qn sit inter eos aliq̄ orientalitas vel occidentalitas vel septētrionalitas vel meridionalitas: sed ipsi tanq̄ꝫ fatui vel blasphematores dixerūt ponatur ꝙ ambo exercitus moueant se ab oriente vel ab occidente vel a meridie vel septentrione: istd̄ nō videt̄ possibile: ⁊ eis est dicēdū ꝙ ipsi ponūt inuisuz ⁊ inauditū ꝙ vnq̄ꝫ duo exercitꝰ ꝯrij tenuerūt pedez in vno loco qn̄ vnꝰ ceperit ire cōtra aliū: sicuti est impossibile celū ruere. sed dic eis ita ponat̄ ꝙ celū ruat vbi remanebūt stelle: ⁊ si celum rueret nōne submergeret̄ terra: ponat̄ ꝙ asinꝰ volet non ꝑdet vultur volatum: tn̄ ne ipsi dicāt te defecisse in rn̄sione poteris eis respondere taliter ꝙ ipsi non habebunt vlterius quid iterrogent: ⁊ ꝙ tu abscindes oēm viam interrogandi ⁊ reprehēdēdi ⁊ blasphemandi: ⁊ poteris eis ita rn̄dere ad istud ꝙ ille ad cuiꝰ ꝑtez fuerit pars fortune obtinebit q̄ tenuerit dorsum v̄sus occidentem vel partes magis adiacentes ei ⁊ faciē v̄sus oriētem vel dorsuz versus meridiem vel ꝑtes adiacētes ei magis ⁊ faciē v̄sus septētrionē ille succūbet: ⁊ ille qui tenuerit dorsum v̄sus orientē vl' ꝑtes magis adiacentes ei ⁊ faciem versus occidentē: vel dorsuz versus septentrionē ⁊ faciē versus meridiem vel partes magis adiacētes ei obtinebit: ⁊ sic sunt abscise ⁊ dēꝑte oēs vie blasphematoruz ⁊ maledicentiū. ¶ Q̄ si diceret iterꝫ ꝙ pars fortune erit ex ꝑte que tenuerit dorsum v̄sus meridiem aut v̄sus occidentē. Dic ꝙ ille a cuius parte fuerit pars fortune ⁊ sic cessabūt eorum obiectiones que licet videant̄ habere apparentiam non tamen habent existentiam. ¶ Insurgerēt etiā forte quidā fatui non rōnabiliter loquētes: q̄re tu qui es astrologus dimittis tibi aliqd̄ euenire sinistrū cū oia futura ꝓscire debeas q̄ tibi euenire debeāt Ad qd̄ rn̄demꝰ ꝙ tales numerant inter iudicia oia casualiter euenientia in temporibꝰ quasi non perceptibilibus sicut si figatur spina in pedem vel vt seducat̄ pes ita vt cadat homo ⁊ similia de casualibꝰ de quibus non est ars: qm̄ iudiciuz non versat̄ nisi circa illa de qbus potest deliberari anteq̄ꝫ eueniāt: illa vero de quibus festinus casus non ꝑmittit habere deliberationem relinquuntur industrie sapientum siue cautele: non enim considerant̄ ab arte neqꝫ a natura que ꝑ accidens fiunt sicut credunt.

¶ Capitulum vndecimum contra illos qui dixerūt vniuersaliter ꝙ astrologia non erat aliquid ad ostēdendum ꝙ ipsa est ⁊ quid ipsa sit.

Dixi eniz me dictuꝝ de iudicijs astronomie: ⁊ de his que ad iudicia spectare vident̄: ⁊ de quibusdā que dixi tibi in ꝑncipio huiꝰ opis. nō videt̄ mihi icōueniēs vt dicā tibi quid sit astronomia prout sapientes huius scientie ipsam diffiniunt: et vt ostendatur illis qui dixerunt eaz nihil esse: ⁊ possent manifeste videre ꝙ ipsa est aliqd ⁊ est res vtilis ⁊ verax ⁊ naturalis ⁊ bona: nihil enim naturalium reperitur quod de iure possit dici malum vel inutile vel mendax seu falsum. ¶ Astronomia est astrorū regula prout quidam sapientes eam diffiniuerunt. Est enim regula recta ordinatio ac manifeste declarans id quod est ꝫm veritatem sui esse non ꝙ ex regula sumatur veritas: sed vt ex ea que est veritas regula nascatur: iurisperitus tamē licet non alterādo sententiā dicit. Regula est que rem que est breuiter enarrat non ꝙ ex regula ius sumat̄: sed ex ea iura q̄ est regula fiat. Quidam v̄o non longe ab his sentiētes diffiniuerunt eam sic. ¶ Astronomia est scientia per quam non solum presentium verum etiaz preteritorum ac futuroꝝ dat̄ cognitio. Diffinit̄ etiā alio modo ꝫm duas ꝑtes siue species ipsius breuiter contemplatiuam scilicet ⁊ actiuam que sunt astrologia ⁊ astronomia: in quo differunt iste due partes dicā tibi. Astrologia que est eius pars siue species contemplatiua est scientia magnitudinis mobilis que cursus siderum ⁊ habitudines stellarum circa se et circa terram certa ratione perquirit. Et huius partis scilicet astrologie tres sunt partes. Prima quarum est de numeris ⁊ figuris celestium corporuz: de ordinibus eorum in mundo: de quantitatibus sitibus proportionibus quantitatibus distantiarum eorundem inter se. Secunda est de motibus supercelestium quot sunt: ⁊ ꝙ omnes eorum motus sunt sperici: ⁊ quis eorum communicet cum omnibꝰ stellis: quisue sit proprius: ⁊ quot sint species motꝰ vnicuiqꝫ eorum: ⁊ ad quas ꝑtes mouent̄ que sunt sex .s. ante retro: ⁊ istis subaternant̄ directio ⁊ retrogradatio: deinde sunt sursum deorsum dextrorsum ⁊ sinistrorsum. Etiam vident̄ alij sex licet non videant̄ de consideratione astrologi: generatio ⁊ corruptio augmentatio ⁊ diminutio alteratio ⁊ ꝫm locum mutatio. Quidam dixerunt ꝙ alteratio non esset motus: ⁊ de quibusdam aspectibus ⁊ coniunctionibus et quando hec fiant ⁊ similia. Tertia v̄o inquirit d̄ hoc quod habitat̄ de terra: ⁊ de illo quod nō habitat̄ ꝫ dispositionē septē climatum ⁊ de diuersitate diei et noctis ꝫm vnāquāqꝫ regionem.

¶ Capitulum duodecimum ad sciendum quid est astronomia que est pars actiua.

Astronomia v̄o est eiꝰ pars secunda .s. actiua licet aliquando immo sepe vna ꝓ altera ponitur: circa quam ista possunt iquiri videlicet qd sit astronomia: que sint eius species: quod sit eius officiū: qs sit eius finis. que sunt eius instrumenta: quis sit eius artifex: quare tali nomine vocet̄: ⁊ quo ordine doceatur: cuius diffinitio talis est sicut dictuz est superius. Alij v̄o diffiniunt eam alio modo dicētes. Astronomia est scientia que cursus stellaꝝ ⁊ ipsaꝝ dispositionem ꝫm opinionem vtentium ea preuia ratione temporum describit notitiaz. Preterea que sit vna queqꝫ illaꝝ partium sua diffinitione seu qditate cognoscit̄: genus enim est ꝫm ꝙ de proposita sibi prout oportet questione respondet iudicādo ꝫ planetaꝝ ⁊ signorum positionez atqꝫ ipsoruz nām. Sunt tamē plures alie scientie iudicandi prout ꝫm ipsas questiones proponunt̄: sicut geomancia que exercet̄ in terra ⁊ alijs pluribus modis cōueniētibꝰ sibi. Idromancia in aqua. Aerimācia in aere. Piromancia in igne. Ciromancia in manu prout testat̄ Aristotiles in libro de animalibꝰ. Spatulamātia in

ſpatula alicuius animalis. Et etiam multe alie ſciē-
tie auguriandi ſicut vox alicuius animalis: vel can-
tus alicuiꝰ auis: vel vlulatus: vel garritꝰ: aut obuia-
tio alicuius rei: ⁊ multe alie que poſſent numerari
de quibus nihil ad pñs. Hec tñ. ſ. aſtronomia cum
omnibꝰ ſuis partibꝰ ⁊ ſpeciebꝰ dignioꝛ eſt ceteris cū
ipſa habeat ex diſpoſitiōe nobiliſſimoꝝ coꝛpoꝝ ſu-
percelestiū ꝙ eoꝝ que ſunt in terris preterita preſen-
tia. ſ. ⁊ futura declarat ſꝫ ꝙ philoſophi conueniūt i
hoc oēs. Unde alpharabius de ſcientijs. Aſtrono-
mia eſt ſciētia de ſignificatiōe ſtellaꝝ quid. ſ. ſtelle ſi-
gnificēt de pluribꝰ rebus preſentibꝰ. ſ. ꝓteritis atqꝫ fu
turis. Materia eiꝰ ſiue ſubiectū eſt ipſa magnitudo
ſicut dictū eſt. ¶ Partes aūt huiꝰ ptis ſiue ſpeciei ſūt
quatuoꝛ. In prima quidē agit̃ de ſitu ⁊ foꝛma mun
di ⁊ circulis celeſtibꝰ. In ſecūda agit̃ de curſibꝰ ſeu
motibꝰ planetaꝝ ⁊ aliaꝝ ſtellaꝝ. In tertia agit̃ de oꝛ
tu ⁊ occaſu ſignoꝝ. In quarta vͦo agit̃ de eclypſibus
ſolis ⁊ lune ⁊ alioꝝ planetaꝝ. In his vel de his ſig-
dem partibus tota fere vͦtus aſtronomie conſiſtit.
Species eius vniuerſaliter ſunt due: videlicet nu-
merus ſiue cōputatio prout habet dependentiā cuꝫ
prima ſcia mathematica hoc eſt cuꝫ ariſmetrica que
prioꝛ eſt omnibus alijs ſciētijs doctrinalibꝰ: qm̄ oēs
alie ſcie mathematice indigēt ea ipſa vͦo nulla ex his
indiget. Secūda vͦo ſpēs aſtronomie eſt iudiciū. Cō
putatio ſeu numeratio verſat̃ circa diffinitionē ſeu
cognitionem tabulaꝝ. Iudiciū vͦo verſatur circa co
gnitionem tempoꝝ locoꝝ ſignoꝝ planetaꝝ ſituuꝫ ⁊
aſpectuū eoꝝūdē ⁊ his ſimilia ⁊ qd concidat ex eis.
Officium eius eſt curſus planetaꝝ ⁊ aliaꝝ ſtellaruꝫ
coniunctiones aſpectus angulos ſuccedētia ⁊ ab an
gulis cadentia ſigna que iam fuerūt anguli eoꝝ effe
ctus rōne preuia cōtēplari. Finis eiꝰ ſiue ipſiuꝰ vtili-
tas eſt intentio iudicādi de preſentibꝰ preteritis ⁊ fu
turis vͦitatē ꝑ ſupradictoꝝ inſpectionē ⁊ diſcuſſaꝫ in
quiſitionem ſcire poſſe. ¶ Huius ſcientie inſtrumē-
ta ſunt multa. ſ. aſtrolabium: quadrās: armilla ſu-
ſpenſoꝛia: ⁊ altera armilla: planiſperiū: curuiſperiū:
ſtatua ploſica ⁊ ſimilia. Artifex huiꝰ ſcie dicit̃ qlibet
aſtronomꝰ qui exercet artem aſtronomie noīe atqꝫ
aſtroꝝ legem preuia interpretatione intuet̃. Quare
aſtronomia vocet̃ tali nomine: dico tibi ꝙ illud no-
men eſt cōpoſitū. ſ. ab aſtris ⁊ noꝛma qđ ē regula: in-
de aſtronomia. i. aſtroꝝ regula vel aſtroꝝ practica ſi-
ue aſtroꝝ opatio. ¶ Differētia vͦo inter aſtrologiam
⁊ aſtronomiam: hec eſt: qm̄ aſtrologia eſt ſꝫ rei vͦita-
tem ad ſcientiam intelleccualem ſiue ſcialem. Aſtro-
nomia ſm̄ ꝙ ea vtentes opinant̃ ad effectū ipſiꝰ ſeu
ſcia opatiua. Quo oꝛdine doceat̃ ſcia iſta dixerūt q-
dam ꝙ debebat doceri ante alias mathematicas:
qm̄ nobilioꝛ. Quidam dixerūt ꝙ poſt ariſmetricam
qm̄ indiget numero. Quidam dixerūt ꝙ poſt ariſ-
metricā ⁊ geometriam qm̄ indiget numero ⁊ men-
ſura. Mihi aūt videt̃ ꝙ ipſa debeat doceri poſt oēs
alias mathematicas taꝫ poſt muſicā qꝫ poſt ariſme-
tricam ⁊ geometriā qꝛ ita bene idiget ipſa cōſonan-
tia ſicut numero et menſura.

¶ Capitulum decimūtertiū ꝙ hec ſcientia non de-
bet reprehendi cū ſancti patres ea fuerint vſi.

ARs iſta non debet etiam reprehendi imo eſt
digna cōmendari: qm̄ ſancti patres ab anti-
quo ea vſi fuerunt: vnde male faciunt qui eam repre
hendunt et maxime illi qui abrahe veſtigia ſequūt̃
vel ſunt ſecuti. Abraam enim inſtruxit egyptios et
alios tunc tempoꝛis aſtronomia prerogatiue vti vo
lentes et ſpecialiter athlanta qui in hac ſcia preua-
luit omnibus ſapientibꝰ qui tūc erant ita ꝙ reputa-
bat̃ quaſi deus. Et inde dictum eſt ꝙ athlas ſuſtine
ret celum propter hoc ꝙ ipſe ſciebat plus de coꝛpo-
ribus ſupceleſtibus qꝫ aliquis qui reperiebat̃ tēpo-
re illo. Etiā et ipe dñs cū dixit apl'is eamꝰ in iudeaꝫ
iteꝝ: et ipſi dixerūt nūc querebāt te iudei lapidare ⁊
iteꝝ vadis illuc: qui rñdēs dixit: nōne. 12. hoꝛe ſunt
diei ac ſi diceret: vna hoꝛa eſt bona licet alia ſit mala
qm̄ in hoꝛa mala illi habebant malā uoluntatē con
tra eū: illa enim hoꝛa tranſierat et bona ſupuenerat:
vnde ipſe ſciens hoc ſciuit ꝙ mala volūtas abierat
a coꝛdibꝰ eoꝝ: voluit eligere ſibi illā hoꝛā in qua ipſi
non lederent eum. Et per hoc patet ꝙ ipſe vſus ē ele
ctione nec blaſphemauit aſtronomiā ſicut quidā in
uidentes et detractoꝛes hodie faciunt. Licet ſupiꝰ ſit
manifeſte oſtenſum ꝙ multa vtilitas et multa bo-
na poſſunt ſequi de ſcientia ſtellaꝝ et eiꝰ iudicijs taꝫ
in preſcia reꝝ qꝫ in alijs: tamē fuerūt quidam inſi-
pientes fatui quoꝝ vnus fuit ille iohānes vicentinꝰ
ypochrita de oꝛdine ꝑdicatoꝝ qui dixerūt ꝙ aſtrolo
gia nō erat ars neqꝫ ſcia: ſed erat quoddaꝫ appoſiti-
uum ab aliquibꝰ apponentibus inuentū. Quibus
videt̃ mihi taliter rñderi. ſ. ꝙ ſūt fatui et errāt et ipſi
in ſuis fatuitatibus atqꝫ in ſuis erroꝛibus peribūt.
Patet eniꝫ oībus aſtrologiā eſſe ſcientiam atqꝫ vnā
ex ſeptem artibus liberalibꝰ. Et licet breuiter ſit eis
reſponſum non tñ videt̃ mihi omittendum proba
re ꝙ aſtrologia ſit ars atqꝫ doctrialis ſcia rōnibꝰ ſuſ-
ficientibꝰ atqꝫ manifeſtis lꝫ oꝛdo ꝑpoſterꝰ eē videat̃.

¶ Capitulū decimūquartū ad oſtendendum aſtro-
nomiam eſſe artem atqꝫ vnā ex quatuoꝛ mathema-
ticis. ſ. ſcientijs doctrinalibus.

QUod aſtrologia ſit ſcia euidenti rōne taliter
probat̃. Aſtrologia eſt ſciētia mobilis magni
tudinis que inſpecta ratione celeſtium coꝛpoꝛum ſꝫ
triplicitatem tempoꝛis curſum motum diffinit. Uel
aſtrologia eſt ſcientia que curſus ſideꝝ et habitudi-
nes et figuras ſtellaꝝ circa ſe et circa terram indagabi
li rōne pgrit: ergo ꝑ locū a diffinitione aſtrologia eſt
ſciētia. ¶ Item aſtrologia dicitur ab aſtros ꝙ ē ſtel-
la et logos ꝙ eſt ſermo vel ſcientia vel ratio de aſtris
igitur per hanc ethimologiam ſeu nominis interp-
tationem aſtrologia eſt ſcientia. ¶ Item poteſt alio
modo ſic probari omne quod tale eſt quod eſt ex ve-
ris primis prioꝛibus ⁊c. eſt ſcientia: ſꝫ aſtrologia hꝫ
genus ſubſtantiale quo differt ab alijs ſcientijs: pro
prium ⁊ accidens igit̃ eſt ſciētia. Preterea omne qđ
eſt collectio preceptoꝛum ad vnum finem tendentiū
eſt ars vel ſcientia: aſtrologia eſt talis: ergo ipſa ē ars
vel ſcientia: quod Auguſtinus ſatis manifeſte pro-
bat dicit ars eſt preceptio que dat certaꝫ viaꝫ rōnēqꝫ
gerendi vel dicendi. Omnia enim precepta aſtrono
mie tunc tendunt ad vnum finem. ſ. ad ſcienduꝫ ſeu
conſiderandum preterita preſentia ⁊ futura: ⁊ i iſtis
preceptis tota intentio aſtrologie conſiſtit. Unde ſe-
neca rememoꝛare preterita: conſiderare preſentia: ꝑ-
uidere futura: illa enim non poſſunt recte intueri ni
ſi ab aſtrologo qui habet omnia hec conſiderare et
ipſe ſolus poteſt ea ſcire. ¶ Preterea ſi aſtrologia ſi-
ue aſtronomia non eſſet ars ſiue ſcientia deſtrueret̃
iam illud famoſum quod ab omnibus vniuerſali-
ter predicat̃. ſ. ꝙ artes liberales ſunt ſepteꝫ: non eēnt
igit̃ niſi ſex vel nulla: qm̄ qua ratione aſtronomia
non eſſet eadeꝫ ratione ſex non eſſent quod eſſet in-
cōueniēs ⁊ valde hoꝛrēdū. ¶ Itē cū aſtronomia ſiue

astrologia dicatur quarta pars scientie quadruuia-
lis: si ipsa nõ est ⁊ quadruuiũ totũ non est: quoniã
destructa parte integrali siue integritate destructum
est ⁊ totũ quod est maximũ inconueniẽs. Item si q̃-
druuiũ nõ est ⁊ mathematica non est: ⁊ si mathema-
tica nõ est ⁊ theorica nõ est cũ mathematica sit: teste
philosopho tertia pars theorice. ¶ Item si theorica
nõ est ⁊ philosophia nõ est qđ est proteruum dicere
discolum atq̃ absurdum: igit astronomia de neces-
sitate est scientia: qui enim destruit astronomiã de-
struit sciaz sicut qui destruit prima ꝑncipia destruit
sapientiã teste Aristotele in secũdo methaphisice cõ-
tra tales non est disputandum qui volunt destrue-
re scias quoniã sunt peiores bestijs. Preterea cũ Ari
stoteles Ptholomeus Japhar Ahaydimon. Albu-
masar ⁊ Messahala Almetus Alfraganus Thebit ier
gis Ahomar Dorotheus Alchindi Albenait Asta-
phaz Almansor Hali Alboali ⁊ alij plurimi sapien
tes hanc sciam scripserunt ⁊ docuerint ꝙ astrologia
est scientia nõ est verisimile si ipsa nõ esset scia ꝙ tot
⁊ tanti viri eum taliter nominassent. ¶ Item omne
quod ponit aliquid ꝑ causam vel ꝑ effectum ponit
scientiã teste Aristotele in posteriorib⁹. Astrologus
manifestat eclypsim ꝑ cãm. s. ꝑ interpositionẽ ⁊ ma-
nifestat eadem. s. interpositiõez ꝑ eclypsim: qua pro-
pter his ⁊ multis alijs de causis astrologiam esse sci
entiam manifeste probatur.

¶ Finit prim⁹ tractat⁹ in cõfirmatione hui⁹ scie.

¶ Incipit tractatus secundus de diuisione orbis si-
gnorum ⁊ eoꝝ esse ⁊ quomodo sint ordinata ⁊ dis-
posita ⁊ q̃re sint tm̃. 12. nec plura nec pauciora ⁊ qua
re denoient illis noibus ⁊ de adiacentibus ad hec.



Icam ergo ꝑꝫ vestigia venerabiliũ
predecessorum nostrorum ea q̃ hu-
ic operi vtilia esse videbunt reme-
morans eoꝝ sentẽtias scilicet Ptho
lomei Hermetis Japhar Thebit al
chabicij Alcaiat Alchindi alence-
degoç messale adile iergis Albenait aardimon are-
stali ⁊ alioꝝ q in hac scientia studuerũt addendo ea
que mihi vtilia videbunt ꝑm ꝙ deus mihi prestite
rit gratiam ordinãdi ⁊ mihi reduxerit ad memoriã.

¶ Capitulum primum in diuisione orbis signoꝝ et
ꝙ signa sint tm̃. 12. ⁊ ꝙ nec plura nec pauciora.

Scias hoc qm̃ circulus signorũ diuidit in. 12.
diuisiones equales quarũ quelibet vocat si-
gnum: quoꝝ ꝑmũ est Aries. Secũdũ Taurus. Ter-
tiũ Gemini. Quartũ Cancer. Quintuꝫ Leo. Sextuꝫ
Virgo. Septimũ Libra. Octauũ Scorpio. Nonuꝫ
Sagittari⁹. Decimum Capricornus. Undecimum
Aquarius. Duodecimuꝫ Pisces. ¶ Sed posset for-
te queri quare signa tm̃ sunt. 12. plures eniꝫ cãe pñt
assignari quare signa sunt. 12. nec plura nec paucio-
ra: quaꝝ. vna est licet non sit multũ efficax ꝙ duode
nari⁹ numer⁹ est ꝑfectior quasi alijs numeris ipsuꝫ
vnitatib⁹ non excedẽtibus ⁊ multiplicationes ex q̃
bus consurgit in suis partib⁹ multiplicãtur: recipit
enim in semetipso plures ordinatas diuisiões quã
aliqs alius numerus: consurgit enim multiplicatio
ne ternarij ꝑ quaternariũ ⁊ quaternarij ꝑ ternariũ:
⁊ binarij ꝑ senarium: ⁊ senarij ꝑ binarium: ⁊ ꝑ eas-
dem partes totidem modis diuidit. Est ⁊ alia ratio
non minus efficax supradicta ꝑm ꝙ dixerũt arastel
lus ⁊ albumasar ⁊ aaydimon quibus nullus philo
sophoꝝ fuit ausus contradicere. s. ꝙ oia elementata
composita sunt ex quatuor elementis ex igne. s. aere
aqua ⁊ terra: ⁊ illa elemẽtata indiuidua scilicet ⁊ indi-
uiduoꝝ partes ex ꝑdictis quatuor elemẽtis oia cõsi-
stunt ⁊ cuilibet indiuiduo insunt ista tria videlicet:
principiũ mediũ ⁊ finis: vnde quatuor in tria mul-
tiplicatis faciũt. 12. Signa eni nõ corrũpunt sꝫ cor-
rumpũt elementa: ⁊ elementa sunt quatuor que cor
rũpunt a signis ⁊ planetis ex eoꝝ circũuolubilitate
ingescibili: quoniam aliter elementa nõ corrumpe-
rent quãtũ esset in semetipsis nisi corrũperent a stel-
lis ⁊ eaꝝ circũuolutione. Circũuolutio enim stellaꝝ
circa elementa corrumpit illa ⁊ ipa corrũpuntur ad-
inuicẽ ⁊ nobiliora. s. agentia corrumpunt min⁹ no-
bilia. s. passiua: propterea ꝙ sibi inuicem cõplectunt
ꝙ est causa generatiõis indiuiduoꝝ quarũlibet spe
cierũ: ⁊ fuerunt signa diuisa ꝑm numerum quatuor
elemẽtoꝝ qm̃ ꝑ quatuor elemẽta que sunt quatuor
diuersaꝝ naturaꝝ seu qualitatũ ꝑcipit numer⁹. 12.
signoruꝫ: qm̃ elemẽtoꝝ vnũ ẽ calidũ ⁊ siccũ. s. ignis.
Aliud est calidum ⁊ humididum. s. aer. Aliud frigi-
dum ⁊ humiduꝫ. s. aqua. Aliud frigidũ ⁊ siccum. s.
terra. Et licet dicant elementa cõplexionata tamen
vnicuiq̃ eorum est vna sola ꝓprietas: nã proprium
ignis est caliditas: ꝓpriuꝫ aeris est humiditas: pro-
prium aque est frigiditas: ꝓpriuꝫ terre ⁊ siccitas. vñ
oportuit ꝙ signa essent ꝑm quatuor diuersitates im
primentia in iferiora. s. ꝑm caliditatem ⁊ siccitatem:
caliditateꝫ ⁊ humiditatẽ: frigiditatem ⁊ humiditatẽ:
frigiditatẽ ⁊ siccitateꝫ ita ꝙ tria ex his dicerẽt ignea.
scilicet Aries Leo ⁊ Sagittarius. Alia tria ex his di
cerent terrea. s. Taurus Virgo ⁊ Capricornus. Alia
tria ex his dicerent aerea. s. Gemini Libra ⁊ Aqua-
rius. Alia tria ex his dicerent aquatica. s. Cãcer Scor
pio ⁊ Pisces. Et sic inuenta sunt signa ꝙ essent. 12.
tm̃ nec plura nec pauciora: plura non potuerunt eẽ
qm̃ quodlibet eoꝝ agit in quatuor elemẽta vniuer-
saliter: ⁊ qđlibet eoꝝ agit in elementũ sibi deputatũ
ꝑm tria esse. s. principiũ mediũ ⁊ fineꝫ. vnde qr ꝑꝫ tri-
num esse agunt signa in quodlibet elementuꝫ ⁊. ele-
menta sunt quatuor tm̃: necesse fuit ꝙ eẽnt signa tm̃.
12. nec plura nec pauciora: qm̃ Aries Leo ⁊ Sagitta
rius sicut dictum est sunt ignea. Taur⁹ Virgo ⁊ Ca-
pricorn⁹ sunt terrea. Gemini Libra ⁊ Aquari⁹ sunt
aerea. Cancer Scorpio ⁊ Pisces sunt aquatica.

¶ Capitulũ secundũ quomodo signa agunt in ele-
menta ⁊ in que elementa agunt quelibet signa.

Dictum est in ꝑcedenti capitulo ꝙ signa agũt
in elementa nũc dicendũ est in isto capitulo
in quod elementum agat quodlibet signũ ⁊ ꝑ queꝫ
modum: nam Aries Leo ⁊ Sagittarius qm̃ sunt
ignea agunt in ignem elementũ sed diuersimode.

¶ De Ariete.



¶ Quoniam Aries agit
in ignem elementũ ipri-
mendo in illum calidita
tẽ ⁊ siccitatẽ tempatã: il-
lud tamen qđ ex illo tẽ-
peramẽto fit initiuꝫ est
motus naturalis indiui
duo quarũlibet specieꝝ
scilicet ad agendũ vnuꝫ
animal cum alio vt generent indiuidua specieꝝ ex
indiuiduis earũdem vt ipse saluẽtur ꝑ successionẽ:
quia non saluarent per indiuidua tempore longo:
quia tractu ⁊ temporis indiuidua dificerent ⁊ sic
destruerentur ⁊ perderentur species nisi saluarent ꝑ

successionem:⁊ sic est initium motus naturalis sitr
ad faciendũ semina germinare ⁊ ad faciendum ar-
bores florere atq; frondes emittere ⁊ fructus ꝓduce
re:⁊ ad faciendũ herbas ⁊ semina germinata nasci
⁊ augmentari ⁊ multiplicari:⁊ oia vegetabilia aug-
mentari ⁊ incrementum suscipere:⁊ hoc est primũ
esse per qḋ signa ignea dicunt agere ⁊ etiã agunt in
ignem elementum.

¶De Leone.



¶Leo agit in ignẽ inse
rendo in illuz caliditatez
⁊ siccitatem remotaz a tẽ
peramento:ita ꝙ ex illa
remotiõe a temperamẽ
to fit inicium motus na-
turalis ad impedimẽtuz
fructus ⁊ folia arborum
⁊ herbaruz ⁊ ad faciẽdũ
eos ⁊ ea declinare ad latus destructionis: qꝛ matu-
rescunt:que maturatio quodãmodo destructio est:
⁊ vt pauca semina sint que tũc germinant: ⁊ pauca
vegetabilia suscipiunt augmentuz seu incrementũ:
⁊ pauca aialia carentia arbitrio mouent ad augmẽ
tationẽ suaꝝ specieꝝ vel ad eaꝝ saluationẽ imo que
dam aialia incipiunt occultari ⁊ videntur quasi de
strui cum Leo facit opationem suam in ignẽ elemẽ
tũ:fit casus seminũ ⁊ eorum deuastatio maturescũt
plures fructus arborum ⁊ putrefiunt ⁊ similia ex i-
pressione leonis in ignem elementũ ⁊ hoc est scḋm
esse per quod ignea agunt in ignem elementum.

¶De sagittario.



¶Sagittarius ṽo agit i
ignem elementuz impri-
mendo in illũ caliditatez
⁊ siccitatem remotã ab oi
temperamento imo facit
ad destructionem semi-
num ⁊ herbaꝝ ⁊ ad com
plementũ casus ⁊ destru
ctionis foliorum arboꝝ
quarũ folia cadunt in hyeme:⁊ ad lesionem multo
rum aialiuz:⁊ ad occultationẽ multarũ specieꝝ ani-
maliuz ⁊ eorum destructionẽ nec audent apparere
supra terram:⁊ hoc est tertium esse per quod signa
ignea agunt in ignẽ elementũ. Et ista sunt tria esse p
que signa agunt in elementa. Omnia fiunt ſꝫ istuz
ordinem quantũ est ex significatione signoꝝ ⁊ pla-
netaꝝ naturali ⁊ ex eo ꝙ agũt corpora superiora in
elementa licet aliquando ⁊ alicubi ſm magis ⁊ ali-
quando alicubi ſm minus licet consideratio natu-
ralis videatur alia qꝫ sit ista:tamen si recte considerẽ-
tur vtraq; sunt eadem.

¶De signis terreis: ⁊ primo de Tauro.



TAurus ṽo Uirgo
⁊ Capricorn⁹ que
sunt signa terrea agunt i
terram elementum:sed di
uersimode: scilicet qꝛ Tau
rus agit in terram impri-
mendo in illam frigidita
tem ⁊ siccitatem tempera-
tam: scilicet parum aut nihil impedientem ita ꝙ in
illo temperamento fit generatio plurium rerum sen
sibilium scilicet ac specierum ⁊ augmentum vegeta-
bilium ⁊ similia.

¶De Uirgine.



¶Uirgo autez agit i ter
ram elementuz imprimẽ
do in illam frigiditatem
⁊ siccitatem minus tem-
peratã ⁊ magis propin-
quã destructiõi ita ꝙ ex
illo actu fit motus natu-
ralis vt vegetabilia pati
antur detrimentũ ⁊ dimi
nutionez ⁊ retardent herbe ⁊ cadant arborũ folia ⁊
deficiant:tamẽ non est illud frigidũ ita remotũ a tẽ-
perie ꝙ licet quedam deficiant ⁊ destruant quin q̃-
dam alia generent:⁊ quedã semina germinent ⁊ q̃-
dam herbe nouiter nascantur ⁊ crescant ⁊ similia.

¶De Capricorno.



¶Capricorn⁹ siquidem
agit in terram elementũ
iprimendo in illaz frigi
ditatẽ ⁊ siccitatem distẽ-
peratam destruentem et
mortificantem nec gene-
rant de leui tunc anima
lia:⁊ si generantur sunt
paucissima:⁊ illa vt mul
tum sunt ex domesticis propter domesticitatez eorũ
victus:nec mouet natura vt herbe nascantur vel ar
bores frondescant vel floreãt nisi forte casualiter nec
germinant semina ⁊ similia.

¶De signis aereis:⁊ primo de Geminis.



GEmini vero libra
⁊ aquarius agũt
in aerez elementũ sed di-
uersimode. Nam Gemi
ni agit in aerem elemen-
tũ imprimendo in illuz
caliditatem ⁊ humidita-
tem temperatã confortã-
tem naturã ⁊ oẽm odo-
rem ⁊ oẽm flatuz odoriferum:⁊ confortantem calo-
rem naturalem ⁊ aeris temperamentũ in quo gau-
dent indiuidua specierum ⁊ facientem germinare
quedam semina ⁊ similia.

¶De Libra.



¶Libra ṽo agit in aerẽ
elemẽtũ iferẽdo in illuz
caliditatẽ ⁊ humiditatẽ
remotã a tẽperamẽto dẽ
sans illũ ⁊ ispissans ⁊ fa
ciens ipꝫ cõmixtũ ⁊ no-
cibilẽ idiuiduis specieb⁹
⁊ seminibus ⁊ herbis ⁊
frõdib⁹ arboꝝ ipsarũq;
fructib⁹ ⁊ faciens euz vaporosum vaporib⁹ dẽsis et
nocibilibus et similia.

¶De Aquario.



¶Aquari⁹ similiter agit
in aerem elementum ife
rendo in illum calidita-
tem et humiditatem di-
stẽperatã et nocibilẽ et i-
pediẽtẽ faciens ipsuz pe
rimentez et destruentem
indiuidua specierum: et
vt multum illa nocumẽ
ta q̃ animalia et semina et alia vegetabilia recipiũt
ab aere:

ab aere: et illi casus et illa impressio fiunt ex impressionibus quas fecit aquarius in aerem et similia.

¶ De signis aquaticis. et primo de cancero.



Cancer vero Scorpio & Pisces que sunt signa aquatica agunt in aquam elementum: sed diversimode. s. quia Cancer agit in aquam imprimendo in illam frigiditatem & humiditatem temperatam per quam fit motus nature ad dandum dulcedines & nutrimentum quibus nutriuntur & vivunt animalia & nutriuntur cuncta vegetabilia & similia.

¶ De Scorpione.



¶ Scorpio agit in aquam elementum inferendo in illam humiditatem & frigiditatem elongatam a temperamento per quam fit motus nature potius ad corruptionem quam ad nutrimentum seu conservationem propter corruptionem & salsuginitatem quam infert actus Scorpionis in aquam paucissimum & paucis rebus valens nutrimentum prestare.

¶ De Piscibus.



¶ Pisces agit in aquam elementum inferendo in illam frigiditatem distemperatam et nocibilem per quam fit motus nature ad perimendum & destruendum animalia & semina & quasi cuncta vegetabilia propter corruptionem & amaricationem & feditatem quas infert actus piscis in aquam.

¶ Hec est causa quare signa sunt. 12. tantum nec plura nec pauciora: quoniam elementa sunt tantum quatuor: et signa agunt in elementa secundum tres modos: secundum primum esse nutriens & augmentans: secundum vero secundum est nec ex toto nutriens nec ex toto destruens: secundum tertium esse destruens. Et ista tria esse continet in se principium medium & finem. Et quelibet tria signa agunt in unum quatuor elementorum: sed tria ignea agunt in ignem secundum dictos tres modos. tria aerea agunt in aerem secundum dictos tres modos: tria aquatica agunt in aquam secundum dictos tres modos: tria terrea agunt in terram secundum dictos tres modos. Et ob hoc fuerunt concordes Ptholomeus Aaydimon astaphan arastellus albumasar & ceteri philosophi quod triplicitates signorum essent quatuor quia quelibet tria signa eiusdem nature agunt in elementum illi nature deputatum. s. ignea in ignem: aerea in aerem: aquatica in aquam: terrea in terram & ob hoc non potuerunt esse plura nec pauciora. ¶ Est alia ratio quare signa fuerunt tantum. 12. s. quia zodiacus constat ex quatuor quartis quarum due sunt septentrionales: due vero meridiane: ex quibus una datur signis igneis: una aereis una aquaticis: una terreis quarum quelibet continet tria signa secundum predictas naturas predictorum quatuor elementorum.

¶ Capitulum tertium quare elementa sint ita disposita & ordinata.

Dictum est in capitulo precedenti in quod elementum agat quodlibet signum & per quem modum: nunc autem dicendum est in isto capitulo quare quatuor elementa fuerunt ita disposita seu ordinata. s. ignis superius in concavitate globi lune contigue atque immediate: deinde aer: deinde aqua: deinde terra.

¶ Capitulum quartum ad ostendendum quod elementa sunt tantum quatuor nec plura nec pauciora.

Dictum est in capitulo precedenti quomodo elementa sint ordinata seu disposita nunc dicendum est in isto capitulo quare fuerunt elementa tantum quatuor nec plura nec pauciora licet plura de his que dicta sunt & de his que dicentur non videantur esse de consideratione astrologi tamen non potest esse quin fiat mentio de ipsis: quoniam oportet nos de omnibus istis facere mentionem: ipsa cadunt in opere nobis sepissime. Elementa enim non potuerunt esse nisi quatuor nec plura nec pauciora: quoniam omne corpus elementatum constat ex quatuor elementis & habet in se quatuor qualitates. s. caliditatem siccitatem frigiditatem & humiditatem & accidunt ei illa quatuor. s. generatio durabilitas seu conservatio corruptio atque destructio sic loquendo: per caliditatem generatur potissime: per siccitatem durat: per humiditatem corrumpitur: per frigiditatem destruitur: intellige ista sane. Ista quatuor esse versantur in quolibet et circa quodlibet elementatum: caliditatem enim trahit ab igne humiditatem ab aere. frigiditatem ab aqua: siccitatem a terra. unde cum accidentia elementatorum non reperiantur nec sint nisi quatuor & trahant ab elementis oportuit quod elementa essent tantum quatuor nec plura nec pauciora. Elementa prout sunt in suis speris simplicia sive pura habent simplices qualitates vincentes in eis: scilicet ignis caliditatem: aer humiditatem: aqua frigiditatem: terra siccitatem. Sed prout sunt connexa & perplexa sibi invicem habent qualitates compositas: scilicet ignis caliditatem & siccitatem: aer caliditatem & humiditatem: aqua frigiditatem & humiditatem: terra frigiditatem & siccitatem.

¶ Capitulum quintum quare signa fuerunt ita ordinata sive disposita.

Dictum est in precedentibus quare signa fuerunt duodecim tantum nec plura nec pauciora: & quare elementa fuerunt tantum quatuor: Nunc autem restat dicere in hoc capitulo quare signa fuerunt ita ordinata sive disposita. Ordinatio seu dispositio signorum incipit ab igneis prout dixerunt aaydimon & albumasar & posita fuerunt ignea in principio: deinde terrea: deinde aerea: deinde aquatica. ¶ Sed posses tu dicere: quare non ordinaverunt sapientes signa secundum ordinem elementorum incipiendo ab igneis: deinde ab aereis: deinde ab aquaticis: deinde a terreis secundum quod elementa successive posita sunt in ordinatione sua. Cause vero que moverunt sapientes ad sic ordinandum fuerunt plures. Quarum una fuit quia elementa sicut dictum est recipiunt corruptionem et alterationem a motibus et continua atque inquiescibili signorum atque celorum revolutione: et ex illa corruptione atque alteratione fiunt quatuor qualitates que accidunt corporibus elementatis videlicet generatio conservatio corruptio et destructio. Et quia generatio nobilior fit ceteris qualitatibus elementatorum inceperunt a signis per quem fit generatio sive motus nature ad generationem & illa sunt ignea. Et qualitas que est nobilis iuxta generationem est durabilitas seu conservatio: et illud fit a signis per quem fit motus nature ad conservationem seu durabilitatem, prout corruptibilia recipiunt durabilitatem: et illa sunt terrea. Et qualitas que est ignobilis et post durabilitatem

est corruptio ⁊ illud fit a signis per que mouetur na
tura ad corruptionē: ⁊ illa sunt aerea. Et ignobilior
imo deterior q̃litas que est post corruptionē est de
structio: ⁊ illud fit a signis per que mouet᷑ natura
ad destructionē: ⁊ illa sunt aquatica. ¶ Alia cā est q̃
re incipiendū fuit a signis igneis: ⁊ finiendū ab aq̃
ticis scʒ q꞉ caliditas ⁊ frigiditas agunt: siccitas v̄o et
humiditas patiūt᷑: ⁊ cū caliditas sit forti⁹ agens que
habet significare generationem fuit merito agenti
bus preponenda. similiter cū siccitas sit fortis patiēs
fuit merito patiētibus premittēda. Et q꞉ generatio
precedit durabilitatē fuerunt premissa signa signifi
cantia generationem signis significātibus durabili
tatem. Et q꞉ corruptio precedit destructionē fuerūt
premissa signa significātia corruptionē signis signifi
cantib⁹ destructionē. ⁊ sic cum generatio sit ꝑncipiū
vniuscuiusqʒ rei generabilis ⁊ finibilis posita fue
runt vltimo signa significātia destructionē. s. aquati
ca. Preterea posita sunt signa ignea ī ꝑncipio cuʒ ca
liditas vincit in igne ꝑ quā fit viuificatio q̃ est res no
bilissima. Et signa terrea posita sunt iuxta ignea im
mediate propter affinitatē quā hn̄t cū igne ex siccita
te vincente cū eis. Et aquatica posita sunt in vltimo
vt essent directe opposita igneis positione loci sicut
sunt eis opposita directe in natura. Et aerea fuerūt
posita ante aquatica iuxta ipsa imediate ꝓpter affi
nitatem quā habēt cū eis ex humiditate: ⁊ sic ambo
agentia posita fuerūt in extremis: patientia vero in
ter vtraqʒ. Iste sunt cause que mouerūt sapiētes hu
ius magisterij ad hanc ordinationē signorū sic faciē
dam: scʒ ꝑmittendo ignea: deinde terrea: deinde ae
rea: deinde aquatica. Et ex igneis ꝑmittēdo arietē: ⁊
⁊ ex terreis premittendo tauꝝ: ⁊ ex aereis ꝑmittēdo
geminos: ⁊ ex aquaticis ꝑmittendo cancrū propter
rōnes supius assignatas.

¶ Capitulum sextum quare denominatio signorū
incipit ab Ariete ⁊ non ab aliquo alioꝝ signorum.

Dictum est in precedēti capitulo quare signa
fuerunt sic ordinata: in isto q̃dē dicenduʒ est
quare denoīatio incipit ab Ariete ⁊ non ab aliquo
alio signorū: cū celū sit corpus spericum ⁊ omne spe
ricum careat principio ⁊ quod caret principio caret
fine: ⁊ quod caret principio ⁊ fine caret medio cētro
excluso in re corpulenta. Cause fuerunt plures: q̃rū
vna est ꝙ denominatio signoꝝ incepit ab Ariete: q꞉
circulus signorum intersecat circulū equatoris diei
in principio arietis ⁊ in eius opposito non ortogo
naliter sed oblique: ita ꝙ sex signa fiunt septentrio
nalia: ⁊ sex meridiana sicut alibi lati⁹ dicetur. Et illa
pars que est septentrionalis est fortior illa que ē me
ridiana: quia cum sol egreditur pisces intrat Arietē:
⁊ Aries est primum signum partis septentrionalis:
⁊ pars septentrionalis est nobilior ac fortior pꞇe me
ridiana. Et ꝙ hoc sit veꝝ non indiget probatione:
quoniaʒ omnes hoc clamant: ⁊ nullus dicit contra
rium: licet hoc possit perfecte probari. Et ob hoc in
cepit denominatio signorum ab Ariete: q꞉ pars for
tior çodiaci incipit a principio Arietis. ¶ Alia ratio
quare signoꝝ denominatio incepit ab Ariete. Alia
causa est quia cum sol intrat Arieteʒ incipit tunc di
es augmentari super noctem: vnde cum augmenta
tio sit res nobilis: fuerunt concordes sapientes hu
ius artis ꝙ esset incipienda denominatio signoruʒ
a signo in quo incipit augmentatio. ¶ Alia ratio q̃
re signorum denominatio incepit ab Ariete. Alia
causa est quia cum quatuor qualitates que sunt: ca
liditas ⁊ frigiditas siccitas ⁊ humiditas sint simpli
ces: ⁊ dum sunt simplices non augmentant nec di
minuunt: cum fuerit composite: scilicet caliditas et
humiditas: frigiditas ⁊ siccitas: ⁊ caliditas ⁊ siccitas:
frigiditas ⁊ humiditas quedam earum significant
effectum ⁊ augmentum: quedam earum significant
corruptionem diminutionem: vnde magis fuit in
cipiendum ab ariete q̃ʒ ab aliquo aliorum signorū:
quoniam cum sol intrat Arietem tunc incipiūt res
effici ⁊ augmentari: ⁊ cum effectus ⁊ augmentatio
sint res nobiles ⁊ amice nature: ⁊ defectus ⁊ diminu
tio sunt res ignobiles ⁊ inimice nature merito fuit
incipienda denominatio signorum ab Ariete: quia
tunc res tenerescunt que qualitas assimilatur iuuē
tuti que ē potissima pars vite: sic ⁊ illa est potissima
pars temporis quando fiunt supradicta: quoniam
sol tunc recedit ab equatore diei ⁊ appropinquat re
gionibus septentrionalibus ⁊ calor agit in humidi
tatem que fuerat ex tempore hyemali precedente: ⁊
mouetur natura tunc ad generationem ⁊ augmen
tum rerum: ⁊ crescunt herbe: ⁊ frondescunt arbores
⁊ florent ⁊ producunt fructus: ⁊ germināt multa se
mina cum non accidat hoc in alijs temporibus an
ni. nisi forte aliquando casualiter. Merito ergo fuit
incipienda denominatio signorum ab Ariete poti⁹
q̃ʒ ab ab aliquo aliorum signorum.

¶ Capitulum septimum: quare signa fuerunt no
minata illis nominibus.

Dictum est superius quare denominatio si
gnorum incipienda est ab Ariete. Nunc autē
dicendum est quare signa denominentur illis no
minibus. Cause sunt plures: quaruʒ vna est quia in
illis locis que dicuntur signa sunt stelle ita disposi
te ⁊ ita ordinate ꝙ si traheretur linea ab vna ad alte
ram resultaret inde talis figura sicut est signum ab
ea denominatum. Et dicitur ꝙ Ptholomeus fuit
versus meridiem tantum ꝙ fuit sub equatore: ⁊ ste
tit ibi tantum ꝙ vidit omnia hec. ¶ Est alia causa
quare signa denominantur talibus nominib⁹. s. cuʒ
sol intrat Arietem augmentatur calor ex eo ꝙ sol in
cipit elongari a linea equinoctiali ⁊ appropinquat
ad çenith regionū septentrionalium ⁊ fortificat᷑ ꝑm
ꝙ Aries dicit᷑ habere vires respectu animaliuʒ for
tium. Deinde augmentatur calor ⁊ efficitur fortior
plusq̃ʒ esset cum sol erat in Ariete: ⁊ illud assimilat᷑
nature Tauri eo ꝙ Taurus sit animal fortius Arie
te: ⁊ fit declinatio solis ab equatore maior q̃ʒ cū erat
in Ariete: ⁊ appropinquatio eius ad çenith regio
num septentrionalium. Deinde intrat sol geminos
⁊ dicitur illud signum gemini quia geminatur tūc
calor ⁊ duplicatur vltra illud quod fuerat primo: ⁊
est tunc vltimum elongationis ei⁹ ab equatore diei:
⁊ appropinquationis eius ad summitatem capitū.
Deinde incipit sol redire versus equatorem diei: et
tunc dicitur ꝙ intret cancrum: quoniam cancer est
animal retrogradum: vnde sicut cancer dicitur ire
aliquando ante ⁊ postea redire retro ita cuʒ sol fue
rit elongatus ab equinoctiali linea ad vltimā eius
elongationem ab ea reuertitur versus ipsam: ⁊ tūc
dicitur ire retro sicut vadit cancer. Deinde cum egre
dietur sol cancrum intrat leonem: ⁊ dicitur ꝙ sit in
leone eo ꝙ calor augmētatur ⁊ fit fortior ⁊ acutior ⁊
magis rigidus propter aerem depuratum: ⁊ qui nō
participat tunc aliqua humiditate: vnde quia leo ē
animal rigidum forte ⁊ asperum valde fuit illud si
gnum denominatū ab illo animali. Deinde remit


ritur caloꝛ nec tunc fit augmentatio rerum nec generatio que fit oꝛdinata preter germinationem quoꝝdam seminum: ⁊ illud signū dicitur virgo: quia virgo est animal humile atqꝫ sterile: quia omnia tendunt ad diminutionem ⁊ quasi sterilitatem. Deinde intrat sol libꝛam: quia tunc equatur dies cū nocte ⁊ remittitur caloꝛ ⁊ efficitur in equalitate iter frigiditatem ⁊ caloꝛem: quia tunc incipit frigus vt aliqd assumere vires: ⁊ omnia sunt in equalitate tūc. Deinde intrat sol scoꝛpionem ⁊ augmentatur frigꝰ supꝛa caloꝛem ⁊ fit modo frigus modo caloꝛ: ⁊ distemperatur aer ⁊ fiunt pluuie ⁊ generantur egritudines pꝛaue ⁊ pestilentiales atqꝫ moꝛtifere ad modum veneni ⁊ similia: ⁊ ideo denominatur illud signum ab illo animali venenoso scoꝛpione. Deinde augmentat̄ frigꝰ manifeste sup caloꝛem ⁊ tunc dicit̄ sol intrare sagittarium: quia tunc fiunt mutationes aeris et declinat aer ad latus frigiditatis: ⁊ supueniūt pꝛuine valide niues glacies emisse ab aere tāqꝫ sagitte ledentes animantia ⁊ vegetabilia. Deinde augmentatur frigus super caloꝛē ⁊ quasi sopit̄ caloꝛ ⁊ declinat aer ad frigiditatem distemperatam ⁊ melancolicam ⁊ fiunt tunc niues multe ⁊ frigus vltimatum ⁊ glaties ⁊ similia: vnde cum capꝛicoꝛnus sit animal frigidum ⁊ siccum ⁊ melancholicum denominatū est illud signum ab illo animali: ⁊ est tunc sol in vltima declinatione ab equatoꝛe ad meridiez. Deinde incipit sol reuerti versus equatoꝛē ⁊ tunc incipit frigus quodāmodo diminui ⁊ fiunt aliquando pluuie loco niuium: ⁊ humidioꝛ efficitur aer: vñ denominatum est illud signuꝫ a tali dispositiōe aeris tūc vigente. Deinde intrat Sol per Pisces ⁊ fuit denominatuꝫ illud signuꝫ a Pisce quod ē animal aquaticum: quia tunc abundant pluuie plusqꝫ in alijs tempoꝛibus anni: nisi foꝛte per accidens aliquando: ⁊ si fuerint tunc niues vel pruine vel glacies: citius conuertuntur in aquam qꝫ in alijs tempoꝛibus hyemalibus.

¶ Incipit pars secunda: secundi tractatus de esse circuli essentiali.

¶ Capitulum pꝛimum de diuisione oꝛbis signoꝛuꝫ in duodecim signa ⁊ vniuscuiusqꝫ signi in. 30. gradus: ⁊ vniuscuiusqꝫ gradus in. 60. minuta: ⁊ vniuscuiusqꝫ minuti in. 60. secunda.



In his que pꝛedicta sunt i isto tractatu ostensa sunt pluraqꝫ q̄ huic operi vtilia esse vident̄ ⁊ sunt: ⁊ specialit̄ de numero sigꝝ ⁊ ipsoꝛum oꝛdinatione atqꝫ de ipsoꝝ diuisione Dicēdū est i isto capitulo đ diuisione oꝛbis sigꝝ ꝼm vestigia reuerēdissimi p̄decessoꝛis nr̄i Ptholomei atqꝫ honoꝛandoꝝ Hermetis. s. Albumasar aleçdegoç messale alchabicij adile Alhayat Thebit astaphan arastelli ⁊ alioꝝ pꝛudētiū q in hac scia studuerūt: ⁊ addendo ea que mihi vtilia videbūt̄ ꝼm ꝙ deus gratiam mihi pstiterit oꝛdinādi ⁊ ad memoꝛiaꝫ mihi reduxerit.



¶ Scire quidē debes ꝙ circulus signoꝛū qui çodiacus siue çodial dicit̄ diuidit̄ in duodecim diuisiōes equales: quaꝝ q̄libet vocat̄ signū: ⁊ dicūt̄ signa sicut superiꝰ dictū ē ad similitudinē quoꝛūdā aialiuꝫ que foꝛmātur ꝼm foꝛmas eoꝝ sicut dixi tibi. Pꝛimū igit̄ signū dicit̄ Aries: secūdū Taurus: tertium Gemini: quartū Cācer. qntū leo: sextū Uirgo: septimū: Libꝛa: octauū Scoꝛpio: nonū Sagittarius: decimū Capꝛicoꝛnꝰ: vndecimū Aquariꝰ: duodecimū Pisces. Et vnūqdqꝫ illoꝝ signoꝛū diuidit̄ in. 30. ptes eq̄les q̄rū quelibet vocat̄ gradus. Et q̄libet gradus diuiditur in. 60. ptes equales quaꝝ quelibet vocat̄ minutuꝫ. Et qd̄libet minutū diuidit̄ in. 60. ptes eq̄les quaꝝ quelibet vocat̄ secūdū. Et quodlibet secūdū diuiditur in. 60. ptes equales quaꝝ quelibet vocat̄ tertiuꝫ. Et qd̄libet tertiū diuidit̄ in. 60. partes equales q̄rū quelibet vocat̄ quartū: ⁊ ita vsqꝫ ad vltimū numeroꝛum. Sed cadent tibi in opatiōe tua ⁊ maxime in equationibꝰ aliqui numeri vltra istos: licet quidam de oꝛdine pꝛedicatoꝝ descēderint vsqꝫ ad qntū ⁊ sextū vt non philosophādo viderentur philosophari.

¶ Capitulum secūdū ad ostendendū que signa sunt septentrionalia ⁊ que meridionalia.

Dictū ē supus ꝙ signa sūt duodeciꝫ: ⁊ in quot ptes diuidit̄ qd̄libet signū. Nūc vō dicēduꝫ ē que ex ipis sint septētrionalia: ⁊ quot ⁊ q̄ sint meridionalia. Septētrionalia sunt sex illa. s. que sunt ab initio Arietis vsqꝫ in finem Uirginis: videlicet Aries Taurus Gemini Cācer Leo Uirgo. Et dicunt̄ septētrionalia: qm̄ sunt ex pte septētrionis ab equatoꝛe diei. Residua vō sex illa que sunt ab initio Libꝛe vsqꝫ in finem Piscium. Et dicuntur meridionalia quoniā sunt ex parte meridiei ab equatoꝛe diei.

¶ Capitulum tertium que signa sunt directe ascensionis ⁊ que toꝛtuose.

Dictū ē q̄ signa sunt septētrionalia: ⁊ que meridionalia. Nūc dicēdū est que signa sint directe ascēsiōis: ⁊ que vō tortuose. Directe ascensionis sunt sex illa. s. que sunt ab initio cācri vsqꝫ in finē sagittarij. Et dicūtur directe ascēsionis: qm̄ ascēdūt directe atqꝫ in lōgioꝛi tpe qꝫ eoꝝ opposita. Residua vō sex illa. s. que sunt ab initio Capꝛicoꝛni vsqꝫ in finem geminoꝝ dicūtur toꝛtuose ascēsionis: quoniaꝫ non ascēdunt ita directe sicut ascendunt eoꝝ opposita supꝛadicta. Et dicunt̄ toꝛtuose ascēdētia qm̄ ascendūt toꝛtuose atqꝫ in minoꝛi tpe qꝫ eoꝝ opposita supꝛadicta que sunt Capꝛicoꝛnus Aquariꝰ Pisces Aries

Taurus Gemini:q̄r quodlibet signum dȝ ascende-
re in duabus horis eq̄libꝰ. Directa v̄o ascēdūt ī plꝰ
duabꝰ horis. tortuosa v̄o in minus duabus horis.
¶ Que sunt obediētia. Dixit Alchabiciꝰ ꝙ tortuose
ascendentia obediūt directe ascēdētibꝰ .s. duo signa
que fuerūt eiusdē lōgitudinis a capite cācri: illud q̄d
ascēdit tortuose obedit illi q̄d ascēdit directe: vt gemi
ni cācro: q̄r tm̄ distat finis geminoꝝ ab eq̄tore diei
q̄ntū initium cācri ⁊ finis cancri q̄ntū initiū gemi-
noꝝ: ⁊ taurꝰ eadem rōne dicit obedire leoni: Aries
virgini: pisces libre: aquarius scorpioni: capricornꝰ
sagittario. Et dixit idem philosophꝰ ꝙ duo signa q̄
fuerint eiusdē longitudinis a capite arietis dicunt
concordantia in itinere vt aries ⁊ pisces: tantū enim
distat finis arietis ab equatore diei quātū pricipiū
pisciū: tantū taurus quantū aquariꝰ: tātum gemini
quātū capricornꝰ: tantū cancer quātū sagittariꝰ: tan
tū leo quātū scorpio: tātū v̄go quātū libra. ¶ Est et
alius modꝰ diuidendi iter ascēsiones signoꝝ ſȝ duas
medietates circuli signoꝝ. Et dicūtur quedā signa
maiora quibusdā sibi oppositis: non ꝙ vnū signuȝ
sit maius vel lōgius altero in suo circulo: sed q̄m te-
nēt plus de tēpore in ascēdēdo q̄ȝ eoꝝ opposita: ⁊ oc
cidūt in minori: ⁊ incipiūt a leone q̄ est domꝰ solis:
⁊ dicit medietas maior. Et etiā medietas solis dicit
a p̄ncipio leonis vsq̄ȝ in finē capricorni: q̄m sol h̄ēt ī
tota illa medietate talē v̄tutē q̄lē h̄ūt aliȷ̄ q̄nq̄ȝ plane
te in suis terminis. Residua v̄o medietas illa .s. que
est a p̄ncipio aq̄riȷ̄ vsq̄ȝ in finē cācri vocat medietas
minor: nō ꝙ sit minor alia: sed ascēdūt in minori tē-
pore q̄ȝ eoꝝ opposita: ⁊ occidūt in maiori ſm diuer
sitatē climatū ⁊ regionū: Et dicit medietas lune: q̄m
luna habet in tota illa medietate talē virtutē qualeȝ
habent aliȷ̄ q̄nq̄ȝ planete in suis terminis propter
multas imp̄ssiōes ⁊ multos effectus quos habet in
nobis plusq̄ȝ h̄ūt aliȷ̄ planete. Et hec fuit causa q̄re
termini non fuerunt assignati soli vel lune in signis
sicut fuerint assignati aliȷ̄s q̄nq̄ȝ planetis prout dice
tur inferius quando loquar de terminis planetaꝝ.
Et illa medietas circuli que est ab initio arietis vsq̄ȝ
in finē virginis dicit medietas calida. Et altera me
dietas illa .s. que est ab initio libre vsq̄ȝ in finē pisciū
dicit medietas frigida. Et illa q̄rta ps circuli que est
ab initio arietis vsq̄ȝ in finem geminoꝝ dicit quar-
ta calida humida vernalis puerilis sanguinea: ⁊ ha
bet significare puerilē etatē vsq̄ȝ ad iuuentutem. Et
illa alia quarta que ē ab initio cancri vsq̄ȝ in finem
virginis dicit q̄rta calida sicca estiualis colerica iu-
uenilis: ⁊ habet significare iuuētutē vsq̄ȝ ad comple
mentū eiꝰ .s. in initiū mediocris etatis. Et alia q̄rta
que est ab initio libre vsq̄ȝ in finē sagittariȷ̄ dicit q̄r-
ta frigida sicca autumnalis melācolica: ⁊ h̄ēt signifi-
care mediocrē etatem vsq̄ȝ ad principiuȝ senectutis.
Residua v̄o quarta illa que est ab initio capricorni
vsq̄ȝ in finē pisciū dicit quarta frigida humida hye-
malis fleumatica senilis defectiua: ⁊ h̄ēt significare
senectutē atq̄ȝ senectam vsq̄ȝ ī finē vite naturalis.

¶ Capitulū quartū de ordine circuloꝝ septē plane
taꝝ atq̄ȝ ipsorum septem planetaꝝ dispositiōe ⁊ ipo
rum cursibꝰ ⁊ in quibus tp̄ibꝰ p̄ficiantur cursus.

IN isto capitulo dicā tibi ſȝ ꝙ philosophi di
xerūt: ⁊ ē veꝝ de ordine circuloꝝ septē plane-
taꝝ quoꝝ primus ⁊ altior ⁊ sup̄ior ⁊ orbi signorum
propinquior est circulus saturni: deinde scȝ secūdus
est circulus iouis: tertiꝰ ē circulus martis: quartꝰ est
circulus solis: quintus est circulus veneris: sextus
est circulus mercuriȷ̄: septimus est circulus lune qui
est inferior ⁊ omnibꝰ aliȷ̄s terre propinquior. Septē
aūt planetaꝝ omnibus altior ⁊ superior cursu: tar-
dior est saturnus qui perficit cursum suū medium
in .30. annis fere. Deinde iupiter q̄ perficit cursum
suū in .12. annis fere. Deinde mars qui perficit cur-
sum suum in .2. annis fere. Deinde sol qui p̄ficit cur
sum suum in vno anno. Deinde venus que perficit
cursum suū in anno vno: sicut sol. Deinde mercuri-
us qui p̄ficit cursum suū in anno vno similiter. De-
inde luna que est omnibus aliȷ̄s velocior ⁊ inferior
atq̄ȝ terre propinquior q̄ perficit cursum suū in .27.
diebus ⁊ tertia vnius diei fere. Sunt etiam p̄ter pla
netas duo loca ī celo ī circulo signoꝝ ītellecta: quoꝝ
vnꝰ vocat caput draconis: ⁊ alius cauda draconis:
⁊ sunt duo trāsitꝰ oppositi quos facit circulus lune
per circulum solis: ⁊ habent significare quedaȝ que
dicent īferiꝰ cū de cauda ⁊ de capite tractabimus.

¶ Capitulum quintum quas potestates habēt pla
nete in signis.

QUilibet planetaꝝ h̄ēt potestates in signis: q̄-
rum quedaȝ sunt p̄ naturā: quedā sunt p̄ acci
dens. Per naturā sunt iste domꝰ exaltatio terminꝰ
triplicitas facies. Per accidens sunt iste gaudia scȝ
planetaꝝ: existentia eoꝝ in locis ⁊ domibꝰ fortibus:
⁊ quādo sunt recepti scȝ quādo vnꝰ recipit aliū sicut
alie fortitudines que dicentur in suo loco ⁊ tēpore.

¶ Capitulū sextū de domibꝰ planetarum.

SIgna sicut ostensuȝ est sunt duodeciȝ ⁊ sunt
assignata pro domibꝰ septem planetis: quia
leo est domꝰ solis prout philosophi testātur: cancer ē
domus lune: gemini ⁊ virgo sunt domus mercuriȷ̄:
taurus ⁊ libra sunt domus veneris: aries ⁊ scorpio
sunt domꝰ martis: pisces ⁊ sagittariꝰ sunt domꝰ io-
uis: aquarius ⁊ capricornꝰ sunt domꝰ saturni. ¶ Sȝ
posses tu dicere: quare fuerunt domꝰ planetaꝝ sic or
dinate: ⁊ quare sol ⁊ luna habuerūt quilibet eoruȝ
vnicaȝ domū tantū ⁊ ceteri planete habent quilibet
eoꝝ duas. cum luminaria videant potiꝰ habere du-
as q̄ȝ aliq̄s alioꝝ propter fortitudines suas: ⁊ p̄pter
multas causas que p̄nt assignari: ⁊ maxime cum Al
bumasar dicat ꝙ sol ⁊ luna sūt fortiores ⁊ maiores
fortune ceteris fortunis. Ad quod potest taliter re-
sponderi: q̄m inter antiquos fuit diuersitas in ordi
natione domoꝝ planetaꝝ: quidā .n. inceperūt a do
mibus luminarium: quidā inceperunt a domibus
saturni: quidā inceperūt a domibꝰ martis: quidam
inceperunt a domibꝰ iouis: quidam inceperūt a do
mibus mercuriȷ̄: quidaȝ inceperūt a domibus ve-
neris: ⁊ quilibet assignauit suam causam ſm ꝙ sibi
visum est. Verūtamen ego in illa eoꝝ diuersitate nō
facio magnam vim: multe enim cause possunt assi-
gnari: tm̄ nolo eas oēs assignare nec volo recitare oēs
opiniones antiquoꝝ: quia valde longū esset: nec es-
set ibi vtilitas: sed assignabo tibi vnā ⁊ sufficiat mo-
do tibi. Una causa q̄re leo assignatus fuit soli p̄ do-
mo ⁊ nullum aliud signū hec est scȝ quia sol est lumi
nare maius ⁊ est luminare diurnū ⁊ lucis ⁊ iudica
tur calidus ⁊ siccus ⁊ eius calor est intensus: ⁊ virtꝰ
caloris eiꝰ apparet fortius cum ipse est in leone q̄ȝ
cum est in aliquo alio signo: ⁊ natura estatis appa-
ret tunc fortius q̄ȝ in aliȷ̄s tēporibꝰ. Et est sol plane-
ta masculinus diurnus: ⁊ significat caliditateȝ ⁊ sic-
citatem per naturā suā. Et leo est signū masculinuȝ
igneum calidum scilicet ⁊ siccum: ⁊ cum sol est in eo
tunc est culmen estatis ⁊ complementum augmen-

tationis caloris:⁊ nullum aliud signum est ita pro/
pinquum nature solis sicut Leo:quia licet Aries et
sagittarius sint signa ignea:non est tamen fortitudo
caloris solis ita manifeste apparẽs est:nec eiꝰ lumen
ita claꝝ nec ita subtile sicut ẽ in leone. Et dixit albu
masar ꝙ sol ⁊ leo concordant in hoc scꝫ qꝛ sol est in
medio planetaꝝ:⁊ leo est in medio estatis:qꝛ tunc ẽ
vltimatus ⁊ fortior calor estatis qñ sol est in Leone.
¶ Quare cancer est domus lune. ¶ Cancer vͦ solꝰ
fuit assignatus lune pro domo que est luminare no
cturnum ꝓpterea quia cancer est primũ signuꝫ mo-
bile ab initio signorum quod concordat cum luna ĩ
femineitate mobilitate frigiditate atqꝫ humiditate.
Et est magis propinquũ domui luminaris a quo
luna recipit lumen q̃ꝫ aliquod aliud signuꝫ mobile
vel frigidum vel humidum quod concordat cũ na-
tura lune. Et dicit etiã luna luminare solis qm̃ ipsa
recipit lumẽ ab eo:⁊ ille due domus sunt lucidiores
⁊ splẽdidiores ⁊ naturis luminariũ magis cõcordã
tes q̃ꝫ aliqua de alijs domibus in omnibus clima-
tibus ⁊ in omnibus regionibꝰ de mundo. ¶ Qua-
re capricornꝰ ⁊ aquariꝰ sunt domus saturni. Et sicut
sol ⁊ luna sunt corpora lucidiora ⁊ splendidiora ⁊ lu
minosiora ceteris corporibus supercelestibus:⁊ eo-
rum lumen magis percipit ⁊ manifestius q̃ꝫ lumẽ
alicuiꝰ alioꝝ:⁊ sunt fortune augmentantes:ita ob-
scuritas ⁊ tenebrositas saturni percipit pre ceteris
alijs obscuritatibꝰ ⁊ tenebrositatibꝰ alioꝝ corporum
supcelestium:⁊ ipse est deterior omnibꝰ infortunis ⁊
est destruens. Unde cum lumen ⁊ splendor sint dire
cte contrarij obscuritati ⁊ tenebrositati ⁊ econtrario:
⁊ luminaria habeant significare splendoreꝫ ⁊ lumẽ
⁊ claritatẽ ⁊ saturnꝰ habeat significare obscuritatem
⁊ tenebrositatem:ob hoc fuerũt domus eoꝝ opposi
te directa linea. Et hec fuit causa quare capricornus
⁊ aquarius fuerunt assignati saturno pro suis domi
bus. Et similiter capricornꝰ ⁊ aquarius sunt domꝰ
tenebrose ita ꝙ cũ sol est in eis est tunc aer magis ob
scurus ⁊ magis a puritate remotus:⁊ specialiẗ cum
ipse est in aquario quia tunc est culmen ⁊ vltimatũ
frigꝰ hyemis. ¶ Quare sagittarius ⁊ pisces sunt do
mus iouis. ¶ Sagittariꝰ vero ⁊ pisces fuerunt assi-
gnati ioui pro suis domibus iuxta domos saturni
qm̃ iupiter succedit saturno in ordine circuloꝝ ime
diate ⁊ est fortuna fortis ita ꝙ frãgit maliciam Sa-
turni:⁊ illa duo signa aspiciũt domos luminarium
a trino aspectu qui est aspectꝰ amicicie integre atqꝫ ꝑ
fecte sicuti oppositio est aspectꝰ vltimate inimicicie.
Et ob hoc quia ipse est fortuna pre ceteris fortunis
preter luminaria:oportuit ꝙ eius domus essent in
talibꝰ locis designate ꝙ aspicerent domos lumina-
rium aspectu dilectionis pre ceteris aspectibus. Pi
sces enim aspicit cancrum qui est domꝰ luminaris
nocturni a trino aspectu ⁊ ẽ de ipsius triplicitate qđ
auget etiam bonitatẽ aspectꝰ. Et sagittarius similr
aspicit leonem qui est domus luminaris diurni a
trino aspectu ⁊ ẽ de ipsiꝰ triplicitate. ¶ Quare aries
⁊ scorpio sunt domꝰ martis. ¶ Aries vͦ ⁊ scorpio
fuerunt assignati marti pro suis domibus iuxta do
mos iouis:quoniam mars succedit ioui in ordine
circuloꝝ imediate ⁊ est malus ⁊ infortuna:sed eius ĩ
fortuniũ ⁊ eius malum sunt infra infortuniũ ⁊ ma-
liciaꝫ saturni. Et illa duo signa aspiciunt domos lu-
minarium a quarto aspectu qui ẽ aspectꝰ medie ini
micitie. Et ob hoc quia ipse est malus infra satur-
num qui significat vltimatam maliciam ; oportuit
ꝙ eius domꝰ essent in talibꝰ locis designate ꝙ aspice-
rent domos luminarium aspectu mdie inimicicie.
Aries enim aspicit cancrum qui est domus lumina
ris nocturni a quarto aspectu nec est de ipsiꝰ triplici-
tate ꝙ deteriorat etiam aspectum Scorpio similiter
aspicit leonem a quarto aspectu qui est domus lu-
minaris diurni. ¶ Quare taurꝰ ⁊ libra sunt domꝰ
veneris. ¶ Taurꝰ vero ⁊ libra fuerunt assignati ve-
neri pro suis domibꝰ iuxta domos martis eo ꝙ ipsa
succedit soli in ordine circulorum cui est assignata ꝓ
pria domus. Et ob hoc succedunt domus veneris
domibꝰ martis. Et est venꝰ bona fortuna: sed non ẽ
ita prefecta fortuna sicut iupiter:quia iupiter est ita
fortis fortuna ꝙ frangit omnem maliciaꝫ malicio-
sorum quod venꝰ non potest facere:tamen licet non
posset frangere malicias alioꝝ sicut iupiter minuit
eas tamen sicut potest ⁊ per se confert fortunaꝫ ⁊ bo
num. Et eius fortunium ⁊ eiꝰ bonitas est infra fortu
niuꝫ ⁊ bonitatem iouis. Et illa duo signa aspiciunt
domos luminarium a sextili aspectu qui est aspectꝰ
medie amicitie. Et ob hoc quia ipsius ẽ fortuna bo-
na infra iouem qui significat perfectam ⁊ vltimatã
bonitatem ⁊ amicitiam:oportuit ꝙ eius domus es-
sent in talibus locis designate ꝙ aspicerent domos
luminarium aspectu medie amicitie. Taurus enim
aspicit cancrum qui est domus luminaris noctur-
ni sextili aspectu qui est aspectꝰ medie amicitie licet
non sit de ipsius triplicitate. Libra aspicit leonem a
sextili aspectu qui est domus luminaris diurni.
¶ Quare gemini ⁊ vͦgo sunt domꝰ mercurij. ¶ Ge-
mini vero ⁊ virgo fuerunt assignata mercurio pro
suis domibus iuxta domum veneris:quia ipse suc
cedit veneri in ordine circulorum:⁊ est cõmixtus: ta
men est in natura sua plus fortuna q̃ꝫ infortuna : sꝫ
conuertit ad naturam illiꝰ cui coniungit. Et hec est
causa quare ipse dicit commixtꝰ .s. ꝙ eiꝰ domꝰ non
aspiciunt domꝰ luminarium aliquo aspectu quia
sunt ei similiter contigue. Et quia mercuriꝰ non elõ
gat a sole tm̃ ꝙ ipse possit esse in aliquo aspectu cuꝫ
ipso. ¶ Sed posses tu dicere ꝙ gemini aspicit leo-
nem ⁊ virgo cancruꝫ:verumtamen illud non habet
locũ in tali casu:quoniã ꝫm istã considerationẽ nul-
lũ signũ dicit aspicere domũ alicuiꝰ luminaris ab
aliquo aspectu ꝙ domꝰ alteriꝰ luminaris cadat ifra
illos terminos. Unde gemini non dicit aspicere leo
neꝫ qꝛ cancer domꝰ lune cadit infra illos terminos:
nec virgo dicit aspicere cancrum:quia leo domꝰ so-
lis cadit infra illos terminos. Et ita intellige đ alijs
signis:qꝛ aries non aspicit leonẽ trino aspectu pro-
pter cancrũ domuꝫ lune que cadit infra illos termi
nos queꝫ ipse aspicit quarto aspectu. Scorpio non
aspicit cancrum trino aspectu ꝓpter leonẽ domum
solis qui cadit infra alios terminos quem ipse aspi
cit quadrato aspectu. Taurus non aspicit leoneꝫ q̃-
drato aspectu propter cancrum domum Lune qui
cadit infra illos terminos quem ipse aspicit sextili
aspectu. Libra non aspicit cancrum quadrato aspe-
ctu propter leonem domum solis qui cadit inter il-
los terminos quẽ ipse aspicit sextili aspectu. ¶ Hec
omnia considerabis ꝫm considerationem quare si-
gna fuerint assignata planetis pro domibꝰ. Secus
autem est in planetis existentibꝰ in illis signis sicut i
capitulo de aspectibus planetarum plenarie dicet.
Multas alias causas ⁊ philosophorum opiniones
possint assignari sed ad vitandum prolixitateꝫ suf-
ficiat tibi ratio supradicta.

¶ Capitulū septimū de detrimentis planetarum.

Detrimentū cuiuslibet planete dicit septimū signū a domo eius. s. eiꝰ oppositū: ⁊ etiā dicit eiꝰ casus sicut libra est oppositū arietis ⁊ aries libre: ⁊ est detrimentū martis libra: ⁊ aries detrimētū veneris. Et scorpio est oppositū tauri ⁊ est detrimētū veneris. Et taurus est oppositū scorpionis ⁊ est detrimētū martis. Et sagittarius est oppositū geminorū ⁊ est detrimētū mercurij. Et gemini est oppositū sagittarij ⁊ est detrimētū iouis. Capricornꝰ est oppositū cācri ⁊ est detrimētū lune. Et cācer est oppositū capricorno ⁊ est detrimētū saturni. Aquarius est oppositū leonis ⁊ est detrimētū solis. Leo est oppositū aquarij ⁊ est detrimētū saturni. Piscis est oppositū virginis ⁊ est detrimentū mercurij. Virgo ē oppositum pisciū ⁊ est detrimentū iouis. ¶ Et dixit alchabicius ꝙ si duo signa fuerint domus vniꝰ planete dicunt concordantia in almātica hoc ē in circulo qui latus est in medio ⁊ in ligatura strictus. s. in zodiaco qđ apparet in spera manufacta: quia vbi zodiacus transit ꝑ equatorez ibi circulus dicit esse strictus ⁊ vbi declinat ab eo ad meridiē vel ad septentrionē ibi dicit esse latꝰ. Albumasar vͦ dixit ꝙ duo signa que fuerint domꝰ vnius planete dicunt cōcordantia in itinere vt aries ⁊ scorpio que sunt domus martis: taurus ⁊ libra que sunt domus veneris: gemini ⁊ virgo que sunt domus mercurij: sagittarius ⁊ piscis que sunt domus iouis: Capricornꝰ ⁊ aquarius que sunt domus saturni: carcer ⁊ leo que sunt domus luminarium.

¶ De gaudijs planetaꝝ sm̄ Dorothium.

Dixit Dorothius ꝙ saturnꝰ gaudet in aquario: iupiter gaudet in sagittario: mars gaudet in scorpione: venus gaudet in tauro: mercurius gaudet in virgine.

¶ Capitulum octauū de exaltationibus planetaꝝ.

Dixerunt Albumasar ⁊ alchabiciꝰ ꝙ sol exaltat in ariete. s. in. 19. gradu eiꝰ. ¶ Luna exaltat in tauro. s. in. 3. gradu eiꝰ. ¶ Saturnꝰ exaltatur i libra. s. in. 21. gradu eius. ¶ Jupiter exaltat in cācro. s. in. 15. gradu eius. ¶ Mars exaltat in capricorno scȝ in. 28. gradu eiꝰ. ¶ Venus exaltatur in pisce. s. in 27. gradu eius. ¶ Mercuriꝰ exaltatur in vͦgine. s. in 15. gradu eiꝰ. ¶ Caput draconis exaltat in geminis. scȝ in. 3. gradu eiꝰ. ¶ Cauda illius exaltat in sagittario. s. in. 3. gradu. Et dixit albumasar ꝙ fuerunt dicte exaltiones planetaꝝ i gradibus supradictis: qm̄ erant in illis gradibus quando fuerunt formati.

¶ Capitulum nonum quare aries est exaltatio solis ⁊ libra eius descensio ⁊ quare alia signa sunt exaltationes planetarum.

querentis q̄ꝫ nati: ⁊ significatur ei bona vita ⁊ lon-
ga ⁊ fortuna ex suis maioribus consanguineis.
¶Quod si fuerit in secunda significat ꝙ natus seu
querens erit fortunatus in filijs ⁊ gaudebit ex eis ⁊
in cōmestionibus ⁊ indumentis: ⁊ in lucrando sub
stantiam ⁊ eo magis si pars fortune fuerit ibi. ¶Si
quidem fuerit in tertia significat iram laborem ⁊ tri
stitiam ⁊ infirmitates nec erit fortunatus in anima
libus minoribus aut personis sibi subiectis: nec be
ne cedet ex inde sibi. ¶Quod si fuerit in quarta ⁊
fuerit venus vel aliquis ex planetis conuertibilibꝰ
⁊ fuerit questio de matrimonio significat ꝙ illud ꝑ-
ficietur. Et si fuerit iupiter significabit natum seu q̄-
rentem habiturum bonas vxores bonosqꝫ socios ⁊
fortuna in mercatione. Si quidem fuerit aliqua ex
infortunis significabit ipsum habiturum lites atqꝫ
discordias vel separationem in vita a loco in quo
ipsum inueneris vel a proprijs bonis: ⁊ eo magis
si fuerit de planetis leuioribus: ⁊ iterū magis si q̄r-
ta domus fuerit signuꝫ mobile. Et si fuerit in quin-
ta fueritqꝫ infortuna significat malum esse nati seu
querentis ac ipsius mortem ⁊ destructioneꝫ. Si au-
tem fuerit fortuna significabit natum siue queren-
tem habiturum fortunam in dotibus mulierum
⁊ aliorum bonorum occupationē. Et si fuerit que-
stio de lucro significabit eius fortunam in alienis
terris. ¶Si autem fuerit in sexta significat longa iti
nera non bona pro nato siue querente atqꝫ laborio-
sa ⁊ ifortunata nisi esset iter pro vernaculis siue alijs
seruientibus seu animalibus nec est fortunatus in
clericio. ¶Quod si fuerit in septima significat natū
seu querentem acquisiturum honorem siue arteꝫ ⁊
lucrum cum mulieribus ⁊ causa mulierum. ¶Si
vero in octaua fuerit significat eum ad impleturum
multas de suis voluntatibus ⁊ eorum que sperauе
rit ⁊ specialiter de rebus mortuorum: ⁊ maxime oc-
casione amicorum vel alicuius fortunate rei. Si qui
dem fuerit in nona significat iram ⁊ tribulationem
nato seu querenti aduenturam de rebus de quibꝰ
affectabar habere bonam ⁊ vtilitatem ⁊ in quibus
habebat fiduciā.

¶De nona domo ⁊ eius dn̄o.

Si autem dominus none domꝰ fuerit in de-
cima in natiuitate alicuius seu questione si-
gnificat natum seu querentem habiturum bonam
atqꝫ decentum ⁊ honorificam familiaritatem cū ho
minibus ⁊ maxime cum nobilibus ⁊ magnatibus
⁊ magnatorum domesticis ⁊ cum eis morā contra-
cturum siue habiturum ⁊ lucruꝫ ab eis vel ab alijs
magistratibus. ¶Quod si fuerit in vndecima ⁊
fuerit questio de itinere significat illud fortunatuꝫ
atqꝫ fructiferum ⁊ eo magis si fuerit iter ad amicos
vel cum amicis: significabit etiam natum seu que
rentem multas de suis cogitationibus ad eius vel-
le perfecturū vel ꝙ ipse adherebit alicui magne pa-
rentele que sibi nota est. ¶Si quideꝫ fuerit in duo-
decima significat ꝙ ad natum seu querentem deue-
niant res alique imobiles atqꝫ infortunate nec non
sibi nocibiles licet nō diu durabiles vel ꝙ ledet̄ vel
dānificabitur a magnis animalibus. ¶Si vͦo fuerit
in pria fueritqꝫ iterrogatio de filijs significat q̄rēteꝫ

seu natum habiturum filios bonos ⁊ vtiles ⁊ fortu
nium in eis ⁊ ex eis: erit etiam fortunatus in indu-
mentis: ⁊ gaudia sibi euenientia erunt durabilia: et
letabitur in oībus delectabilibus: ⁊ bene viuet atq̄
honorifice. ¶ Siquidē fuerit in secunda ⁊ fuerit q̄-
stio de filijs seu vernaculis: vl' de animalibus mino
ribus significat lucrum ⁊ proficuum atq̄ vtilitatem
ex eis: idem etiā ex eis poteris iudicare nato. ¶ Qđ
si fuerit in tertia ⁊ fuerit questio de matrimonio vl'
de societate contrahenda siue de mercatione faciēda
significat omnium predictoꝝ fortunam bonā: ⁊ eo
magis ⁊ certius si fuerit ille significator fortunatus:
eritq̄ natus seu querens fortunatus in consangui-
neis ⁊ maxime in senioribꝫ ⁊ conuicinis: eritq̄ fortu
natus in litibus ⁊ accident ei litigia magna: ⁊ erit
fortunatus in socijs ⁊ mercationibꝫ. Siqdem fue-
rit venus significat eum fortunatum in mulieribꝫ.
Si autē fuerit aliqua ex infortunis contrariū signifi
cabit. ¶ Si vero fuerit in quarta ⁊ fuerit questio de
morte significat eam aduenturā: ⁊ erit ſm naturam
planete qui fuerit significator rei predicte: significat
etiam ꝙ natus seu querens hereditabit bona mor-
tuorum ⁊ maxime imobilia: ⁊ acquiret bona ex do
tibus vel causa mulieꝝ. Et si aliqua ex predictis de
causis non fuerit lucratus videt̄ ꝙ sit lucraturus in
terra extranea. Si autem aliquis maloꝝ fuerit signi
ficator mortis saturnus. s. aut mars significat mortē
illaudabilem: ⁊ accident in aliquo habitaculo sibi
hec. ¶ Si autē fuerit in quinta significat iter lauda-
bile causa filioꝝ vel indumentorum vel cōmestionū
vel ex nuntijs seu nuntiationibus eritq̄ fortunatꝫ
in itineribus mediocribus. ¶ Quod si fuerit in sex-
ta significat natum seu querentem preponendum ⁊
superessendum gentibus vilibus atq̄ minoribus:
⁊ ꝙ lucrabitur ex animalibus paruis vel eoꝝ occa
sione. ¶ Et si fuerit in septima significat eius fortu-
nam in matrimonijs seu mulieribus atq̄ mercatio
nibus ⁊ socijs necnon in terris non suis. ¶ Siqdē
fuerit in octaua significat natū seu querentē casurū
in carcerem seu grauem infirmitatem seu mortalem
atq̄ tribulationem: equidem si de magnis animali
bus se intromiserit sequetur inde damnum ⁊ nocu
mentum nec iuuent in suam vtilitatem: ⁊ dubitat̄
ne ledant vel offendant eum.

¶ De octaua domo ⁊ eius domino.

Si dn̄s octaue domus fuerit in nona ⁊ fue-
rit questio de absente significat ꝙ absens be-
ne se habet ⁊ maxime si fuerit eiꝰ significator fortuna
vt si fuerit iupiter significat ꝙ vtitur cum aliquibus
iudicibus vel cū ecclesiasticis: vel studet in scientijs
addiscendis. Si fuerit venus significat ꝙ vtat̄ cum
mulieribus vel cum libenter comedentibus ⁊ bibē
tibus. Si aūt fuerit luna vel mercurius significat ꝙ
vtit̄ cū varijs ⁊ diuersis personis ⁊ ꝙ non moratur
stabiliter nec etiam firmiter in vno loco vel in vna
terra. Quod si fuerit mars ⁊ ipse fortunatus ⁊ fortis
significat ꝙ ipse vtitur aliqua arte que operat̄ ⁊ fit
ferrum ⁊ ignē ⁊ sanguinis effusionē: ⁊ videt̄ ꝙ ille
vsus cum predictis personis sit ei vtilis ⁊ fructuo-
sis. ¶ Et si fuerit in decima ⁊ fuerit questio de itine
re breui ⁊ maxime si fuerit iter ad aliquem magnatē
vel occasione alicuius magistratus: vel occasione ali
cuius rei afferentis querenti honorem significabit
illud ſm intentionem querētis res predictas aduē-
turas. ¶ Siquidem fuerit in vndecima significabit
ꝙ amici eius student in faciendo ꝙ ipe acquirat ali-
quam rem imobilem sibi vtilem ⁊ honorabilem si
questio fuerit de hoc. ¶ Si autem fuerit in duode-
cima ⁊ fuerit questio de filijs significat eorum malā
filiationem vel ꝙ non viuent: ⁊ si vixerint non gau-
debit cum eis nec ex eis. Significabit etiā venenū
oblaturum querenti siue nato in comestiōe: ⁊ ꝙ nō
erit fortunatus in indumentis: ⁊ ꝙ vt multū apor-
tabuntur ei ambaxate atq̄ noua displicibilia sibi.
¶ Si vero fuerit in prima significat ꝙ habebit for-
tunā mediocrē in famulis atq̄ vernaculis ⁊ in ani-
malibus paruis: ⁊ non grauabitur multis vel gra-
uibus infirmitatibus. ¶ Quod si fuerit in secunda
significat natum seu querentem adepturum mulie-
rem ex cuius occasione sequetur lucrum ⁊ vtilitatē:
⁊ ꝙ habebit fortunam in mercatione rerum mobi
lium. Uerūtamen si contraxerit societatem cum ali-
quo non diu durabit: eritq̄ litigiosus cum propria
familia. ¶ Si vero fuerit in tertia ⁊ fuerit questio đ
itinere paruo significat mortem in illo itinere. Et si
fuerit questio de dote significat eum habiturum illā
⁊ cum vicinis vel in contrata in qua habitauerit q̄-
rens: sin autem de hereditate. ¶ Si fuerit in quarta
⁊ fuerit questio de itinere longo significat illud ma
lum graue atq̄ durum significat etiam querentem
acquisiturum malam famā in illo. Et si fuerit que
stio de aliquo clerico significat eum malum atq̄ in-
honestum ⁊ paucam fidem in rebus diuinis habē-
tem. Idem poteris dicere absente si questio fuerit đ
illo. ¶ Si autem fuerit in quinta significat natū vl'
querentem fortunam in filijs ⁊ comestionibus atq̄
indumentis habiturum. Si fuerit questio de nup-
tijs vel ep̄la significat bonos nuncios ⁊ in ep̄la ꝑti-
net̄ bonū. ¶ Si v̄o fuerit in sexta ⁊ fuerit questio de
fortuna significat eam debilem ⁊ non bene firmam:
nec erit natus seu querens fortunatus in amicis nec
erunt ei bene veridici: erit tament fortunatus ⁊ i fa-
mulis ⁊ seruientibus ⁊ in animalibus paruis.
¶ Siquidem fuerit in septima ⁊ fuerit questio de
carcere vel de infirmitate de qua dubitatur signifi-
cat querentem visurum siue incursurū in id quod
timuerit vel dubitauerit: ⁊ accidet hoc sibi causa mu
lieris vel socij aut mercatoris: ⁊ erit ei timendū gra
uamen a latronibus vel exulantibus seu expulsis:
aut ludo vel proditione mulierum.

¶ De septima domo ⁊ eius domino.

Si autem dominus septime domus fuerit in
octaua in natiuitate alicuius vel eius que-
stione significat natum seu querentem lucraturum
occasione alicuius mortui: vel ꝙ hereditabit bona
mortuorum. Et si fuerit questio de morte socij mer-
catoris vel vxoris vel inimici significabit illam. Et si
fuerit questio de absente significabit ꝙ absens vxo-
retur in absentia illa: ⁊ possibile erit ꝙ incarceretur
occasione mulieris. ¶ Si fuerit in nona ⁊ fuerit de
aliquo itinere questio significat illđ inutile atq̄ nō
lucrosum sed potius damnosum ⁊ eo magis si no-
na fuerit domus alicuius infortune: vel fuerit in ea
infortuna impedita. Quod si fuerit questio vtrū
coniungatur vir cum aliqua muliere vel alicui qui
affectauerit introire in aliquam ecclesiam significa-
bit illud. Si autem fuerit questio vtrum aliquis in
ueniat inimicos in via: vl' de vxore q̄ suspicatur me
chari cum aliquo clerico: aut ꝙ ipsa intendit ire ad
aliquam terram vel ad alium locum: vel clericꝰ quē
ipse dicit sit inimicaturus querēti significabit illud.

Si autem

Si autem fuerit questio ꝺ expulso seu exulato signi
ficat eius redituꝫ. ¶Quod si fuerit in decima ꝛ du-
bitauerit querens ne rex vel alius laicus sibi prepo
situs inimicetur sibi: vel si eius' inimici habebunt
dñium super eũ: vel si aduersarij obtinebunt cõtra
eum in lite sine cõtentione: vel si dñs siue iudex fue-
rit fauorabilior inimicis aut aduersarijs quã sibi si-
gnificabit illud. Siquidem fuerit questio vtruꝫ do-
minus siue alius prepositus sibi aut medicus corrũ
pat vel agat cum eius vxore significabit illud. Et si
fuerit questio de ꝯtrahendo societatẽ cum eo signi
cat ꝙ societas erit bona ꝛ vtilis atqꝫ honorifica: ꝛ eo
magis ꝛ vtilius si societas fuerit rerum imobilium
ꝛ ꝙ querens illa occasione deueniet ad reliquaꝫ ar-
tem siue ad aliquod magisterium. ¶Si vero fuerit
in vndecima ꝛ fuerit q̃stio de filijs significat ꝙ eius
filij erunt fortunati ꝛ ipse erit fortunatus in eis ꝛ ex
eis ꝛ in indumẽtis: hoc addito si planeta significator
fuerit fortuna ꝛ fortunatus atqꝫ fortis: ꝛ ꝙ fortuna
sequet querentẽ quocũqꝫ ipse iuerit. Illud idẽ pote
ris dicere de amicis atqꝫ de familiarib⁹ regis ꝛ ma-
gnatis qui fuerit aptus regno. ¶Si auteꝫ fuerit in
duodecima significat iram ꝛ tristiciam ac infirmita
tem nato seu querenti aduenturã: hoc dico si fuerit
significator in fortuna vel infortunatus. Si autem
fuerit fortuna vel fortunatus significabit eũ adeptu
rum animalia tam maiora q̃ꝫ minora: ꝛ etiaꝫ occu-
pationem atqꝫ inimicorum incarcerationem. ¶Si
quidẽ fuerit in prima fueritqꝫ fortũa: ꝛ fortunatus
significat natum seu querentẽ fortunatum ita ꝙ vix
poterit meliorari status eius. Si autem fuerit infor
tuna ꝛ infortunatus non potest deteriorari eius sta
tus nec eius esse in omnibus actibus preter q̃ꝫ in ex-
pulso ꝛ exule: quoniam illi significat reuersionem
ad terram qua fuit expulsus. Qđ si fuerit mulier eie
cta de domo a marito vel ipa suo ꝓprio motu se ab
sentauerit ꝛ fuerit questio de hoc significat eaꝫ peni-
tus reuersuram. ¶Si autem fuerit in secũda ꝛ fue-
rit questio de morte inimici vel vxoris vel socij signi
ficat illam: significat etiam amissionẽ rerum mobi-
lium causa latronum: aut damnuꝫ causa inimicoꝝ
vel ludi ꝛ vtetur etiaꝫ ꝙ eius familia inimicetur na
to vel querenti. ¶Quod si fuerit in tertia ꝛ fuerit q̃
stio de itinere ꝛ consanguineis significat illud bonũ
ꝛ vtile dũmodo non sit ibi aliqua ex infortunis: ꝛ
maxime cauda draconis. Si aũt fuerit ibi aliqua ex
aliquibus fortunis ꝛ fuerit iter per terrã augebitur
eius bonitas: ꝛ eo magis si tertiũ fuerit signum ter-
reum. Si aũt fuerit per aquam erit melius signum
aquaticum q̃ꝫ terreũ. ¶Si vero fuerit in quarta si-
gnificat ꝙ eius inimici occupabunt de rebus imo-
bilibus querẽtis si fuerit questio de hoc. Et si fuerit
questio vtrũ pater vel auus vel socer accipiat vxoreꝫ
significat illud euentuꝝ: erit etiam possibile ꝙ aliqs
predictorum moueat ei liteꝫ de aliqua re. ¶Quod
si fuerit in quinta ꝛ fuerit questio de re quã querẽs
affectat habere vel acquirere significat eam fortuna
tam: significat etiam ꝙ amici eius erunt sibi fortes ꝛ
cõstantes: ꝛ erit ei etiam possibile ꝙ eius filij ꝛ qui
loco filiorum habent inimicent sibi. Et si fuerit que
stio de vxorando significabit illud. ꝛ si habuerit vxo
rem suspectam videtur ꝙ non sit sine macula. ꝛ vi-
detur ꝙ eius inimici auferãt ei sua indumenta: vel
forte auferant ea sibi latrones: vel ꝙ eius inimici
capient eius filium. ¶Siquidem fuerit in sexta.
ꝛ fuerit questio de carcere: significabit illum. Idem
de infirmando dicendum videt. Et si habuerit vxo
rem suspectam videtur ipsa cum aliquo iuuenculo
rem habere: vel ꝙ ipse aliter sit inimicaturus querẽ
ti. Et si fuerit questio de animalibus minoribus vi
detur ꝙ inimici auferant illa sibi. Et si mulier que-
rat vtrum eius vir agat cum iuuencula de qua sus-
picatur videtur ꝙ sit verum: videtur etiam ꝙ sit ha
biturus ex ea filios.

¶De sexta domo ꝛ eius domino.

Si dominus sexte domus fuerit in septima: ꝛ
fuerit questio de infirmitate significat eaꝫ esse
causa amoris vt hereos. Et si fuerit de seruiẽte signi-
ficat querentem adepturum ipsum non tamẽ vide-
tur ꝙ sit ei bene fidelis. Et si fuerit de mercatione si-
gnificat bene eam lucrosam. cauendum tamen est si
multum perseuerauerit ea ne finiatur in eius dam
num. ¶Si autem fuerit in octaua: ꝛ fuerit questio
de morte famuli vel animalium minoruꝫ significat
illam. Et si fuerit de dote vel hereditate mortuoruꝫ:
vel de lucro ex cõsanguineis maxime se minoribus
aut vicinis significabit quesitum venturum. ¶At si
fuerit in nona significat querentem iturum vel iter
facturum causa rei alicuius imobilis ꝛ ipsum eam
occupaturuꝝ: vel vt intret in aliquam ecclesiam vel ali
quam religionem vel cum clericis conuersationem
habiturum. ¶Si vero fuerit in decima in natiuita
te vel questione significabit nato siue querenti bo-
nos filios affuturos ꝛ honorabiles. Et si quesierit
aliquis vtrum eius dñs infirmetur: vel ab honore
suo deponatur dubitandum videtur ne sic eueniat.
Et si fuerit questio de matre vel de magistro ne ĩfir-
metur videtur illud significare. ¶Quod si fuerit in
vndecima ꝛ fuerit questio de animalibus significat
ea vtilia. Et si fuerit questio vtrũ infirmetur amicus
significabit illud: in alijs nõ bene disponetur fortu-
na querentis. ¶Siquidem fuerit in duodecima. ꝛ
fuerit questio de infirmitate seruorum vel incarcera
torum vel animaliũ significabit illam. ¶Si autem
in prima fuerit: ꝛ fuerit questio de seruientibus: vel
de animalibus minoribus quid sit de ipsis futuruꝫ
significat ꝙ non diu stabunt in manibus eius: ꝛ si
steterint infirmabuntur: erit tñ vtile in persona que
rentis. ¶At si fuerit in scđa ꝛ fuerit questio de itroi-
tu in aliquã ecclesiã vel de itinere lõgo significabit il
lud bonuꝫ ꝛ vtile atqꝫ lucrosum. ¶Si vͦ fuerit in
tertia ꝛ fuerit q̃stio de dignitate vel de arte cũ cõuici
nis vel de magr̃atu cũ consanguineis significat ꝙ ce
det ei sꝫ quesitũ nec prolongabit multũ tp̃s ad hoc.
¶Qđ si fuerit in quarta: ꝛ fuerit q̃stio de rebus sta
bilibus vel de suis cõsanguineis se maioribus signi
ficat fortunã in eis. ¶Sed si fuerit q̃stio de ciuitate.
vel de castro: significabit enim infirmitates in eam
euenturas: ꝛ maloꝝ hominũ habitationem in ea ꝛ
ad malefaciendũ studentium ꝛ laborantiũ. ¶Si q̃
dem fuerit in quinta ꝛ fuerit questio de rebus de
quibus querens debeat letari vel gaudere: vel de
indumentis: vel de pregnatione significabit illam.
¶Et si fuerit questio de aliqua infirmitate significa
bit illam esse de maleficijs siue de facturis.

¶De quinta domo ꝛ eius domino.

Si dominus q̃nte domus fuerit in sexta ꝛ fue
rit questio vtrũ filius sit infirmaturus signifi
cat illud euentuꝝ: ꝛ si fuerit de occupatione seruien
tium vel animalium paruoruꝫ sm ꝙ questio fuerit
ita futurum significat. ¶Qđ si questio fuerit de co-
mestione vel de indumẽtis significaret inde sinistrũ

euenturum querenti. ¶ Et si fuerit questio de nuncio significabit infirmitatem illi aut iram in via ⁊ ꝙ malam epistolam aut ambaxatam portabit. ¶ Si autez fuerit in septima: ⁊ fuerit questio de esse filij significat illum copulatuꝝ: ⁊ videtur ꝙ faciat hoc cotra voluntatem parentum: eritqꝫ timendum ne cadat filius in manus inimicorum si habuerit illos: vel ꝙ ipse fiat canitor: aut vacillet cum meretricibus vel forte adhẽbit mercatorib⁹. Et si fuerit ibi mars. vel saturnus aut cauda draconis aut venus maluz significabit pro omnibus supradictis. Et si fuerit q̄stio de furto videbitur ꝙ latro sit eius filius. Si autem fuerit questio de expulsu vel exule significat bonum pro ipso: protendit .n. eius gaudiū atqꝫ reuersionem in terram suā. ¶ Quod si fuerit in octaua: ⁊ fuerit questio de rebus hereditarijs ⁊ maxime imobilibus significat querentem occopatuꝝ illas. idem de rebus dotalibus est dicendū. Si autem fuerit de absente significat euz bene se habere. Et si fuerit questio vtrum bona hereditaria perueniant ad manus filij significabit illud: ⁊ si fuerit illud de pregnatione significabit fetū non vitalem. ¶ At si fuerit in nona ⁊ fuerit questio de filio vtrum sit intraturus ecclesiam: vel sit facturus aliquod magnum iter significabit illud: ⁊ eo magis si fuerit filius alicuius clerici: ⁊ erit bonum ⁊ tutum: ⁊ videbuntur omnia hec fore vtilia ꝓ querēte. Et si fuerit q̄stio ꝓ ecclesia romana significat eā gaudere de re q̄sita atqꝫ letari. ¶ Si vero fuerit in decima ⁊ fuerit questio vtrum filius sit adepturus artem vel officium significabit illud cuz labore atqꝫ fatigatione: ⁊ videtur ꝙ sit magis super bestijs aut vilibus personis. ¶ Siquidem fuerit in vndecima ⁊ fuerit questio de mercatione vel de societate ꝯtrahenda vel de copulatione fueritqꝫ mars significator significabit iram ⁊ tristiciam de omnib⁹ supradictis: ⁊ etiam posset incarcerari querens illa occasione. ¶ Si vero fuerit in duodecima ⁊ fuerit questio vtrum filius incarceref vel non ⁊ fuerit dubium de hoc significabitur illud. Si autem fuerit questio de ipsius infirmitate significat eius prolongationē: si de animalibus magnis significabit ex eis bonum ⁊ vtilitatem: dubitatur tamen ne auferanei auditoribus sub quadā specie recti. Si autem fuerit in prima ⁊ fuerit natiuitas aut questio de vita significat eam longam atqꝫ honorabilem ⁊ sine periculo: ⁊ videtur ꝙ sit causa ecclesie. ¶ At si fuerit in secunda ⁊ fuerit questio de lucro significabit illud: ⁊ maxime de rebus mobilibus vel de aliquo magisterio siue officio vel forte ab aliquo dn̄o seu magnato: ⁊ si fuerit questio de filijs significabit illos: ⁊ si fuerit questio de nuncio vel epistola vtrū veniat significabit illud ⁊ cum vtilitate atqꝫ honore. Est tamē cauendum a filijs si habuerit filios ne ledāt eum occasione rerū mobilium. Et si fuerit questio superfacto familie significat ꝙ omnes eius familiares gaudebunt ⁊ nitentur lucrari bōa fide. ¶ Et si fuerit in tertia ⁊ fuerit questio de itinere ad cōuincinos vel ad consanguineos significat illud quantum est in se fortunatus ad bonum: ⁊ significat gaudium causa indumentoꝝ ⁊ comestionuz: eritqꝫ in omnibus vtile. ¶ At si fuerit in quarta ⁊ fuerit questio de re occulta vel abscondita significabit illaz. Et si fuerit de re stabili significat de ipsa iram ⁊ angustiam atqꝫ tribulationem. Et si fuerit de patre vel auo vel socero seu vitrico: ⁊ esset de habendo filiū significat ꝙ habebit illum. Et si esset ibi cauda draconis tunc significaret detrimētum atqꝫ malum ⁊ maxime causa ignis atqꝫ sanguinis effusionis habitatorum eius. Et si esset questio de fine alicuius rei sequertur ex ea q̄rens gaudium occasione comestionis vel indumentoruz vel desponsatione atqꝫ similibus nisi contra operetur cauda predicta: ⁊ si fuerit venus significatrix: ⁊ sa impedita ⁊ foret questio de dubitatione ciuitatis in qua querens habitaret vel de qua se timeret timendum erit ne ipsa patiatur detrimentum ab extraneis superuenientibus illuc: nisi fortuna esset in secunda ab ascendente quoniā tunc minuit maliciam si autem esset ibi malus augmentatur malicia: ⁊ erit deterius esse in re illius.

¶ De quarta domo ⁊ eius domino.

Si autez dn̄s quarte domus fuerit in quinta: ⁊ fuerit questio de consanguineis minoribus significat eorum gaudium ⁊ bonuz esse. Et si fuerit questio de ipsorum esse in terra in qua sunt vel eorum separatione significat separationez ipsorum a terra illa. ¶ Quod si fuerit in sexta ⁊ fuerit questio de vniuersali egritudine ciuium seu habitatorum terre de qua fuerit facta questio vel alterius congregationis vel collegij vel etiam alicuius particularis domus seu familie vel seruis siue famulis vel animalibus minoribus significabit illam. ¶ Si autez fuerit in septima ⁊ fuerit questio de exule vel expulso vtrum reuertatur ad proprium habitaculum ⁊ per quem modum: ⁊ fuerit significator mars significabit querentem reuersurum ad propria per ferruz vel ignem vel sanguinis effusionem. Si vero fuerit saturnus significabit eum reuersuruz cum ira ⁊ dolore. atqꝫ tristicia necnon ⁊ labore suo vel habitantium in terra illa ⁊ hoc quasi post desperationez. Siquidem fuerit questio de statu rerum stabilium significabit victoriam aduersario seu litiganti cū querente. Et si esset questio de mercatura excogitata significabit illam venturam ad querentem. ¶ At si fuerit in octaua ⁊ fuerit questio de absente vtruz reuertatur an non significat reuersurum. Et si fuerit de accidentibus ciuitatis vel alterius terre significat infirmitates ⁊ mortalibus intraturas in eam. Idez intelligas de qualibet domo que inhabitatur ⁊ de maioribus cōsanguineis. Et si fuerit questio de dote vel de hẽditate alicuius mortui vel morituri: vel de rebus inimicorum vel vxorū vel de mercatione significabit ꝙ deuenient ad querentem iuxta quesitum. Si vero fuerit de facturis vel huiusmodi maleficijs significat ꝙ sunt in domo. ¶ Quod si ī quarta domus fuerit signum terreum significat ꝙ sunt sub terra. Et si fuerit aquaticum erūt in loco humido. Si autem fuerit aereum erūt eleuate a terra. Siquidem fuerit igneum erunt in extremo eleuationis domus. ¶ Si vero fuerit in nona ⁊ fuerit questio de aliquo clerico vel episcopo aut similib⁹ vtrū moriatur an non significat eum moriturum. Et si fuerit de aliquo ex suis consanguineis maioribus vtrum sit intraturus in aliquam ecclesiam vel in aliquam religionem significabit illud. Si autem fuerit questio de itinere significabit illud durum ⁊ graue atqꝫ infortunatum nisi esset iturus causa possessionis alicuius. Et si fuerit questio de fama querentis significat eam vilem quasi nullam futuram.

¶ Siquidē fuerit in decima ⁊ fuerit questio de magisterio vel arte vel dominio seu dignitate vł honore alicuius consanguinei maioris se significabit illū euenturuz illi pro quo fuerit facta questio. Et si fue

rit questio de ipsorum vita significat eam lōgam fu-
turam. Et si fuerit questio de re quam querens ve-
lit quod ipsi adipiscantur ⁊ maxime stabilem signi
ficat eam illis aduenturaȝ. Et si fuerit de statu alicu
ius ciuitatis vel terre significat eius augmentū atqȝ
sublimitatem. ¶ Quod si fuerit in vndecima ⁊ fue-
rit questio de fortuna querentis vel alterius cuius
sua intersit querere significat eam bonam futuram.
Et si fuerit questio vtrum bona publica deueniant
ad manus consanguineorum suorum maiorum si-
gnificabit illud. Et si fuerit questio vtruȝ comes vel
nuncij comitis seu potestatis vel alterius magnatis
intrent in ciuitatem aliquā vel in domum alicuius
significabit illud. ¶ At si fuerit in duodecima ⁊ fue-
rit questio pro aliqua ciuitate vel terra quid ex ea sit
futurum significat eius maluȝ eē atqȝ proditioneȝ.
Et si fuerit pro consanguineis significat eorum de-
trimentum atqȝ malum esse: ⁊ etiaȝ possit esse ꝙ du
cerentur ad carcerem: vel egrotabūt egritudine que
cronicabitur. Quod si fuit questio de animalibꝰ ma
gnis vel de aliquo incarcerato vel de absente signifi
cat eorum reditum atqȝ reuersionem. ¶ Si autem
fuerit in prima ⁊ fuerit questio de persona queren-
tis significat eius malam dispositionem. ¶ Si autē
fuerit in secunda ⁊ fuerit questio de lucro significat
illud futurum ⁊ maxime ab amicis vel a rebus sta
bilibus. Sed si fuerit questio de rebus mobilibus
timendum est ne auferantur ei ⁊ maxime a maiori-
bus consanguineis. ¶ Si vero fuerit in tertia ⁊ fue
rit questio de lucro significat ꝙ querens non conse-
quatur illud nisi forte de animalibus maioribus.
Et si fuerit questio de lucro minorum cōsanguineo
rum vel etiam equalium significabit illud ex pro-
prijs rebus vel ex rebus fixis.

¶ De tertia domo ⁊ eius domino.

Si quidem dominus tertie domus fuerit in
quarta ⁊ fuerit questio de lucro significat que
rentem lucraturum res stabiles ⁊ rebus stabilibus.
Et si fuerit de aliqua ciuitate vel aliquo castro signi
ficat eius durationem venturam. Illud idem pote
ris dicere de domo vel prouincia deuenire post se.
¶ Siquidem fuerit in quinta ⁊ fuerit questio de fi-
lijs significat ꝙ habebit eos ⁊ gaudebit ex eis. Et si
fuerit de itinere filij vel de his que pertinent ad ter-
tiam vel ad quintam domum bona erit questio.
Quod si fuerit in sexta ⁊ fuerit questio de infirmita
te vel de re de qua possit irasci querens significabit
illaȝ. Et si fuerit de seruo vel ancilla de famulo vel
famula de cane vel asture vel ancipitre vel aliquo si
mili significat eorum fugam. ¶ At si fuerit in septi-
ma ⁊ fuerit questio vtrum consanguinei aut vicini
opponant se illi: vel vtrum aliquis suus cōsangui-
neus vxoretur: vel si vxor habeat rem cū aliquo cō-
sanguineo: vel de consanguineis querentis vel cuȝ
aliquo ex vicinis significabit illud. ¶ Si autem fue
rit in octaua ⁊ fuerit questio de morte vel de dote d
qua interrogator timet significabit eum casuruȝ in
id quod timet. Et si fuerit questio de hēditate alicu
ius mortui vel de dote mulieris vel de lucro in ter-
ra ad quā ire intēdit significabit illud licet cuȝ labo-
re atqȝ fatigatione. Et si fuerit de absente significat
eius reuersionem licet etiam non citam. ¶ Si vero
fuerit in nona ⁊ fuerit q̄stio de intrando ecclesiā vel
aliquā religionē significat illud. Et si fuerit q̄stio de
morte alicuiꝰ ⁊ significator fuerit in fortūa: vel fuerit
in fortuna in nona cum eo significabit illam sin au-
tem non. Et si fuerit questio de itinere significabit il
lud bonum nisi mali contra operentur. Et si fuerit
questio vtrum episcopus vel alius prelatus ei ami
cetur significat illud. Idem dicas si fuerit de rebus
stabilibus: significat enim pro q̄rente bonum. ¶ Si
quidem fuerit in decima ⁊ fuerit questio de arte vel
honore vel aliqua alia dignitate vel officio significa
bit illud. Et si fuerit de itinere matris vel magnatis
vel alterius sibi prepositi significat illud. Et si fuerit
vtrum sit facturus vel contracturus parentelam cū
aliquo se maiori videbitur ꝙ fiat. ¶ Quod si fuerit
in vndecima ⁊ fuerit questio vtruȝ sit futurus fami-
liaris regis seu rectoris: vtrum sit occupaturus bona
regia vel publica significabit illud: significabit etiam
fortunam aduenturam querenti ⁊ ꝙ amplexabitur
eum. Et si fuerit de itinere significat illud fortunatuȝ
⁊ bonum. ¶ At si fuerit in duodecima ⁊ fuerit que-
stio de consanguineis significat eos infirmaturos vel
incarceraturos atqȝ proditione circumuenturos. Et
si fuerit de animalibus magnis vel de incarcerato si
gnificat bonum pro eis. ¶ Si vero fuerit in prima ⁊
fuerit questio de vita querentis vel alterius cuȝ sua
intersit querere significat eam longam ⁊ vtilem atqȝ
bonam. ¶ Si autem fuerit in secunda ⁊ fuerit que-
stio de rebus mobilibus timēdum est ne fiat eiꝰ fraus
ex eius consanguineis vel a conuicinis vel etiam a
suis familiaribus.

¶ De secunda domo ⁊ eius domino.

Si quidem dominus secunde fuerit in tertia ⁊
fuerit questio vtrum querēs amittat res qua-
les habet significabit eum amissurum eas ⁊ hoc acci
det causa conuicinorum vel breuium itinerum vel
cōsanguineorum. ¶ Quod si fuerit in quarta ⁊ fue-
rit questio de censu significat querentem amissurum
illum occasione patris vel alicuius de consanguine-
is. Et si fuerit de rebus stabilibꝰ vel occultis vel sub
terratis significat bonum statum pro querente. ¶ At
si fuerit in quinta ⁊ fuerit questio de filijs significat
querentem habiturum eos. Et si fuerit questio quā
noluerit tibi patefacere significat ꝙ eius intentio est
de filijs vel pro filijs. Et si fuerit de nuncio significat
eum vēturum: ⁊ si dubitauerit ne filia vel filiaster au
ferat ei bona sua significabit illud. Si autem fuerit d
statu familie bōa erit questio. ¶ Si vero fuerit in sex
ta ⁊ fuerit questio ne serui vel famuli auferant sibi d
suis rebus: vel vtrum eius familiares infirmentur si
gnificabit illud. ¶ Si autem fuerit in septima ⁊ du-
bitauerit ne inimici vel latrones vel expulsi auferāt
ei bona sua significabit illud. Et si fuerit questio de
expulso significat eum reuersurum ad patriam suā.
Et si fuerit questio de matrimonio vel de dote vel d
mercatione significabit ꝙ eueniet ei id quod intēdit
sed non sequetur inde magnā vtilitatem. ⁊ si esset de
ludo significat enim sibi damnosum. Idem poteris
dicere si fuerit suspicatꝰ de vxore vel de amasia ne fu-
rentur ei aliquid. ¶ Quod si fuerit in octaua ⁊ fue-
rit questio de dote vel deposito vel de debitis recu-
perandis vel de hereditate mortuorum ⁊ dominus
prime domus fuerit fortior domino septime signifi
cabit illud acquiri. Et si fuerit questio de absente si-
gnificat eum reuersurum. ¶ Si quidem fuerit in
nona ⁊ fuerit questio de censu timendum est ne au-
feratur ei ⁊ maxime ab ecclesia romana. ¶ At si fue-
rit in decima ⁊ fuerit questio de lucro significat que-
rentem de arte vel domino lucrū habiturum timen
dum tamen est ne auferantur ei lucrata per potesta-

tem vel alium dominatorem ⁊ eo grauius si questio
fuerit de hoc. ¶ Si vero fuerit in vndecima ⁊ fuerit
questio de fortuna significat querentem fortunatuz
futurum. Et si fuerit questio vtrū sit habiturus que
rens de bonis comitis vel alicuius domini seu ma
gnatis significabit illud: cauendū tamen est ne illud
lucrum auferatur ei ab amicis. ¶ Si quidem fuerit
in duodecima ⁊ fuerit questio pro familia vtruz in-
firmetur significat illud ⁊ infirmitate longa. Idez di-
cas si fuerit de ipsorum incarceratione. Sed si fuerit
de incarcerato significat eum euasuruz. Et si fuerit de
animalibus magnis erit qđ bona ⁊ vtilis ꝑ q̄rente.

¶ De prima domo ⁊ eius domino.

SI dn̄s prime domus fuerit in secunda ⁊ fuerit
questio de lucro ⁊ fortuna fuerit in secunda si
gnificabit illud a seipso ⁊ per semetipsuz. ¶ Et si fue
rit in secunda fortuna cōtrarium significabit. ¶ Si
fuerit in tertia ⁊ fuerit questio de itinere ad consan-
guineos vel ad conuicinos significat illud bonum ⁊
vtile. ¶ Si fuerit in quarta ⁊ fuerit questio de posses
sione occupanda bona erit questio in omnibꝰ alijs
erit contraria. ¶ Et si fuerit in quinta ⁊ fuerit q̄stio
de statu querentis significabit illud bonum ⁊ quod
gaudebit ex filijs ⁊ comestionibus ⁊ letabitur inde
⁊ ex eis his que significantur per quintam domuz.
¶ Et si fuerit in sexta ⁊ fuerit questio de re de qua sit
querens habiturus iram vel angustiā vel dubitaue-
rit de īfirmitate vētura vel de non congruo labore si
ue ignoto significabit eum casuruz in id quod timet.
Et si fuerit de acquisitione seruorū vel famulorū vel
seruientis aut animaliū paruoruz significabit illud.
¶ Si autem fuerit in septima ⁊ fuerit questio de cō-
putatione mulieris aut de mercatione vtruz fiat vel
non significabit illud. Et si fuerit de expulso vel exu
le vtrum reuertatur ad propria vel non significabit
eum reuersurum: in omnibus alijs negocijs contra
rium significabit. Si quidem fuerit in octaua ⁊ fue-
rit questio de infirmo significat eum morituruz: ⁊ eo
magis si fuerit ibi mars aut lūa vel Mercurius im
peditus. Si vero fuerit de acquisitione census alienī
vel de dote vel de hereditate alicuius mortui signifi
cabit illud. ¶ Si fuerit in nona ⁊ fuerit questio de
viatione vel introitu alicuius in aliquam ecclesiam
vel religionem significabit illud. Et si esset de itinere
longo significat ꝙ iter non fiet tempore ordinato ⁊ si
fuerit inceptum non perficiet. ¶ Si fuerit i decima
⁊ fuerit questio de aliquo dominio vel magisterio
vel dignitate significat ꝙ perueniet ad querentem
quod intendit. ¶ Et si fuerit in vndecima ⁊ fuerit q̄
stio de aliqua re quam expectat querens: ⁊ est cum
amicis vel ab amicis ⁊ de qua ipse habet fiduciam
significat ꝙ eueniet ei ſm ꝙ intendit. Si autem fue-
rit in duodecima ⁊ fuerit questio de carcere vel đ in
firmitate cronica vel melancolica vel de proditione
vel de iniuria seu violētia factura vel euentura que-
renti significabit illud. Si fuerit ibi venus aut satur
nus aut pars fortune cum dn̄o primi: quoniam ista
mitigarent predicta ꝯtraria ⁊ maxime in facto incar
cerati: significaret enim exitum ipsius a carcere. Sed
si fuerit questio de peregrinis vel đ animalibus ma
gnis significabit bonum. Aspice tamen si ceciderint
significatores in loca predicta vtrum aspiciantur ab
alijs planetis vel non: vel vtrum iungantur cuz eis
in locis illis: quoniam boni augebunt bonuz ⁊ mi
nuent malum mali vero augebunt malum ⁊ minu
ent bonum.

¶ De facilitate inueniendi significatū vniuscuiusq̄
domus.

HEc omnia introduxi tibi đ significatis .12. do
morum vt esset tibi leue inuenire significatuz
vniuscuiusq̄ domus: quoniā fuerunt aliquādo ali
qui de quibus vidi plures q̄ credebant astrologos
debere operari solūmodo per primam ⁊ septimam
domum: primam dabant querenti: ⁊ septimā quesi
to seu rei quesite quod iudicio meo non erat conue-
niens: ⁊ feci hoc ad tuum minorez laborem: quoniā
erat graue semper querere per omnes domos: vt in
uenires significatorem cuiuslibet rei quesite. Et quia
non inueni aliquem predecessorem nostrorum itro-
misisse se de hoc quod ego vnq̄ meminerim non ꝙ
credam eos ignorasse: sed quia teduit eos subire tan
tum laborem ⁊ etiā relinquebant illud industrie sa
pientum. Unde si fiat tibi questio de aliqua re pote-
ris scire per quo domū possis inuenire significatorē
rei quesite. Et possem tibi dicere multa alia significa
ta .12. domoꝝ sed inducerem te in tantam prolixita-
tem atq̄ confusionez ꝙ generaret tibi tedium: vnde
videtur mihi ꝙ possent tibi sufficere illa que dixi ti
bi: q̄ vix aut nunq̄ puenient ad te tales questiones
vel tales natiuitates quin tu bene posses satisfacere
per predicta. Poteris enim predicere nato seu querē
ti quid ei accidere deberet ex omnibus supradictis
toto tempore vite sue si bene sciueris horam natiui-
tatis ipsius ⁊ volueris recte intueri omnia supradi-
cta cum discretione. Et ego dicam tibi suo loco ⁊ tē
pore qualiter quelibet persona debeat considerari si
ue pro se querat siue pro alio ⁊ quis debeat querere
pro alio ⁊ quomodo. Quoniaz aliter aspicitur illi q
queret pro semetipso. Aliter qui querit pro alio Ali
ter si querat ciuis vel habitator alicuius loci. Aliter
si querat expulsus vel bannitus vel exulatus seu ab
sens. Aliter si querat clericus. Aliter si querat laicus.
Aliter si querat clericus de layco ⁊ econtra. Et aliter
si rex querat de subiecto ⁊ econtra. Aliter si rex de po
pulo. Aliter si ecōtra. Aliter si papa de episcopo. Ali
ter si episcopus de papa. Aliter si episcopus de suis
clericis. Aliter si clericus de suo episcopo. Aliter si do
minus de seruo. Aliter si econtra. Et ita de omnibꝰ
diuersitatibus personarum intellige quas diuersita
tes ⁊ domos que dantur eis dicam tibi post hoc in
iudiciorum negocio: sic enim quelibet persona inue
niet rem questionis atq̄ iudicij.

¶ Capitulum septimum de numeratione domorū
⁊ quare incipiuut a prima ⁊ vadunt versus quartā
⁊ a quarta in septimam ⁊ a septima in decimam ⁊ a
decima in primam.

UT satisfiat questioni ⁊ querenti de numeratio
ne .12. domoruz. Si aliquis vellet dicere ꝙ nō
fiat ſm rectum ordinem numerande sunt. Numera
mus enim eas incipiendo a prima eundo sub terra
versus quartam: ⁊ a quarta versus septimā ⁊ a septi
ma versus decimam ⁊ a decima versus primaz que
numeratio seu cōputatio domorum videtur fieri a
dextra in sinistrā: videtur nāq̄ ꝙ debeamus eas nu
merare a prima eundo versus decimā ⁊ a decima in
septimam ⁊ a septima in quartaz ⁊ a quarta in pri-
mam. Nam tunc incederemus ſm ordinē quo scribi
mus incipiendo a sinistra eundo versus dextrā. Cau
sa quare hoc fuit hec est: quoniā licet celuz voluatur
ab oriente in occidentem motu primo. Tamē plane
te q̄ habent imprimere in corpora inferiora mouen
tur ab occidente in orientē motu secundo in contra-

riam partez motus primi qui est a dextra in sinistrã:
quoniam est contra successionẽ signorum: ascendunt
enim signa de subterra que ẽ sinistra celi ad illud qđ
est supra terram que est dextra ipsius. ¶ Sed posses
tu dicere forte ꝙ planete aliquando currunt in par-
tem motus primi. s. quando sunt retrogradi. ¶ Ad
quod potest ita responderi ꝙ motus retrogradatio
nis non est naturalis: sed potius accidentalis: nec ta
men est ex toto cum motu primo imo est semper ſm
aliquid in contrarium motus primi. s. ex motu cir-
culorum deferentium eos ad orientem in contrariũ
partis primi motus.

¶ Capitulum octauum que domus sunt fortes que
fortiores que debiles que debiliores ꝛ q̃ mediocres.

Feci tibi superius mentionez de. 12. domibus
que turres seu cuspides appellanꝶ ꝛ de ipsarũ
significatis a prima vsqꝫ ad duodecimã antecedẽdo:
ꝛ a duodecima vsqꝫ ad primaz retrocedendo successi-
ue. Restat nunc dicendum que ipsarum sint fortes
que fortiores que debiles que dbiliores que medio
cres. ¶ Fortes sunt quatuor anguli. s. prima dom9
que est angulus orientalis: decima que est angulus
meridionalis: septima que est angulus occidẽtalis:
quarta que est angulus septentrionalis. Et ex illis
quatuor due sunt fortiores alijs. s. prima ꝛ decima.
¶ Debiles sunt quatuor que sunt cadẽtes ab angu-
lis. s. tertia que cadit ab angulo terre que est quarta
domus: nona que cadit ab angulo meridiõali que
est decima domus: duodecima que cadit ab angulo
oriẽtali que est prima domus: sexta que cadit ab an
gulo occidentali que est septima domus. Et ex illis
quatuor due sunt debiliores alijs. s. sexta ꝛ duode-
cima. Relique vͦ quatuor que sunt. 2. 5. 8. ꝛ. 11. sunt
mediocres: sed tamen habẽt maiorem participatio-
nem cum fortibus quia vadunt ad eas q̃ʒ cũ debili-
bus: qm̃ licet sint cũ eis contigue sicut cum fortibus
tamen recedunt ab eis ꝛ vadunt ad fortes. Nam se-
cunda que succedit prime vadit ad eam: quinta que
succedit quarte vadit ad eam: octaua que succedit se
ptime vadit ad eaz vndecima que succedit. 10. vadit
ad eam. ¶ Et dixit çahel ꝙ digniora ꝛ fortiora loca
circuli sunt anguli: minus vero digna ꝛ minus for-
tiora sunt succedentia: debiliora vero ceteris alijs lo-
cis sunt candentia. Et dixit ꝙ anguli significant res
p̃sentes. s. prima. 10. 7. 4. succedentia. significat quod
est futurum ꝛ quod succedit ei quod est pñs. s. 2. 5. 8.
ꝛ. 11. Cadentia vero significant quod iã fuit ꝛ quod
recessit ꝛ non est modo. s. 2. 6. 9. ꝛ. 12. Ex predictis an
gulis est fortior ꝛ dignior angulus orientalis. s. ascẽ
dens ꝛ planeta que est in eo ẽ fortior: ꝛ maxime si ha
buerit ibi aliquã dignitatem vel domum. s. aut exal
tatiõnẽ aut terminũ vel triplicitatem seu faciem nisi
esset in casibus exceptatis: vel si esset dñs. 7. in ascen-
dente ꝛ similiter: deinde succedit angulus medij celi
. s. 10. in fortitudine. vnde planeta que fuerit i. 10. do
mo dicitur esse minus fortis q̃ʒ ille qui est in ascen-
dente nisi in dignitatibus vel magistratibus seu ma
gisterijs vel alijs officijs laicalib9 ꝛ que ad laicos spe
ctant vt alias dictum est. Et iterum aliquid minus
fortis erit ille qui fuerit in angulo occidentali scilicet
in septima domo q̃ʒ ille qui fuerit in decima. Et ad
huc erit minus fortis ille qui fuerit in angulo terre
qui est quarta domus q̃ʒ ille que fuerit in septima.
¶ Et post angulos fortiora sunt succedentia vt dixi
tibi: sed vndecima domus est fortior ceteris alijs suc
cedentibus: ꝛ succedit ad quartã in fortitudine: sed
tamen erit planeta qui fuerit in ea minus fortis q̃ʒ
ille qui fuerit in quarta. Et q̃nta succedit vndecime
in fortitudine: vnde planeta qui fuerit in quĩta erit
aliquid minus fortis q̃ʒ ille qui fuerit in vndecima
exceptis proprijs significatis cuiuslibet domus in q
bus est fortior eius dñs q̃ʒ alius distinguenda signi
ficata prout sunt. Sed tamen licet succedentia dican
tur esse fortiora cadentibus nona que est de cadenti-
bus est fortior q̃ʒ sit secunda vel octaua que sunt de
succedentibus. Et planeta qui fuerit in nona erit ali
quid minus fortis q̃ʒ ille qui fuerit in quinta: sed
fortior illo qui fuerit in secũda vel octaua. Et tertia
domus succedit nonã in fortitudine: ꝛ precedit secũ
dam ꝛ octauam in aliquibus casibus: vnde planeta
qui fuerit in tertia erit minus debilis q̃ʒ ille qui fue
rit in secunda. ¶ Unde predicta septez loca sunt me
liora fortiora ꝛ laudabiliora ceteris alijs. s. ascendẽs
qui est fortior decima: ꝛ decima est fortior septima: ꝛ
septima que est fortior quarta: ꝛ quarta que est for-
tior vndecima: ꝛ vndecima que est fortior quinta: ꝛ
quinta que est fortior nona: ꝛ nona que ẽ fortior ter
tia. Post illa septem loca fortior siue minus debilis
est tertia quoniã est domus in qua gaudet luna: tũc
enim preualet tertia secunde atqꝫ octaue vt in itine-
ribus ꝛ similibus sicut dictum est in quibus domi-
bus gaudent planete. Deinde secunda quoniam
ascendit post primã in domo autem octaua dicitur
esse magnum infortuniũ quoniã est domus mortis
nec aspicit ascendens. Residue autẽ due domus sex
ta. s. ꝛ duodecima sunt male atqꝫ valde debiles ꝛ in-
fortunate: ꝛ dicunꝶ deteriores ceteris domibus. Et
omnis planeta qui fuerit in his erit nullius profe-
ctus quoniam sexta ab ascendente non aspicit ascen
dens ꝛ est cadens ab eo: ꝛ est domus infirmitatis ꝛ
omniũ vicioꝝ ꝛ omnium morborũ tam separabili-
um q̃ʒ inseparabilium. Et est locus gaudij martis q
gaudet in cõbustionib9 sanguinis effusione ꝛ in om
nibus maleficijs que exercenꝶ per ferrum vel ignem.
¶ Duodecima domus similiter est cadens ab ascen
dente nec aspicit illud: ꝛ est locus inimicorũ occulto-
rum nõ publice aduersantium: ꝛ est locus angustie
meroris laboris atqꝫ tristitie ꝛ planetus ꝛ lamenta-
tionis: ꝛ est locus gaudij Saturni qui gaudet in plã
ctu tristitia labore atqꝫ lamentatione.

¶ Capitulum nonum ꝙ planete vadunt contra fir-
mamentum. s. contra motum primum.

Dixit albumasar ꝛ phi ꝯcordant in hoc ꝙ om
nes planete currunt motu proprio cõtra mo
tum firmamenti nisi essent forte retrogradi quod ac
cidit tribus planetis superioribus Saturno. s. Ioui
ꝛ Marti ꝛ duobus inferioribus. s. Veneri ꝛ Mer-
curio: luminaribus vero non accidit retrogradatio
accidit tñ eis velocitas cursus ꝛ ei9 tarditas. ¶ Cau-
da vero ꝛ caput draconis currũt in contrarium mo
tus planetaꝝ. s. contra successionẽ signoꝝ. ¶ Plane-
te enim vadunt de ariete in taurũ: de tauro in gemi
nos: de geminis in cancrũ: de cancro in leonem: de
leone in virginem: de virgine in libram: de libra in
scorpionem: de scorpione in sagittariũ: de sagittario
in capricornum: de capricorno in aquariũ: de aqua-
rio in piscem: de pisce in arietem. ¶ Caput autem ꝛ
cauda vadunt in contrarium huius motus: vadũt
enim de ariete in piscẽ: de pisce in aquariũ: de aqua
rio in capricornum: ꝛ ita vsqꝫ ad finem signoꝝ retro
gradando. Et dixit iteruʒ caucaph caput enim dra-
conis ꝛ cauda nihil aliud est q̃ʒ circuloꝝ luminariũ

adinuicem in duobus locis oppositis intersectio: unde in illis locis vel circa illa loca per. 12. gradus vel quasi accidit luminaribus eclypsis.

¶ Capitulũ decimũ de coloribus quos significant domus.

Cum predicte. 12. domus habeãt significare supradicta posset forte aliquis existimare ꝙ nõ habent significare aliqua alia. Sed non est ita imo significant ne dũ predicta: sed significant colores diuersos inuicem. Nam prima dom⁹ ⁊ septima significant albedinẽ secũda ⁊ duodecima significant viriditatem tertia ⁊ vndecima significant croceitatem. quarta ⁊ decima significant rubedinem quinta ⁊ nona significant colorem mellitum. sexta ⁊ octaua significant nigredinem: vnde si fuerit necesse tibi aspicere pro aliqua re in colore aspice in qua domorũ inueneris significatorem ⁊ ẽm illam domũ iudica de colore rei quam quesieris.

¶ Capitulum vndecimũ in quibus domibus planete gaudent.

Dixerũt albumasar ⁊ alchabicius ꝙ vnusquisq; planetarum septem habet quandã potentiã accidentalẽ in aliqua ex supradictis. 12. domorum que vocat̃ gaudium. ¶ Nam Mercurius gaudet in prima quoniam prima domus habet significare corpus nati seu querẽtis: ⁊ ob hoc gaudet Mercurius in eo: q: ipse significat sententiã ⁊ ipsa est res qua magis adaptatur persone nati seu querentis q̃ȝ aliqua alia ipsa enim sola potest nobilitare hoiem qð nullum aliud accidens potest facere. ¶ Luna gaudet in tertia quoniã tertia habet significare breuia itinera ⁊ festina ⁊ que cito mutant̃ ⁊ reiterantur: vnde quia luna significat etiã veloces ⁊ festinas mutationes de vno proposito ad aliud de vna re ad aliam: ob hoc gaudet in ea: quia nulla alia domus habet hoc significare. ¶ Venus gaudet in quinta quoniã est dom⁹ gaudij ⁊ delectationis ⁊ tripudij: ⁊ ipsa habet hoc significare: ideo gaudet in ea quia cetere domus non significant hoc. ¶ Mars gaudet in sexta quoniam est domus deceptionis ⁊ infirmitatum ⁊ seruorum ⁊ ipse habet significare seruos ⁊ deceptores ⁊ mẽdaces atq; falsidicos ⁊ ideo gaudet in ea: quia cetere domus non significãt hoc. ¶ Sol gaudet in nona que est domus religionis quia ipse naturaliter significat religionem: ⁊ ideo gaudet in ea: quia cetere domus non significant hoc licet ipse significat etiam aliud. ¶ Juppiter gaudet in vndecima quoniam ipse est fortuna ⁊ habet significare fortunam ⁊ lucrum: ⁊ est naturaliter significator pecunie ⁊ questus ⁊ domus vndecima significat illud. ¶ Saturnus gaudet in duodecima quoniam ipa est domus meroris ac tristicie laboris lamẽtationis ⁊ fletus ⁊ Saturnus gaudet in illis ⁊ similibus.

¶ Capitulũ duodecimum in significationibus domorum vel angulorum succedentium ⁊ dominorũ angulorum succedentium ⁊ cadentium.

Est dictũ in significatione. 12. domorũ ꝙ anguli significant fortitudinem ⁊ perfectionẽ ⁊ aduentum rerũ festinũ ⁊ magis velocẽ: ⁊ significant anguli ⁊ eorũ dñi magnitudinẽ honoris ⁊ p̃cij atq; fortune. Cadentia vero ab angulis significant debilitatem ⁊ detrimentũ ⁊ infortuniũ ⁊ tectionem rerum preter nonam ⁊ tertiam que significãt apparitionẽ. sexta vero ⁊ duodecima significant occultationem ⁊ tectionẽ ⁊ vilitatem rerũ ⁊ dedecus ⁊ casum festinũ: Succedẽtia v̑o angulorũ significãt fortitudinẽ ⁊ fortunã mediã. Nã vndecima q̃ succedit decime est fortior ⁊ dignior alijs ⁊ significat fortunã mediã ex amicis ⁊ ex eo ꝙ qs habeat fiduciã aliquã vel ex alia causa de his que significantur per domũ vndecimam. quinta vero dom⁹ que succedit quarte significat fortunam mediã per donationes ⁊ per causam filiorũ ⁊ alacritatum atq; leticia vel ex alia causa de his que significant̃ per quintam domũ. ¶ Secunda v̑o que succedit ad primã significat fortunã mediã ex causa substantie ⁊ ministrorũ ⁊ familiariorũ vel ẽt alicuius eorũ que significant̃ per domũ scdam. ¶ Octaua q̃ succedit ad septimã significat fortunã mediã ex substantia que hereditat̃ ex mortuis quã qdam almauerith vocant. Et dixit alchabicius ꝙ significat eam ex rebus occultis vel saltim alia causa de his que significantur per octauam domum.

¶ Capitulum. 13. de significatione dñorũ angulorũ ⁊ angulis ⁊ primum de domino primi in primo.

Cum dñi angulorum fuerint in angulis hñt ista significare: quoniã cum dñs primi fuerit in primo significat fortunã nati ⁊ eius acquisitionẽ p semetipsum ex sua industria ⁊ fatigatione sui corporis ⁊ per suã familiam per suũ studiũ ⁊ p suas sollicitudines ⁊ p ea que significant̃ per primã domũ. ¶ Cum aũt fuerit in decima significat eius fortunã per magistros suos ⁊ p officia seu potestarias ⁊ per magisteria sublimia ⁊ altiora: ⁊ ẽt per regem ⁊ cõicationem cum regibus seu magnatibus ⁊ similibus: ⁊ per ea que etiam significant̃ per domum decimam. ¶ Cum aũt fuerit in septima significat eius fortunã per cõuentiones ⁊ contractus quos faciet cũ hominibus qui erunt sibi vtiles ⁊ etiã per vxores ⁊ causa mulierũ ⁊ sociorũ ⁊ per ea que significantur per domum septimam. ¶ Cum autem fuerit in quarta significat eius fortunam causa patris vel aui vel soceri vel causa alicuius hereditatis que perueniet ad eũ vnde lucrabitur: ⁊ per productionẽ fluminum seu aliarum aquarum ⁊ plantationes arborum ⁊ edificationes domorum ⁊ causa rerum antiquarum ⁊ radicalium: vel per thesaurum absconditum quẽ inueniet subterratum ⁊ similia vel per ea que significantur per quartam domum.

¶ De domino decime in decima.

Cum vero dominus decime fuerit in decima significat fortunam per regnum magnum ⁊ per regem ⁊ magisteria altiora ⁊ per ea que significãtur per decimam domum. ¶ Et cum fuerit dominus decime in septima significat fortunam per regẽ seu regnum ⁊ per victoriam contentionũ ⁊ per illos quos habebit contra se contendentes ⁊ ex causis mulierum vel per ea que significãtur per septimam domum. ¶ Cum fuerit dominus decime in quarta significat fortunam per regnum ⁊ per coadunationẽ tributorum ⁊ per tributorum causas seu occasiones eorũ: ⁊ per cultus terrarum ⁊ edificationes ciuitatũ castrorum ⁊ similium: ⁊ per eductiones ⁊ diuisiones aquarum ⁊ fluminum: ⁊ per custodias ciuitatũ castrorum ⁊ similium ⁊ per res antiquas ⁊ effusiones sub terra vel per aliquam ex rebus que significantur per quartam domum. ¶ Cum autem fuerit in p̃ma significat fortunam per regnum ⁊ per rem laudabilem ⁊ famosam ⁊ per ingenium sue persone: ⁊ p moram cum regibus ⁊ magnatibus ⁊ eorum propinquitatem ⁊ ex causa vulgi vel per ea que significantur per primam domum.

¶ De domino septime in septima.

figuris hominū cū qui habuerit colorē inter croceū
⁊ nigrum tectum cum rubore breuis stature: vt in q
busdam crispum caluum atq̃ pulchri corporis. Et
dixit Dorothius figura solis ⁊ lune est sicut figura
planetarum qui cum eis fuerint ⁊ eius qui dignior
fuerit loco eorum. ¶ Si ergo volueris scire figuram
solis scito ꝙ sit crocea habens partem ruboris capil
lorum oculi eius aliquantulum crocei. Et habet ex
regionibus conacant ⁊ oracen ⁊ persidam ⁊ terram
romanorum. Et ex partibus habet partem futuro-
rum ⁊ diuinationis. Et est significator naturarum ⁊
spiritus sapiētie ⁊ elationis ⁊ ꝑfectionis fidei quoq̃
atq̃ scientiarum ⁊ gaudij. Et dixit adila sol facit ho
minem carne plenū pulchre faciei atq̃ albe: oculoꝝ
quandoq̃ magnoꝝ huius in facie color albus citri
no cōmixtus: habet vero solaris homo pulchrā ple-
namq̃ barbam capillos etiam gerit extensos.

¶ Capitulum quintum de venere quid significet.



Dixerunt Albumasar atq̃ alchabicius venus
est fortuna: ⁊ est planeta femininus nocturn⁹
⁊ habet significare mulieres ⁊ vxores. Et si fuerit na
tiuitas diurna vt ait Alchabicius significat matres.
⁊ vt ait sacerdos significat sorores minores. Et est si
gnificatrix filiorum naturaliter: quoniam filij signi-
ficantur per quintam domum ⁊ venus est quintus
planeta a saturno scilicet quartus post ipsum seq̄ns
eum in ordine ipsorum. Et etiam qꝛ ipsa est quin-
tus planeta qui exercet operationem suam in conce
pto complendo scilicet sexum maris ⁊ femine cuius-
cunq̃ sexus fuerit conceptus ⁊ perficiendo illi nasū
⁊ supercilia ⁊ totam dispositionē faciei. Et quia ve
nus est planeta delectationis ⁊ gaudij: ⁊ quinta do-
mus similiter attribuitur filijs ⁊ significat eos quo-
niam filij sunt accidēs in quo magis gaudet natus
delectatur natura in eis plus q̃ in alijs ¶ In tracta
tu vero natiuitatum dicetur latius quid dicendum
fuerit super his: tamen dicā tibi nunc aliquid ex eis
Quoniam quando volueris scire esse nati ⁊ volue-
ris scire quid accidat ei a mulierib⁹ matre scilicet vel
vxoribus vel sororibus minoribus ⁊ similia. Uide
in hora natiuitatis si venus sit almubrez in natiuita
te tunc scias quoniam bene ei erit generaliter ex mu
lieribus. Et si ipsa non fuerit significatrix natiuita-
tis ꝙ non sit almubrez super illam. Uide quomodo
⁊ vnde aspiciat dominum primi. Nam si asperexerit
eum de septimo a trino aspectu diligetur natus ab
vxoribus dilectione perfecta. Et si asperexerit eum in
de a sextili aspectu diligetur ab vxoribus: sed nō di
lectione perfecta: immo erunt aliquando inter eos
altricationes ⁊ iurgia ⁊ aliquando diligent se inui-
cem: aliquando vero nō: modo hoc modo illud. Et
si asperexerit eū de septimo quadrato aspectu tūc ꝑ ꝑ
gaudebit natus cū vxore: ⁊ vt multū erunt inter eos
aliquales altricationes ⁊ non bñ associabunt simul.

¶ Si vero asperexerit eū de oppositiōe nūq̃ gaudebit
natus cū vxore ⁊ magis timet hoc cū prima nec bñ
erit ei ab ea: ⁊ semp erunt rixe atq̃ discordie inter ip
sos. ¶ Et si asperexerit venus significatorē natiuitatis
de decima domo aliquo predictoꝝ aspectuū: dic ꝙ
ita erit nato a matre sicut dixisti qd erit ei ab vxore.
Quoniā si asperexerit venus significatorē de septima
domo de bono aspectu dic ꝙ nato erit bonū a mr̄e.
de malo vero dic ꝙ ei erit malū a matre. ¶ Et si as-
perexerit venus significatorē nati a quarta aliquo isto
rum aspectuū dic ꝙ ita cedet ei a sororibus minori
bus sm̄ aspectū quo ipm̄ asperexerit queadmodum
dixisti de matre. Et hꝫ venus per naturā suā opa-
ri frigiditatē ⁊ humiditatem cū temperie. Et hꝫ si-
gnificare sir̄ ex etate hois adolescentiā ⁊ maxime in
mera iuuētute que est. a. 14. anno vsq̃ ad. 22. Et hꝫ
ex magisterijs scire facere instr̄a ludorum: ⁊ ludorū
⁊ ludere ad calculos ⁊ ludere ad aleas. ¶ Ista erunt
officia illius cuius venus fuerit significatrix: ⁊ q̃ ma-
gis approximabunt ei: ⁊ que ipse melius sciet facere
si voluerit se intromittere de eis: ⁊ si intromiserit se
de alijs nō adiscet nec sciet: ita bñ sicut ista. Et erit il
le cuius venus fuerit significatrix viuēs in ocio ⁊ me
lius sciet ducere vitā suam ⁊ delicatius viuere ⁊ cu
rialius q̃ alius qui sit valde deterior eo. Et erit for-
nicator ⁊ ex toto filius fornicationis: ⁊ libenter exer-
cebit omnē cultum venereū ⁊ habundabit in coitu
ita ꝙ aliqñ exterminabitur natura ipsius illa de cau
sa: ⁊ sciet cōponere coronas ⁊ serta ⁊ omnia ornamē
ta: ⁊ specialiter muliebria: ⁊ vtetur libenter ornamē-
tis sui corporis: ⁊ ibit coopertus pulchris indumen
tis ⁊ mundis: ⁊ sciet operari auꝝ ⁊ argentum ⁊ face
re monilia: ⁊ oia talia que pertinent ad ornamentū
corporis ⁊ maxime que ꝑtinent ad ornamenta mu-
lierum si adheserit illius magisterijs. Et istud est qd
non permittit aliqñ quosdam ꝑuenire ad perfectio-
nem suoꝝ magisterioꝝ seu officioꝝ quoniā vtuntur
.s. artibus ⁊ officijs que nō sunt ipsoꝝ naturaliter: ⁊
ipsi nunq̃ ꝑfecte addiscūt illa: ⁊ cū labore addiscunt
quicqd capiunt ex eis: sed illa que ꝑtinent ad eos na
turaliter addiscunt leuiter ⁊ bene. ¶ Et sunt venerei
homines ludi ⁊ risus ⁊ tripudij atq̃ alacritatis ⁊
gaudij ⁊ libenter vtunt comestionibus ⁊ potationi
bus in sotietatibus ⁊ inebriātur venerei citius alijs
⁊ confidunt de alijs ⁊ sepe decipiūtur ab eis. Et ha-
bet venus significare dilectionem largitatem amorē
⁊ iusticiam ⁊ similia. Et conuersant in domibus ora
tionis venerei vt appareant ꝙ non sunt ⁊ retinent
fidem ⁊ cupiunt audire sonos instrumētorum mu-
sicorum ⁊ valent in eis plus alijs hominibus.

¶ De cōplexiōe veneris cū saturno ⁊ alijs planetis.

QUe si iungatur cum saturno significat sonū
cantationū lamentationum ⁊ quibus deflen
tur mortui atq̃ quibus homines vtuntur quando
edificant ⁊ similia. ¶ Si autem iungatur cū ioue si-
gnificat ꝙ natus erit doctus in sonis lectionū ⁊ can
tilenarum ecclesiasticarum ⁊ in omni cantu spectan
te ad clericos ⁊ religiosos ⁊ vtentes in domibus ora
tionis ⁊ altaria ⁊ laudem domini Jhesu christi.
¶ Quod si iungatur cum marte significat sonos seu
cantationes laycorum ⁊ dñorum preliorū ⁊ cantus
qui fiunt in prelijs sicut sunt tube fistule cymbala ⁊
similia: ⁊ significat sonos seu cantus in quibus fit
mentio captionis ligationis laboris intersectionis:
⁊ percussionis armorum ⁊ flagellorum sicut fit in
cōmemoratione gestorum antiquorum ⁊ rememo-

rari gesta troie frãcie rome britanie ꝛ filia: scien. n. na
tus cãtare illas cantatiões. ¶Qȝ si iungaṫ soli signi
ficat ꝙ sciet natus sonos seu cãtus q fiunt cuȝ lignis
qbus vtunṫ hoĩes corã regibus ꝛ magnatibus sicut
rotte viole cythare sambuce leuta ꝛ filia. ¶ Et si iun
gaṫ ei mercurius significat sonos qbus fiũt melodie
ꝛ cõponunṫ ṽsus sicut sunt lire ꝛ filia. ¶Si aũt iun
gaṫ ei luna significat cantus qbus vtunṫ naute in na
uigationib⁹ ꝛ erectiõibus seu eleuationibus velorũ
in altũ ꝛ filia. ¶Et de infirmitatibus significat infir
mitates frigidas ꝛ humidas q̃ accidũt: vt multuȝ in
mẽbris genitalibus vel circa illa ꝛ filia. Et significat
ꝙ natus erit aptus ad sciẽdũ aptare atqȝ ꝑparare ea
q̃ spectãt ad pulchritudinẽ sicut sunt pallia vestimẽ
ta mulieꝝ ꝛ eaꝝ ornamẽta ꝛ que pinguntur in orna
mentis cũ auro margaritis frisijs ꝛ filibus. ¶Et ex
qualitate ai significat suauitatẽ: ꝛ significat amicitiaȝ
ꝛ cõmestionem ꝛ cupiditatẽ cõmestionis ꝛ potatio
nis ꝛ coitus ꝛ filia. Et ex sectis significat idolatriaȝ ꝛ
eas in qbus exercenṫ comestiones atqȝ potationes.
¶Et dixerũt guelius ꝛ cancaph ꝙ significat de cor
pore hoĩs anchas spinaȝ dorsi sperma ꝛ eius decur
sum. Albuã ṽo ꝛ atabari dixerũt qm̃ habet significa
re pinguedines renes ꝛ vmbilicũ ꝛ vẽtrem vuluam
quoqȝ atqȝ matricem. Et ex coloribus hȝ albuȝ: ꝛ ex
saporibus vnctuosum: ꝛ ex dieb⁹ diem veneris: ꝛ ex
noctibus hȝ eam que p̄cedit diẽ martis. Et quãtitas
orbis eius est. 7. graduũ ante ꝛ totidẽ retro. Et anni
eius firdarij sunt octo. ꝛ maiores. 82. ꝛ medij. 45. mi
nores ṽo octo ꝛ maximi ꝺm Alchabiciuȝ sunt. 1151.
Et dicunṫ anni eius maiores. 82. ꝺm numeꝝ gradu
um duodecim signoꝝ qui cõtingunt ei pro suis ter
minis ꝺm quem numeꝝ ipsi considerantur. Medij
ṽo dicunṫ. 45. qm̃ ipsi consideranṫ ꝺm numeruȝ me
dietatis numeroꝝ ipsius maioꝝ atqȝ minorũ simul
aggregatoꝝ quibus simul aggregatis faciũt. 90. quo
rum medietas est. 45. Minores vero sunt octo q tra
xerunt suum numeꝝ ab eo ꝙ venus circuit suũ epi
ciclum in octo annis qnquies qȝ non põt facere in
alio numero annoꝝ. Ecentricuȝ circuit in. 348. die
bus. Et fortitudo eius in plagis mũdi est in dextra
occidentis. ¶Et dixit messahala ꝙ significat de figu
ris hominũ hominẽ albũ trahẽtẽ ad nigredinẽ pul
chri corporis: pulchroꝝ capilloꝝ hñtem faciem rotũ
dam ꝛ paruas maxillas: ꝛ pulchros oculos ꝛ nigre
do ipsoꝝ est maior albedine. ¶Et dixit Dorothius
pulchram: habens faciem: pulchros oculos nigredo
ipsorum plus q̃ȝ oporteat: ꝛ multos capillos. Et di
xit ꝙ significat hominem album confectum rubore
crassum: ꝛ ostendit beniuolentiam. Et habet ex re
gionibus alhegem ꝛ alyemen ꝛ totam terram ara
bum: quoniam eius significata magis apparent in
illis partibus q̃ȝ in alijs. Et habet ex partibus par
tem desiderij. Et significat amicitiam ꝛ dilectionem
ꝛ patientiam ꝛ ludum atqȝ coniunctionem mascu
lorum adinuicem per modum turpem ꝛ prohibi
tum atqȝ nepharium ꝛ abhorrendum. ¶ Et dixit
adila venus pulchros facit capillos: ꝛ pulchra sup
cilia. Homo autem venereus dulcia ꝛ mollia effun
dit verba: per omnia dulciflua habet eloquia oscu
la iungit amica. Est auteȝ in sui vultus ꝛ totius cor
poris cõpositione studiosus: mouet se leuiter in eun
do aut aliquid aliud agendo: mediocris est stature
ꝛ lasciuus.

¶Capitulum sextum de Mercurio quid significet.



Dixit Alchabicius mercurius est planeta com
mixtus masculinus diurnus inclinatur ꝑ na
turam suã illi cui cõplectitur ex planetis ꝛ signis ita
vt si iungaṫ bono planete ꝙ efficiṫ bonus: ꝛ si iunga
tur malo efficiṫ malus. Et si iungaṫ planete masculi
no dr̄ masculin⁹: ꝛ si nocturno nocturnus: ꝛ si diur
no diurnus. Et hȝ significare fratres minores: vnde
ꝓspice in natiuitate alicuius nati ꝛ vide qualiter se
habeat mercurius cũ dño primi siue cũ significatore
natiuitatis: nã si euȝ mercurius aspexerit a trino vel
a sextili aspectu bñ erit nato ex fratribus suis mino
ribus ꝛ maxime cũ receptione. Et si aspexerit eum a
quarto aspectu vel ab oppositione male erit ei ex eis
maxime si receptio interueniat: silr̄ dic de ꝯiunctiõe
corporali: idẽ intelligas de aspectibus eius cũ luna.
Et est mercurialis magis diligẽs amasias q̃ȝ vxores
ꝛ libentius adherebit eis. Et significat mercurius ex
timationẽ ꝛ cogitationẽ dilectionis dei quãtũ est ex
ꝯscientia sua licet alias sit lasciuus in nõ licitis: ꝛ bo
nam habebit credulitatẽ ꝛ deuote morabiṫ in tẽplis
ꝛ alijs oraculis ecclesiaꝝ: ꝛ erit bone fidei ꝛ catholice
opinionis. Et si fuerit mercurius solus significator
natiuitatis ꝛ fuerit in nã sua ita ꝙ nullus planetaꝝ
iungatur cũ eo nec participet ẽt cũ ipso erit natus in
principio iuuẽtutis sui sensus ꝛ crescet sue volũtatis
ꝛ suoꝝ moꝝ ꝓprioꝝ ꝛ hoc accidet ei in primis deceȝ
annis sue iuuẽtutis. s. adolescẽtie. ¶Et dixit alchabi
cius ꝙ significat res terrenas ꝛ augmẽtationẽ reꝝ cre
scẽdo. Et ex etate hȝ iuuẽtutẽ ꝛ ꝓfectũ in ea: ꝛ ꝙ signi
ficat ex opib⁹ opa q̃ gñant cognitionem ṽitatis ꝛ re
thoricã: erit. n. ordinat⁹ in sua loq̃la. Et hȝ mercuri⁹
significare geometriã atqȝ sciam negociatiõis ꝛ scie
dispõere negocia multa ꝛ de multis se itromittet
scietilla ducẽ ad effectũ. Et hẽbit cognitionẽ in m
tis reb⁹ ꝛ noscet res venales ꝛ alias in qb⁹ fuerit ti
litas. Et si fuerit effect⁹ cleric⁹ erit bon⁹ ꝛ placibilis
ꝑdicator. ¶Et dixit afla ꝙ significat phiam ꝛ agu
ria ꝛ scripturã ꝛ ꝓuerbia: erit bon⁹ moralis: ẽt ddi
scet ari smetricam sciam. Erit. n. mercurialis bonus
verificator ꝛ operabitur in hoc maxime.
¶De cõplexione ipsius cũ saturno ꝛ alijs planetis.

Qui si iũgaṫ cũ saturno significat opus artican
di atqȝ mẽsurãdi terras ꝛ diuidẽdi possessiões
ꝛ hereditates iter ꝯsortes ꝛ hẽdes mortuoꝝ. Et sciaȝ
numarãdi ꝛ estimãdi q̃ oporteat hr̄e aliquẽ ad faciẽ
dũ aliqȝ edificiũ sicut turrim ꝛ domuȝ vel aliqȝ silẽ.
ꝛ sciam ordinãdi telas sicut sunt illi q texũt pannos
laneos vel lineos seu pignolatũ ꝛ filia. ¶Qȝ si iũga
tur ioui significat opus numerandi ꝛ faciendi melo
dias libroꝝ ecclesiaꝝ ꝛ alios cantus sciet indifferẽter
ꝛ saltus ludoꝝ ꝛ similia. ¶Qȝ si iungaṫ marti signi
ficat ꝙ natus cui fuerit significator sciet ꝓducere exer
citum ꝛ sciet eos bñ ordinare atqȝ soluere ꝓliãtibus
atqȝ guerrarijs redditus quos ꝑcipere debuerint: ꝛ

ꝙ sciet bñ preliari ꝛ bñ percutere illos cum quibus
fuerit ꝑliatus cũ lanceis ꝛ gladijs clauis ꝛ alijs noci
bilibus armis ꝛ similibus. ¶ Quod si iũgatur soli
significat eum ꝑesse numero regum ꝛ substãtie dño-
rum magnatum ꝛ nobilium ꝛ diuitum: sciet enim
disponere facta ipsoꝝ ꝛ regere familias eoruꝫ ꝛ pro-
ducere ipsoꝝ familiaria facta. ¶ Qđ si iungatur cuꝫ
venere significet ꝙ sciet numerum sonoꝝ cordarum
instr̃oꝝ musicorum sicut cytharaꝝ violarum fistula
rum organorum arparum tympanorum ꝛ similiũ.
¶ Quod si iungatur ei luna significat ꝙ natus sciet
seruire in curijs regum magnatum nobiliũ ꝛ alioꝝ
sicut est ponere fercula coram discumbentibus: inci
dere panem ꝛ carnes coram eis ꝛ similia. Et de infir
mitatibus significat infirmitates anime naturaliter
sicuti est magnanimitas paruipẽdẽdo magna: ꝛ pu-
sillanimitas magnificando parua: ꝛ cogitatiões hor
ribiles: ꝛ inquietationem mẽtis atqꝫ dubietatis ita
ꝙ aliqñ videbit amẽs ꝛ stulta. Et si ille cũ quo iungit
fuerit bñ dispositus significat bonã qualitatẽ aie ꝛ si
fuerit male dispositus significat malaꝫ qualitatẽ aie.

¶ De mercurio cum fuerit fortunatus.

Cum aũt fuerit mercurius fortunatus erit bo
nitas ꝛ fortuna ipsius ꝫm bonitatem ꝛ ꝫm for
tunam illius qui fortunat eum: ꝛ ꝫm locum in quo
ipse fuerit bñ dispositus. Et cum fuerit malus ꝛ in-
fortunatus erit eius malicia ꝛ infortuniuꝫ ꝫm natu
ram ꝛ ꝫm esse ꝛ ꝫm infortunium illius qui infortu-
nat eum: ꝛ ꝫm locum in quo fuerit ille malus: vel q
infortunat eum. ¶ Et dixit Alchabicius ꝙ signifi-
cat ex sectis culturam vnitatis vere atqꝫ leguꝫ ratio-
nabilium ꝛ horum similiũ: ꝛ illud significat cũ ypo-
crisi atqꝫ simulatione fingens se meliorẽ esse qꝫ sit nõ
tamen cum heresi. ¶ Et dixerũt albuas ꝛ ebrianus
ꝙ significat de corpore hois vmbilicuꝫ ꝛ femora cru
ra neruos venas ꝛ artereas. Et de coloribus signifi-
cat omnem colorem ꝯmixtum atqꝫ variatum. ¶ Et
dixit guelius ꝙ significat aleçeminium qui est quo
dam color similis colori lilij agrestis. Et ex saporibꝰ
significat acetosum. Et quãtitas orbis eius est septẽ
graduum. Et ex diebus habet dieꝫ mercurij: ꝛ ex no
ctibus eam que ꝑcedit diem dominicuꝫ. ¶ Et anni
eius firdarie sunt. 13. Et anni eius maiores sunt. 76.
medij vo. 48. minores. 20. maximi quoqꝫ. 460. Et
dicunt anni eius maiores. 76. quoniam. 76. gradus
cõtingunt ei de gradibus. 12. signorum pro suis ter-
minis ꝫm quem numerum ipsi cõsiderantur. Me-
dij vero dicuntur. 48. eo ꝙ ipsi ꝯsiderantur ꝫm me
dietatem numeri annorum ipsius maiorum ꝛ mi-
norum simul aggregatoruꝫ ꝛ diuisoꝝ in duo media
qui sunt. 96. quorum medietas est. 48. Minores q
dem sunt. 20. eo ꝙ mercurius in. 20. annis reperitur
facere. 63. reuolutiões in epiciclo quas non facit in
alio numero annorum ꝛ inde traxerũt illum nume
rum ꝛ circuit ecentricum in decem mẽsibus fere. Et
fortitudo eius in partibus mũdi est in septẽtrione.
¶ Et dixit iaphar ꝙ mercurius a medio retrogra-
dationis sue vsqꝫ ad stationem suam secũdam signi
ficat pueritiam. Et a statione sua secũda vsqꝫ ad con
iunctionem solis corporalem significat iuuẽtutem:
ꝛ dilectionem ꝛ amicitiam ꝛ cõcordiam ꝛ eius inq-
sitionem ꝛ amoris imitationem. Et a coniunctione
solis vsqꝫ ad stationem suam primaꝫ significat sene-
ctutem: ꝛ a statione sua prima vsqꝫ ad medium retro
gradationis sue significat decrepitam ꝛ cõtrarietateꝫ
ꝛ dissimilationem ꝛ tarditatem ꝛ verecundiam pre
terqꝫ in acquirẽdo pecuniam ꝛ occupationem rerũ
modis omnis quibus poterit accumulabit eas na-
tus per phas ꝛ nephas. Et cum fuerit mercurius in
medio retrogradationis sue ꝛ fuerit significator ali-
cuius nati erit mediocris velocitatis natus ille pro-
pter ingenium quod habebit debile. Et cum fuerit
prope stationem suam secundam significat ꝙ natus
erit velocis ingenij: sed nõ vltimate velocitatis ꝛ erit
boni ingenij in sciendo aperire ingenia hominum
cum blãdicijs, ita ꝙ reuelabunt ei secreta. Et cum iũ
ctus fuerit soli per corpus ꝛ fuerit directus ꝛ fuerit si
gnificator alicuius significat ꝙ natus erit velocis in
genij ꝛ expansi ꝛ lati ꝛ magni atqꝫ profundi ꝛ bone
memorie: ꝛ idem accidet de alijs planetis preterqꝫ de
de luna. ¶ Et dixit messahala ꝙ mercuriꝰ significat
de figuris hominũ hominẽ habentem colorem non
multum album nec multũ nigrum: habentem fron
tem eleuatam: faciem longam: nasum longum: ocu
los pulchros nõ ex toto nigros: raram nigrãqꝫ bar-
bam in maxillis: ꝛ lõgos habẽtem digitos. Et ex re
gionibus habet acalem ꝛ magidem ꝛ omnes regio
nes indoꝝ. Et ex partibus hꝫ partem negociatiõis:
qm̃ habet significare negociatores propter nimiam
sollicitudinis estuatiõem quã significat: ꝛ pp nimiũ
studium qđ viget in eo in inquirendo diuersa. Et si
gnificat timorẽ ꝛ infestinationem ꝛ bellũ ꝛ inimici-
cias ꝛ sedutiones ꝛ cõtrarietates. Et significat etiam
profectum ꝛ magisteriũ ꝛ subtilitatem in omnibus
operibus ꝛ in omnibus inqsitionibus de quibꝰ se
voluerit intromittere natus. Sciet eniꝫ subtiliter in
quirere ab omni homine qđ voluerit ꝛ subtiliter in
quirere cũcta que ab aliquibus inquirũtur ex dictis
siue factis. ¶ Et dixit sacerdos mercurius dat homi
ni gracile hr̃e corpus. Est aũt mercurialis sapiens le
ctioni libenter vacans: stature sepius mediocris: suf
ficienter acquirẽs amicos: nõ leuiter eos retinẽs. Et
dixit ꝙ habet pulchram barbam sed raraꝫ atqꝫ par-
uam subtilia gerens qñqꝫ labia nasumqꝫ similiter.

¶ Capitulum septimum de luna ꝛ quid significet.



Dixit albumasar ꝙ Alchabicius luna est fortu
na feminina nocturna: operatur per naturaꝫ
suam frigiditatem ꝛ humiditatem ꝛ est significatrix
matrum. Unde si natiuitas fuerit nocturna habet si
gnificare que accidẽt nato ex matre. Unde debes cõ
siderare qualiter se habeat luna cum significatore na
ti: quoniã si aspexerit eũ bono aspectu trino scilicet
vel sextili: vel receperit eũ receptione perfecta bñ erit
nato ex matre. Si autem aspexerit eum malo aspe-
ctu male erit ei ex matre. Et illud idẽ intellige de ma
tre ex filio: quia significator natiuitatis receperit lu-
nam bene erit matri ex nato. Si autem male aspe-
xerit eam sine receptione male erit matri ex nato.
¶ Et dixit Alchabicius ꝙ est in ea flegma tempe-
ratum. Et significat etatem puerilem ꝛ initium cre-

ſcendi. ſ. primos quatuoꝛ annos a natiuitate ꝓpter ſuas crebras ⁊ veloces mutatiões ad modum mutationum puerilium. Et dixit idem philoſophus ꝙ habet ex operibus legationes ⁊ mandata ⁊ opera aquarum atq; terrarum ⁊ terrecultuz ſm quantitatem ſue bonitatis vel ſue malicie. Et ſignificat principatum: ſciet enim producere res regum ⁊ principū ⁊ magnatum ſi prefuerit eis ⁊ ſimilia: ſi fuerit tūc fortūata ⁊ in bono aſpectu ſolis vel domini decime domus trino ſcilicet vel ſextili. Et de ſubſtantia ſignificat argentum. Et ſignificat fortunam in cultu terre ſi habuerit dignitatem hoꝛa natiuitatis in quarta domo. Et ex fide ſignificat religionem quoniam lunares vt multum fiunt religioſi ⁊ maxime in iuuentute: tamen aliquādo non bene ſeruant promiſſa deo: ⁊ raro bene pſeuerant in religionibus: ⁊ fiunt exinde fabule vulgi. Et ex infirmitatibus ſignificat epilenſiam ⁊ toꝛſionem vultus: ⁊ illas que pertinent ad paraliſim ⁊ maxime particularem: ⁊ ſpecialiter illas que fiunt in lingua ⁊ labijs ⁊ oculis. Et habet ſignificare cōmotionem membroꝝ que fiunt ex aliquibꝰ egritudinibus quod ſepe accidit ex egritudinibꝰ frigidis ⁊ humidis vt flegmaticis. Et habet ſignificare qualitatem animi ſm cōmixtionem ſuam cum planetis: quoniā ſi iungitur cuz bono planeta erit qualitas animi nati bona ſi vero iūgatur cum malo erit qualitas eius mala.

¶ De cōplexione lune cum ſaturno ⁊ alijs planetis.

Que ſi iungatur cū ſaturno in natiuitate alicuius maris vel femine ſignificat ꝙ natꝰ habebit homines odio ⁊ ſimulabit ſe ipſos diligere ⁊ erit inuidus: ⁊ gaudebit in damnis alioꝛuz: ⁊ dolebit de ipſoꝛum vtilitatibus: ⁊ videbitur ei ꝙ omne alterius bonum ſit ſibi nocumentum. ¶ Et ſi iungatur cum ioue ſignificat ꝙ natus erit cautus ⁊ erit honeſtus atq; in omnibus benignus: ⁊ ducet bonam ⁊ pulchraz ⁊ honoꝛabilem ⁊ placabilē vitam ⁊ omni modo laudabilem. ¶ Et ſi iungatur cum marte ſignificat ꝙ natus erit ſuſurratoꝛ ⁊ inuidus: ⁊ ſtudebit in malicijs ⁊ in ſuſurrationibꝰ: ⁊ in ſeminādo çiçanias inter homines in omnibus ⁊ que ſint alijs damnoſa: nec curabit ſi nō ſint ſibi vtilia dūmodo credat alijs eſſe nocitiua hoc tamē preuiſo ꝙ receptio frangit maliciam ſupradictam. ¶ At ſi iungatur cum ſole a trino vel ſextili aſpectu ſiue cum receptione pfectius complebuntur ſignificata ⁊ ſignificat ꝙ natus ſeu interrogās intromittet ſe de diſponendo res regales ⁊ magnatum ⁊ nobilium ⁊ diuitum qui ſunt apti regno. ¶ Si autem iūgatur cum venere ſignificat ꝙ natus erit curialis ⁊ benignus ⁊ ſuauis ⁊ boni animi ⁊ honeſtus moꝛibus: ⁊ erit celer ⁊ leuis ⁊ velocis motus: ⁊ vtetur diuinis obſequijs nec dicet malum de aliquo nec dicet alicui ruſticitatē ſua culpa. ¶ Si vero iūgatur cum Mercurio cum receptione ſignificat ꝙ natus erit cōcionatoꝛ facundus ⁊ ꝙ adherebit ſcripture atq; rethoꝛice: ⁊ erit oꝛdinatꝰ in omni ſua locutione ⁊ in omni ſuo dictatu tam metrico q̄3 proſaico. Si autem ſine receptiōe a trino vel ſextili aſpectu erit infra hoc. Si vero a quarto aſpectu vel oppoſitione erit loquax ⁊ multa vana verba ⁊ inutilia fundet: nec volet alijs dare vicem loquendi ⁊ interrumpet eoꝛum dicta: nec volet ꝙ ſua interrumpātur. ¶ Et dixerunt guelius ⁊ albuam quia ſignificat cogitationem ⁊ nouitatem animi ⁊ debilitatem ingenij atq; ſenſus ⁊ lingue grauitatem ⁊ mulieres honeſtas. Vn̄ debes ꝯſiderare in natiuitatibus mulierum ſi fuerit luna iuncta Mercurio ſicut dictū eſt quoniam ſignificat tunc ꝙ mulier erit honeſta ⁊ bona ⁊ boni animi: ⁊ erit libēter nutriens pueros ⁊ erit foꝛtunata in hoc ⁊ erit aſtitrix parturientium: ⁊ ſignificat matres ⁊ materteras ⁊ prebetrices ciboꝛuz: ſciet enim natus prebere cibaria alijs. ¶ Et dixrrūt toz grecus ⁊ albuaz qꝛ tūc ſignificat pꝛopꝛie pulmonem ⁊ cerebꝛum. Et de coloꝛibus ſignificat citrinuz. Et de ſapoꝛibus ſalſum. Et ſignificat ex mulieribus oculum dextrum: ⁊ ex viris ſiniſtrum. Unde debes conſiderare in natiuitatibus ſi luna fuerit impedita: qꝛ ſignificat impedimentum oculi quod accidet magis quando fuerit impedita in ariete: in viris impedit ſiniſtrum: ⁊ in mulieribus dextrum. Aut enim naſcetur cum oculo impedito: aut impedietur eius oculus ante moꝛtem eius naturalem impedimento inſeparabili: ⁊ aliquādo perdet natus oculum ex toto. Et ex diebus habet diem lune: ⁊ ex noctibus illā que precedet diem veneris. Et quātitas oꝛbis eius ē 12. graduum. ¶ Et anni firdarie ipſius ſunt nouem anni eius minoꝛes. 25. medij. 39. ⁊ dimidius. Et quidam voluerunt dicere ꝙ eſſet. 66. quoꝛuz oppoſitioni non video cauſam quare aſſentiam. Maioꝛes autem 108. maximi vero. 420. Et dicuntur anni eius maioꝛes. 108. eo ꝙ ipſa habeat illaz virtutem in illa medietate circuli ſignoꝛum que eſt a pꝛincipio aquarij vſq; in finem cancri quam habent alij planete in ſuis terminis ⁊ eſſent. 180. ſed diminuuntur ei. 60. propter duas domos duaꝝ infoꝛtunarum que ſunt aquarius ⁊ aries: ⁊ diminuuntur ei iterum. 12. anni propterea ꝙ illa medietas minuit in ſuis eleuationibus ab eo ꝙ ſunt pꝛincipia pꝛimi climatis vſq; in finem ſeptimi climatis quod attribuitur lune. 12. gradus vnde remanēt tantum. 108. Medij vero dicuntur. 39. ⁊ dimidius ea ratione qua dicuntur medij anni ſolis: nec minuuntur tunc predicti. 12. gradus. Minoꝛes ſiquidem ſunt. 25. ⁊ hoc ideo: qꝛ cum fuerit luna in fine. 25. graduū arietis qui eſt vtriuſq; luminaris: tangit enim. 19. gradum arietis qui ē de exaltatione ſolis: ⁊ tāgit tertium gradum tauri qui eſt de exaltatione ſua: ⁊ propter diminutionem predictoꝛum. 12. annoꝛum a ſuis annis maioꝛibus addit ſm medietatem illoꝛum annis minoꝛibus ſolis ſex ⁊ ſic fiunt. 25. anni ⁊ foꝛtitudo eius in partibꝰ mūdi eſt in dextra occidentis.

¶ De foꝛmis quas ſignificat luna.

Et dixit meſſahala ꝙ ſignificat de figuris hominū hoiem albū cōmixtū cū ruboꝛe niueuz ſupercilijs beniuolis: habentem oculos non ex toto magnos: faciem rotundam: pulchꝛum ſtatum. Et ex terris artoꝛe ⁊ exthoma ⁊ adila. ¶ Et dixit ſacerdos luna dat hominē nullius eſſe ſeruicij: quoniam die ac nocte ire deſiderat huc atq; illuc diſcurrēs: nec leuiter ſtabilis manet alicubi: quod eſt verum ſi ipſa fuerit in natiuitate tarda curſu ſine receptione perfecta ⁊ fuerit iuncta planete velocis curſus ⁊ maxime de inferioꝛibus. Et dixit lunaris homo habet faciez rotundam: ſtaturam mediocrem. Eſt autem alteratio maioꝛ oculis aut eſt per oculum percuſſus. Et dixit ꝙ eſt vir ſtrabo vel omnino altioꝛ oꝛbus oculorum. Et vt bꝛeuiter tibi verum fateoꝛ alter oculoꝛuz nullatenus vicio carebit. ¶ Et dixit ſarcinatoꝛ in quodam ſuo tractatu: quia luna ſignificat a pꝛincipio ſui nouilunij vſq; ad ſeptē dies annos ſuos puericie ⁊ a. 7. die vſq; ad. 14. ſignificat ānos iuuētutis

Forme

⁊ a.14.vsqꝫ ad.21.senectutis annos significat: ⁊ a.21. vsqꝫ in finē mēsis significat annos senij. Et cuꝫ fuerit sub radijs solis significat secreta ⁊ occulta: significat etiam occultanda: vnde tunc est bonum tractare: ⁊ facere ea que occultāda sunt illa: scilicet que volumus populo latere anteqꝫ se paretur a sole. Illa vero que volumus ocultari ad tempus postqꝫ fuerit separata a sole anteqꝫ exeat de sub radijs solis. Et ab initio mensis vsqꝫ ad oppositionē significat omne qđ futurum est: ⁊ ab oppositione vsqꝫ in finem mensis significat omne quod destruendum est. Et ab initio mensis vsqꝫ ad plenilunium ipsa ⁊ sol significant accusatores. Et ab initio mensis vsqꝫ ad oppositionem significat lucrum ⁊ continentiam: ⁊ ab oppositione vsqꝫ in finem mensis significat stipendia ⁊ dispersiones: quoniam cum fuerit natiuitas in initio mēsis erit natus intentus lucro ⁊ retentioni lucratorum quantum est ex hoc. Et cum fuerit in fine mēsis erit natus intentus expensis ⁊ disperget substantiaꝫ itaꝙ declinabit eius modus expēdendi in prodigalitatem. Et significat in initio mensis de iudicio actoreꝫ ⁊ rem quesitam ⁊ prosperitateꝫ actoris ⁊ rei quesite: ⁊ in fine mensis significat cōtrarium: vt ait Alchabicius: ⁊ in oppositione significat cōtrarietatem. Et cū fuerit inter corpus lune ⁊ oppositionem solis.15.gradus significat esse initij cōtrarietatis ⁊ eius causam. Et cum fuerit separata ab oppositione solis significat causas erectionis a cōtrarietate. Et in exitu suo de sub radijs solis significat exitum ab occultatione atqꝫ occultorum detectionē ⁊ his similia. Et introitu suo sub radijs solis significat aptationem ad occultādum ⁊ maxime illa que volumus magis occultari atqꝫ latere. Et ab hora separationis sue a sole significat aptationem exitus ab occultatione. Et ab hora exitus sui de sub radijs solis significat aperitionem ⁊ aduentum ab absentia videtur enim tūc significare aduentuꝫ absentis si fuerit facta questio de absente quando luna fuerit sic disposita.

¶ De significatione lune in quarto aspectu solis.

Dixit Alchabicius ⁊ duꝫ in quarto aspectu solis fuerit significat descensioneꝫ ab alto in infimum sicut sepe accidit illis qui habent magnas dignitates ⁊ magistratus altos ⁊ deponuntur ab eis inuiti ⁊ reprehēsibiliter. Et illud idē accidit in quarto aspectu secundo: ⁊ est etiam quartus aspectus secūdus deterior primo quoniam licet significat in q̄rto aspectu primo diminutioneꝫ status: tñ significat apparitionem rerum ⁊ lucrum ⁊ augmētum cōtinentie: sed in quarto aspectu secundo significat ꝯrium.

¶ De significatione lune a cōiunctione vsqꝫ ad dimidium sui luminis.

Dixerunt Ptholomeus arthephius ⁊ archaphalan qui in hac scientia plurimuꝫ valuisse sunt iuenti: ꝙ luna a ꝯiunctione solis vsqꝫ ad dimidium sui luminis erit natura eius humiditas: quoniam habet tunc significare humiditatē. ¶ Et a medietate sui luminis vsqꝫ ad impletioneꝫ erit natura calor: quoniam habet tunc significare caliditatē. Et ab impletione vsqꝫ ad dimidium sui luminis secūdum erit natura eius siccitas: qm̄ habet tūc significare siccitatem. Et a dimidio sui luminis secundo erit natura eius frigiditas quoniā habet tunc significare frigiditatem. ¶ Iteꝫ dixerūt ꝙ reliqui planete. s. Saturnus iupiter ⁊ mars ab ortu suo vsqꝫ ad stationeꝫ primā in natura humiditatis erunt ⁊ significant iuuentutem. s. que est a.14.anno. vsqꝫ ad.41. ¶ Et a statione sua prima vsqꝫ ad oppositionē solis cū sunt in medio sue retrogradationis sunt in natura caloris: qm̄ hn̄t tunc significare calliditatem: ⁊ significant pfectā etatē illā. s. que ē a.41.anno vsqꝫ ad.62. ¶ Et ab oppositione solis. s. cū sunt in medio sue retrogradationis vsqꝫ ad suā stationē secundaꝫ sunt in natura siccitatis: qm̄ hn̄t tunc significare siccitateꝫ non veram: ⁊ significant senectutē illaꝫ. s. que est a. 62.anno vsqꝫ ad.90. ¶ Et a statione sua scđa vsqꝫ ad occultationem sub radijs solis erunt in nā frigiditatis: qm̄ hn̄t tunc significare frigiditatem: ⁊ significant seniū siue decrepitā illā. s. que est a.90.anno vsqꝫ in finē vite hois que potest aliqn̄ esse vsqꝫ ad.120.annos: ⁊ pauci reperiunt qui hos trāscendant: licet qdam aliquādo aliud menciant. Unde mō inferiores. s. venus ⁊ Mercurius a medietate sue longitudinis longioris vsqꝫ ad stationem suā primam significāt id quod significat lūa in prima medietate sui luminis. Et a statione sua prima vsqꝫ ad mediū sue longitudinis propioris significāt id qđ significat luna a medietate sui luminis vsqꝫ ad impletionē. Et a medio sue longitudinis propioris vsqꝫ ad stationē suam scđam significant id qđ significat luna ab impletiōe vsqꝫ ad dimidium sui luminis scđm. ¶ Et a statione sua secūda vsqꝫ ad medietatē sue longitudinis longioris significant id qđ significat luna a dimidio sui luminis secūdo vsqꝫ ad cōiunctioneꝫ solis. ¶ Sol vero ab initio arietis vsqꝫ ad finem geminoꝝ significat pueritiam. A principio cancri vsqꝫ in finem virginis significat iuuentutem. A principio libre vsqꝫ in finem sagittarij significat collectaꝫ etatem. A principio capricorni vsqꝫ in finem piscis significat senectutē. ¶ Et dixerūt arthephius ⁊ argafalā ꝙ sol significat animā ⁊ luna significat cogitationes. Unde debes cōsiderare in natiuitate alicuius si sol fuerit bene dispositus ⁊ in bono loco ab ascēdēte: qm̄ significat ꝙ aīa eius erit bēniuola naturaliter. ¶ Et si fuerit male dispositus ⁊ in loco maligno ab ascendēte significat ꝙ aīa eius erit maliuola naturaliter: per accidēs tñ poterit cōstringere atqꝫ emēdare illam malā suam voluntatem ex arbitrio suo libero: sicut accidit aliqn̄ ⁊ multotiēs in istis religionibus ⁊ religiosis: ⁊ ēt in alijs discretis psonis suas maliuolētias cognoscentibus. Et si luna fuerit bene disposita vt dictum est de sole erūt cogitationes nati in bono ⁊ ad bonuꝫ. Et si ipsa fuerit male disposita eius cogitationes erūt male ⁊ in malo ⁊ ad malū. ¶ Et dixerunt ꝙ Saturnus hꝫ significare merorē ⁊ tristiciam ⁊ planctum ⁊ lamentationem ⁊ laborem ⁊ malum. ¶ Et iupiter hꝫ significare sapiētiam rationem ⁊ honestatem ⁊ bonuꝫ. ¶ Et mars habet significare iraꝫ furorem ⁊ cōtrarietem ⁊ mutationem ad malū potius qꝫ ad bonū. ¶ Venus hꝫ significare delectationē ludū ⁊ gaudium ⁊ alacritatē. ¶ Mercurius hꝫ significare rationalitateꝫ discretionem dialecticā ⁊ disciplinam. ¶ Et dicit luna pedagoga ⁊ habere significationē super omni re: ⁊ participare cū omni planeta in natiuitatibus interrogationibus itineribus ⁊ initijs omnium reꝝ ⁊ medijs ⁊ finibus earū: quoniā ipsa est mediatrix inter celos atqꝫ alios planetas ⁊ elemēta. Et licet celi seu corpora supercelestia agant in elementa tamen semper fit hoc mediante luna: qꝛ ipsa est locata inter alios planetas ⁊ elementa ita ꝙ ipsa nō possunt corrūpi neqꝫ mutari ab eis vel ab aliquo illoꝛuꝫ quin virtus illa mutans seu alterans transeat per eius radios siue p eius potentiam.

¶ Capitulum octauum de capite ⁊ cauda draconis quid significent.



CApud vero dracōis est fortuna naturaliter ⁊ de natura masculina: sꝫ per accidens aliquando fit infortuna. Est enim natura eius composita de natura iouis ⁊ de natura veneris: ⁊ ħ habet augmētationez atqꝫ significare res que augmentum suscipiunt regnum. s. ⁊ dignitates ⁊ substantiam ⁊ sublimitatem atqꝫ fortunam bonam. ¶ Et dixerunt adila ⁊ argafalan ꝙ proprium capitis est augmentare ꝑterqꝫ in datione annorum: minuit enim. 12. partem earum cum fuerit cum significatore. Unde cum fuerit cum fortunis auget fortunam eorum: ⁊ cum fuerit cum malis auget maliciam eorum: ⁊ tunc fit infortuna accidentaliter. ¶ Et anni firdarie eius sunt. 3.

¶ Cauda vero eius est mala naturaliter ⁊ de natura femina: sed per accidens aliquādo fit fortuna. Et est natura ipsius composita ꝺ natura saturni ⁊ martis. Et habet significare diminutionem deiectionem. s. ⁊ casum atqꝫ paupertatem ⁊ omnis boni diminutionem atqꝫ omnis fortune. ¶ Et dixerunt idem philosophi ꝙ propriū caude sit diminuere que cuꝫ fuerit cum fortunis minuit fortunā eorum: ⁊ cum fuerit cum malis minuit maliciam eorum ⁊ tūc fit eius fortunium accidentaliter. Unde dictum est ꝙ caput sit cum fortunis fortuna: ⁊ cum malis maluꝫ: cauda vero cum bonis mala: ⁊ cum malis bona. Et anni firdarie illius. 2. sunt.

¶ Capitulum nonum quid operetur quisqꝫ planetarum in conceptione puerorum.

SUbmittam hic quedam de his que operātur planete in cōceptione puerorum. ¶ Nam primo mense dixit sacerdos ꝙ Saturnus coagulat materiam atqꝫ constringit ⁊ deficcat non tamen arefaciēdo. Unde si fuerit Saturnus bene dispositus tunc erit comparatio illius concepti bene ordinata ⁊ bene disposita ita ꝙ quelibet aliorum planetarum poterit bene operari quod ad eum pertinuerit in cōcepto ꝺm suum esse atqꝫ ꝺm suam dispositionez. ¶ Si autem fuerit Saturnus tunc male dispositus erit cōpactio seu coadunatio materiei cōcepti male disposita nec vnqꝫ poterit forma vel dispositio illius concepti bene ordinari licet alij planete sint bene dispositi. ¶ Secundo vero mense iupiter spirituꝫ ⁊ membra tribuit: vnde si fuerit tunc iupiter bene dispositus ⁊ boni esse erunt membra cōcepti bene disposita ⁊ bene ordinata ⁊ vndiqꝫ nāli calle formata ⁊ eius spūs ⁊ eius anhelitus bonus: ⁊ inspirabit ⁊ respirabit suauiter ⁊ bn̄ absqꝫ labore atqꝫ ipedimēto respiratiōis. ¶ Si auteꝫ fuerit iupiter mali esse atqꝫ male dispositus erit ecōtra. ¶ Tertio vero mense mars operatur in eo per sanguinē rubefaciendo illū ⁊ in forma sanguinis deducēdo. Unde si fuerit tunc mars bene dispositus ⁊ boni esse erit sanguis cōcepti bonus ⁊ purus ⁊ bene corpus ꝯcepti nutriens: ⁊ vix ⁊ rarissime superhabundans ita ꝙ inferat lesionē nisi forte propter vitā inhordinatam qꝺ posset facere viꝫ nature. ¶ Si autē fuerit tunc mars male dispositus erit eꝯ. ¶ Quarto aūt mense sol dat seu ꝯplet ei mēbra principaliora ⁊ dat calorē mēbris ⁊ ꝯfortat calorē naturalem ⁊ augmētat illū ⁊ rectificat ad oēs suas opatiōes exercēdas. ¶ Un̄ si fuerit tunc sol bn̄ dispositus erit calor naturalis ꝯcepti bonus ⁊ vtilis ⁊ bn̄ cōseruās natū atqꝫ suas opationes oēs bene pficiens ⁊ rarissime pmittens se vinci a calore nō naturali: ⁊ erit diu durans in corpe nati. ¶ Si qdem sol fuerit tunc male dispositus erit eꝯ. ¶ Quinto vͦ mēse venus ꝯplet ꝯcepto aures nasum supcilia ⁊ totū dispositionez faciei atqꝫ testiculos ⁊ adiuuat operationez aliorꝫ planetarꝫ. ¶ Un̄ si fuerit tunc venus bn̄ disposita erit cōceptus post natiuitatē suaꝫ venustus hn̄s pulchros oculos: pulchra supcilia: pulchruꝫ nasum: pulchras aures ⁊ totā dispositionez faciei alachritate beatam. ¶ Si vͦ fuerit tūc venus male disposita erit ecōtra. ¶ Sexto vͦ mēse Mercurius renes linguā pulmonē cōponit ⁊ pficit oia foramina ⁊ oia cōcaua corpis nōdū cōpleta: ⁊ cōplebunt oia hec ꝺm dispositionez Mercurij. ¶ Septimo vero mēse luna oēs cānales pulmōis apit ⁊ pficit ipm si aliqd defuerit ⁊ perficit traceā arteriā ⁊ vuaꝫ: diuidit limitibus suis oia mēbra corpis nōdū diuisa. ¶ Un̄ si fuerit tūc bn̄ disposita erūt oia hec habilia qꝺlibet eorꝫ ad officiū sibi deputatuꝫ. ¶ Si vͦ fuerit male disposita erit eꝯ. ¶ Et hec ē cā. s. ipedimentū lune q̄re quidā pueri nascunt ipediti in aliqua pte sui corpis. Accidit. n. hoc pp impedimentū lune: ⁊ accidūt illa ipedimēta in illo mēbro qꝺ est deputatū illi signo in quo tūc luna fuerit ipedita. ¶ Et si fuerit in prima medietate significat ꝙ accidet ipedimētū in dextra pte nati. ¶ Si vͦ fuerit in vltima medietate accidet in pte sinistra nati. Et qꝛ in septē mēsibus qlibet planeta est opatus in cōcepto suā virtutē ⁊ qꝺ suū est si nascat puer pōt esse de iure vitalis. Et ego vidi plures q fuerūt nati in fine septē mensium post ꝯceptionē ⁊ vixerūt tpe longo: ⁊ pr̄ meus fuit vnus ex illis ꝑut eius genitrix asserebat q vixit. 107. se testāte. Deinde reuertit dispositio ad Saturnū q octauo mense mēbra infantis sua frigiditate ꝯsolidat ⁊ cōstringit atqꝫ cōdensat. Inde fit vt si tunc puer nascat nō viuit ⁊ hoc accidit pp distēperantiam frigiditatis Saturni esse pueri tūc disponentis. ¶ Nono autem mense iupiter regnat q tunc membra infantis temperie sua separans a matris vtero abrupto cotilidone salutifere educit: ⁊ sic pueri qui tunc nascuntur credunt esse vitales. ¶ Posset tn̄ dici ꝙ hermes cui Ptholomeus assensit ꝙ more concepti in vtero sunt. 3. maior. s. que constat ex. 288. diebus ⁊ media que ex. 273. diebus atqꝫ minor que constat ex. 258. diebus: ⁊ nulla illaruꝫ diuiditur per aliquem numerꝫ mensium ex supradictis. Ad qꝺ posses respondere ꝙ Ptholomeus ⁊ Hermes considerauerunt illos partus qui cōmuniter accidunt non considerantes qui pueri debeant esse vitales vel nō: sed soluꝫ cōmunes moras infantium in vtero: ⁊ fuerunt similiter locuti de illis q transeunt septimū mēsem in mora: nec etiam eorū regula fuit ita generalis quin possit ei derogari per specialē. Ipsi eniꝫ nō potuerant transire sicco pede callē illum nec est de mea interpretatione disputare super his qꝛ satis videtur ꝙ possit saluari ⁊ planificari vtrūqꝫ. Sꝫ hic hactenꝰ redeundum est ad propositum iuxta huius operis intentionem.

¶ Capitulum decimū qualr disponat vita nati sm annos nutritionis cuiuslibet planetarum.

Est aliquid dicendum de dispositione naturalis vite nati qualr quilibet ex planetis disponat a principio sui vsqꝫ in finem ei⁹. Cuius ordo talis est: luna enim que est propinquior terre ꝛ omnibus planetis velocior dicitur: ꝛ incipiendo ab inferioribus est primus planetarum in ordine disponit vitam nati ab eius principio quatuor annis qui sunt eius anni nutritionis. Et dicitur illa dispositio ꝛ reputatur quasi nutritio. Deinde disponit mercurius. 10. annis qui sunt sui anni nutritionis. Deinde disponit venus septem annis qui sunt anni nutritiōis. Deinde disponit sol. 19. annis qui sunt sui anni nutritionis. Deinde disponit Mars. 15. annis qui sunt sui anni nutritionis. Deinde disponit iupiter. 12. annis qui sunt sui anni nutritionis. Deinde disponit Saturnus. 30. annis qui sunt sui anni nutritionis. Si quidem hos transierit natus reuertitur dispositio ad lunam postmodū ad mercuriuꝫ: ꝛ sic ad ceteros planetas vt dictum est. Unde in quacūqꝫ dispositione aliquis predictorum dispositoruꝫ bene dispositus fuerit in illo tempore bene disponet vita nati ꝛ econtra. Et addet vel diminuet in annis illis significatori nati in tempore illo iuxta suam dispositionem atqꝫ suum esse.

¶ Capitulum vndecimum quem ex diebus ꝛ quaꝫ ex noctibus habeat quisqꝫ planeta ꝛ quare denominetur ab eo ꝛ de horis inequalib⁹ ꝛ de horis masculinis ꝛ femininis.

Quilibet planetarum habet proprium diem ꝛ propriam noctem sibi deputatas vnde cuꝫ fuerit aliquis dies deputatus vel aliqua nox alicui planete erit prima hora illius diei vel illius noctis illius planete a quo denominat ꝛ secunda erit planete qui succedit illum in ordine planetarum. Verbigratia dies dominica est tota solis: quoniam prima hora diei dominice est solis. ¶ Dies lune est tota lune: quoniaꝫ prima hora illius est lune. ¶ Dies martis est tota martis: quoniam prima hora illius diei est martis. ¶ Dies mercurij est tota mercurij: quoniam prima hora ipsius est mercurij. ¶ Dies iouis est tota iouis: quoniam prima hora ipsius est iouis. ¶ Dies veneris est tota veneris: quoniam pͥma hora ipsi⁹ ē veneris. ¶ Dies sabbati est tota saturni qm̄ pͥma hora illi⁹ ē saturni. ¶ Itē dico ꝙ prima hora diei dominice est solis: ꝛ scđa est veneris que eum succedit in ordine planetarum. Tertia mercurij qui succedit veneri. Quarta lune que succedit mercurio. Deinde incipit a superiori: ꝛ est eius qnta hora saturni a quo incipit post lunam. Sexta est iouis qui succedit saturno in ordine. Septima martis qui succedit ioui in ordine. Iterum octaua solis qui succedit marti. Nona veneris que succedit soli. Decima mercurij qui succedit veneri. Undecima lune que succedit mercurio. Duodecima saturni qui succedit vt dictum est lune: ꝛ sic habes. 12. horas diei tam equales q̄ꝫ inequales.

¶ De horis noctis equalibus ꝛ inequalibus.

Sicut quilibet planeta habet proprium diem sibi deputatum sic ꝛ quilibet eorum habet propriam noctem sibi deputatam ꝛ ab eo denominatam. Nam tota nox que succedit ad diem dominicam dicitur esse iouis: quoniaꝫ prima hora illius est iouis: secunda martis: tertia solis: quarta veneris: quinta mercurij: sexta lune: septima saturni: octaua iouis: nona martis: decima solis: vndecima veneris: duodecima mercurij. Et sic habes duodecim horas noctis tam equales q̄ꝫ inequales.

¶ De horis masculinis ꝛ femininis.

Sunt etiam ex horis tam noctis q̄ꝫ diei quedam masculine quedam feminine. Nam prima hora cuiusqꝫ diei atqꝫ prima hora cuiuslibet noctis dr̄ esse masculina: scđa feminina: tertia masculina: q̄rta feminina: qnta masculina: sexta feminina: septima masculina: octaua feminina: nona masculina: decima feminina: vndecima masculina: duodecima feminina. ¶ Unde debes considerare horam natiuitatis alicuius masculi vtrum sit masculina: quoniaꝫ si sic fuerit facit ad bene esse masculinitatis ꝛ si fuerit feminina facit ad nō bene esse masculinitatis effeminat enim natum aliquantulum. ¶ Et si fuerit hora feminina in natiuitate femine facit ad bene esse femineitatis: ꝛ facit eam esse in natura femineitatis. ¶ Et si fuerit hora masculina facit eam declinare aliquantulū ad masculinitatē ꝛ facit quodāmodo naturam viraginis licet non ex toto.

¶ Capitulū duodecimū de formis seu figuris quas signa dant natis.

Dictum est de formis seu figuris quas planete dant illis quorum sunt significatores. Restat autem vt etiam aliud dicatur de ipsorum figurarum seu formarum adiutorijs quod videtur quodāmodo ptinere ad ylem que dicitur radix vite. Sicuti enim planete suas figuras tribuunt natis sic ꝛ signa faciunt. Non enim quodlibet per se dat formam completam nato sed ambo simul alterum scꝫ cum altero: quia planeta non posset dare nato effigiem per se sine signo neqꝫ signum per se sine planeta sicut nec mater posset gignere filiuꝫ sine patre nec pater sine matre. Aliquis enim non potest nasci qn aliquod signū ascendat: nec potest aliquid nasci qn aliquis planeta sit dominus signi tunc ascendentis: ꝛ sic oportet ꝙ vtrumqꝫ participet cum altero in natiuitate cuiuslibet nati. Unde signa derogant planetis vt nō sit figura nati ex toto talis qualem planeta dat. Sic ꝛ planeta derogat signo vt non sit figura nati ex toto qualem signum dat ꝛ quandoqꝫ vnum adiuuat alterum. ¶ He sunt figure quas signa dant hominibus. ¶ Nam aries facit hominem habētem collum longum ꝛ faciem longam: multos capillos: oculos iterdum graues: aures paruas: ꝛ corpus vt multum curuum ¶ Taurus facit hominem habentem faciem amplam quādoqꝫ curuam: ꝛ si non habuerit faciem amplam habebit nasum grādem: ꝛ si nō habebit naturaliter grādem: tractu tamē temporis habebit per accidens nares longas: oculos nigros ꝛ graues: capillos hirsutos seu eleuatos: collū grossum ꝛ pinguem quasi plus q̄ꝫ deceat: verecūdū qui terram prospicit in eundo: honeste incedentem nō stabilem quasi vagum sed non credas ei vxorem tuam in secreto. ¶ Gemini facit hominem habēteꝫ mediocrem staturam pectus amplū personam ꝯuenientem. ¶ Cancer facit hominem habētem corpus incompositum ꝛ cutim totius corporis grossam: ꝛ reddit⁹ hominem superius subtilem: iferius grossuꝫ habentem dentes tortos: oculos paruos. ¶ Leo facit hominem idustrem ꝛ notuꝫ valde atqꝫ itelligentem superius grossum inferius subtilem: nec efficit inde indecens magnanimū crura subtilia. ¶ Virgo facit hominem habētem pulchram personam ꝛ bonam voluntatem: pulchros oculos ꝛ faciem decen-

Formas quas Signa dant nati
♈
♉
♊
♋
♌
♍

tem. ¶ Libra facit hominem habētem faciem cue-
nientem mediocriter carnosum qui etiam mulieres
amabit. ¶ Scorpio facit hominem habētem faciez
rubicundam ⁊ paruā: multos capillos: oculos par-
uos: longa crura: pedes magnos cito mutabilez: in
cuius ore vix aut nunq̄z inuenieť veritas irascentez
litigatorem: ⁊ cum omnibꝰ litem ⁊ rixaz ⁊ quasi pro
nihilo facientem. ¶ Sagittarius facit hominez ha-
bentem longas coxas ⁊ longam faciem ⁊ milam fa
ciei amplam: mentum subtile ⁊ vt multuz pulchrio
rem a tergo q̄z anterius: capillos subtiles: ⁊ aliquā-
do ventrem maiorez debito: ⁊ delectať inequitādo
¶ Capricornus facit hominem habentē crura subti
lia: corpus siccum faciem hircinaz: multos capillos.
¶ Aquarius facit hominem altū ⁊ vanagloriosuz
⁊ arrogantem qui etiā erit magnus expositor ⁊ mul
tum fit prodigus ⁊ deuastator bonoruz: pulchram
habentem faciem ⁊ coloratam: ⁊ aliquando vnum
crus longiꝰ altero. ¶ Piscis facit hominē habētem
pectus amplū caput paruū: pulchram barbaz atq̄z
florentem: ⁊ milaz faciei respectu sui capitis amplā:
colorē albū: rotūdos habentē oculos magnaminē.
¶ Accidit tamen sepissime vt non inueniant homi-
nes sic facti ⁊ illud est per accidens ⁊ non per natu-
ram: quoniā aliquādo inueniť significator natiuita
tis ita dispositus ꝙ ɔtradicit signo: ⁊ non permittit
eius significata perfici vt ſm naturaz signi pficerenť.
Et aliquando inuenitur ita dispositus ⁊ ita debilis
⁊ ita remotus a potentia complendi sua significata
ꝙ signum contradicit ei taliter ꝙ eius significata nō
perficiunť vt de natura planete perfici deberent. Tu
tamen ex industria tua potes ista considerare quare
eueniant ⁊ quomodo. Non enim possum tibi scri-
bere cuncta pticularia que possunt in futuris tem-
poribus euenire.

¶ Capitulum. 13. de diuersis accidentibus que acci
dunt hominibus.

SUnt quedam accidentia que accidunt homi
nibus de quibus non inueni aliquid dictuz
per aliquem philosophorum vnde animus meus
quiescat nec tñ credo nec videť verisile ꝙ fuerit hoc
propterea ꝙ ignorarent illud sed potius ꝙ videba-
tur eis opus diffusum atq̄z prolixum: vnde timue-
runt ne tedium audientibus generareť: ⁊ etiam reli-
querunt illud industrie sapientum sicuti sunt ista.
Uidemus enim ex magno patre atq̄z magna matre
nasci paruum filium: ⁊ ex paruo patre ⁊ parua ma-
tre nasci magnum filium: ⁊ ex albo nigrum ⁊ ex ni-
gro album ex pingui macilentū: ⁊ ex macilento pin
guem. Quosdam videmus pingues: quosdam car-
nosos: quosdam macilentos: quosdaz inter vtrūq̄z.
Quosdam pingues videmus fortes ⁊ probos ⁊ au
daces ⁊ leues ⁊ leuiter incedentes. Quosdam ex eis-
dem debiles ⁊ graues ⁊ grauiter incedentes viles ⁊
timidos. Quosdam sapientes quosdam fatuos etiā
ex eisdez parentibꝰ natos tam sapientes q̄z fatuos.
Quosdam ex vilibus ⁊ pauperibus peruenire ad
magnas diuitias ⁊ dignitates ⁊ famam. Quosdaz
vero ex magnatibus ⁊ nobilibus peruenire ad ma-
ximam depressionem ⁊ pauptatem ita ꝙ reputanť
quasi pro nihilo. Quosdaz videmus qui nullo mo
do assimilantur patribus vnde aliquando accusan
tur matres de hoc quod nō sunt culpabiles. Quos-
dam qui assimilanť patribus: quosdam qui assimi
lantur auis vel proauis tam maternis q̄z paternis.
¶ Et quosdam diuersos videmus exercere simul ⁊
semel ⁊ eodem tempore vnam ⁊ eandē artem: ⁊ qui
dam ex his ditanť ex ea: ⁊ quidam depauperantur
ex eadem: ⁊ aliquando melius scientes eam ⁊ mino
res expensas facientes ⁊ miserijs viuentes nec tñ di
tanť quosdam econtrario. Quosdā videmus cū nō
sint multum sapientes verba quoruz audiunť ⁊ cre
dunť ⁊ sapientiora reputanť q̄z illorum qui sunt ali
quando sapientes: ⁊ econtrario. Quosdam videmꝰ
qui manent semper sani: quosdam semper infirmi:
quosdam semisani: quosdam quibus in suis īfirmi-
tatibus suis medicine prosunt atq̄z medicoꝝ cure:
quosdā quibus nocent. Uidemus quosdā qui ha-
bundant diuitijs ⁊ carent filijs: quosdā qui habun
dant filijs ⁊ carent diuitijs: quosdaz qui habūdant
vtroq̄z: quosdam qui carent vtroq̄z: quosdam qui
ad tempus habundant predictis: quosdam qui ad
tempus carent predictis. Quosdam qui aliquando
habundant filijs ⁊ vident mortem eorum ⁊ tristanť
ex eis. Quosdam qui dimittunt eos post mortem ⁊
hereditant filij bona ipsorum. ¶ Sunt similiter qui
dam qui gerunt officia muliebria: ⁊ quedam mulie
res que gerūt officia virilia ⁊ bellant ⁊ faciunt mul-
ta que ad viros spectāt: sicut fuit q̄dā maria cremēsis
que gerebat virilia arma sicut vir vt venabula ⁊ ve
nabať apros ⁊ filia girçauensis q̄ vocabať fredona
⁊ plures alias. Et quidam que sunt optimi cātores
⁊ hñt voces bñ sonoras. Et quidam qui nihil noue
runt canere. Et quidam qui nouerūt optime sona-
re musica instrumenta ⁊ vti eis. Et quidam qui nec
sciūt nec scire potuerunt nouerunt tamē in quibus
alijs melius alijs hoibꝰ. Et quosdā videmꝰ gaude-
re in vno die ⁊ in alio tristari etiā sine manifesta cā.
Et quosdaz gaudere in die in quo tristantur alij. ⁊
quosdam tristari in die in quo gaudent alij. ⁊ quos
dam gaudere in die bono ⁊ tristari in malo: ⁊ quos-
dā tristari in die bono ⁊ gaudere in die malo. quos
dam videmꝰ balbucientes: quosdā loquaces: quos
dam sapientes hñtes pauca verba ⁊ non bene ordi-
nata: quosdam habentes multa verba ⁊ bene ordi-
nata: quosdam multa ⁊ non bene ordinata tam sa-
pientes q̄z non sapientes. Et multa alia accidentia
videmus hominibus eueniri de q̄bus esset graue
facere singularem mentionez: tamen vnde ipsa eue-
niant ⁊ quare ego annuente deo faciaz tibi mentio-
nem ⁊ exponam ea in tractatu natiutatum. Et licet
opus videatur diffusum erit tamen tante vtilitatis
ꝙ non generabit tibi tedium in legēdo vel ipso stu-
dendo: ⁊ dicentur ibi quedaz inusitata ⁊ quasi inau-
dita sicut sunt ista: quia videmus ꝙ nulla facies ho
bus seu questionibus in qua illarũ fuerit cau
da draconis in quarta quoniam significat ꝙ qcquid
natus seu querens acquisierit seu lucrabitur destrue
tur ⁊ in nihilum deueniet. Et in quacunq; alia do-
mo ipsa fuerit significat ꝙ damnum ac detrimentũ
nati seu querentis in his ⁊ ex his que significãtur ꝑ
illam domum deuenient.

CONsideratio.118.est vt aspicias in natiuitati-
bus seu questionibus in qua domo fuerit for
tuna fortunata ⁊ fortis ac bene disposita nõ impedi
ta:quoniã significat ꝙ ab illis ⁊ ex illis rebus que si
gnificantur per illam domum lucrabitur natus seu
querens ⁊ habebit fortunam in eis. Et in quacũq;
fuerit infortuna perdet eritq; suum infortuniũ tunc
ex rebus significatis per eam.

CONsideratio.119. est vt aspicias in natiuitati
bus seu questionibus si dñs secunde domus
fuerit in septima ⁊ septiã fuerit aries vel scorpio vel
capricornus vel aquarius:q̃m habet significare ꝙ ini
mici nati seu querẽtis auferẽt ei libenter eius bona.
Et si habuerit societatem cũ aliquo furabit ei quan-
tum fuerit natus seu q̃rens iũctus cum eo: silr vxor
eius vel amasia furabitur ei qcquid cõmode sibi fu-
rari poterit:nisi dñs ascendentis sit in tertio vel sexti
li aspectu cũ domino septimi vel in aliis aspectibus
cum receptione.

CONsideratio.120.est vt aspicias in natiuitati
bus seu questionibus vtrũ aliquis dñs alicu
ius istaꝝ octo domoꝝ.s.tertia quarta q̃nta sexta no-
na decima vndecima duodecima sit in septima: q̃m
qcunq; ex ipsis fuerit in eo inimicabit nato seu q̃ren
ti nisi receptio ꝑfecta interueniat ⁊ ex bono aspectu tri
no.s.aut sextili. Si aũt quartus vel oppositus cũ re-
ceptione minuet de malicia nõ tñ ex toto tollet eã: vt
si fuerit dñs tertie inimicabũtur ei fratres. Si fuerit
dñs quarte inimicabit ei pr̃. Si fuerit dñs q̃nte ini-
micabunt ei filii. Si fuerit dñs sexte inimicabunt ei
serui. Si fuerit dñs none inimicabunt ei religiosi ⁊
aduersabunt ⁊ dicent malũ de ipso nec ipse tñ man
dabit eis persica. Si fuerit dñs decime inimicabunt
ei reges nobiles diuites ac potẽtes nec lucrabit cum
eis vel occasione ipsoꝝ tñ quin ex altera parte ꝑdet
tantũdem vel plus tñ dererius erit ei cũ potentibus
Et licet tñ aliq̃n vnus vel plures videant ei fauora-
bites:tñ oñdetur ei malum velle ab aliquo alioꝝ vel
forte a pluribus:ita ꝙ si alii relinquũt aliqd in sylla
bis illi recuperabunt in tp̃ibus. Et forte ꝙ expellet
eũ de ciuitate aliqs ex potẽtibus propter maleficia q̃
ipse cõmittet confidendo de domesticitate quam vi
debitur ei oñdere potestas seu cõuiue ⁊ seruicia que
ipse faciet potestatibus vel cõitatibus ciuitatum vel
magnatibus ꝑdet atq; pro nihilo reputabuntur vt
plurimũ. Si fuerit dñs vndecime nõ habebit ami-
cos q eum diligant nisi propter eoꝝ vtilitatem etiã
si fingãt se amicos esse ꝓmittent nãq; sibi multa pau
ca vel nulla seruabũt. Si aũt fuerit dñs duodecime
nõ poterit quasi confidere de aliqbus: ⁊ si dederit eis
aliqd in deposito negabũt: ⁊ auferent illud sibi nec
restituent etiam si fuerint religiosi nisi forte coacti.

CONsideratio. 121.est vt aspicias in natiuitati
bus seu questionibus vtrũ luna sit in octaua
⁊ dñs ascendentis in ascendẽte vel in scd̃a vel in duo
decima retrogradus q̃m significat hoc ꝙ non habe-
bit natus seu querẽs fortunam in ludis taxillorum
nec taxilli dicent ei bonum.

CONsideratio.122.est vt aspicias in natiuitati-
bus seu questionibus vtrum pars fortune sit
in primis decẽ gradibus quarte domus cum capite
draconis luna venere atq; ioue ipsisq; directi:q̃m ha
bet significare ꝙ acq̃ret natus siue interrogans pecu
niam imensam subterratã. Si vero fuerit in secũdis
decem gradibus cum duobus illoꝝ acquiret eã:sed
non in tanta quantitate acquiret forte pro dimidia
parte vel circa dimidiã. At si fuerit in vltimis decem
gradibus dicte domus fueritq; cum vno illorũ tan
tum acquiret iterũ minus:tñ acquiret in bona quã-
titate forte pro quarta parte vel forte prope quartã
partẽ. Qd̃ si fuerit ibi ps fortune sola fueritq; libera
ab aspectib⁹ maloꝝ iteꝝ acq̃ret minus:acq̃ret.n.forte
pro sedecima p̃te vel minus. Siq̃dem non fuerit ali
quod istoꝝ non acquiret eã nec ex ea quicq̃. Quod
si aspexerit tunc sol locũ illum a trino vel sextili aspe
ctu fueritq; aspectus ille magis ꝓpe primos.10.gra-
dus q̃ aliqs predictoꝝ significatorum erit ille thesau

rus aurum cude. Si autem luna fuerit magis prope erit argentum. Quod si fuerit magis prope iupiter erũt thesauri diuersi auri. s. ⁊ argentũ ⁊ similia. Si quidem fuerit magis prope venus erũt margarite ornamenta muliebria pro maiori parte. Si fuerit Mercurius magis prope erunt sculpture imagines monete. At si fuerint retrogradi significat quod ondetur ei pecunia illa sed nõ acquiret eam sibi. At si alter fuerit retrogradus: alter vero directus acqret ex eo partem secundum quãtitatem numeri directorum. Quod si tũc asperxerit dominus octaue domus dñm ascẽdẽtis a quarto aspectu vel ab oppositione morietur inuentor illa de causa Si quidem aspexerit a trino vel sextili significat quod infirmabitur grauiter: sed nõ morietur inde. Quod si fuerit cauda in loco capitis inueniet eã sed auferetur sibi: aut ignauia ductus nesciens quid sit dabit eam quasi pro nihilo. Si vero luna fuerit tunc separata a dño ascendẽtis ⁊ iungatur malo qui impediet eam ille cui primo dabitur illa pecunia ab illo qui eam inueniet non sequitur inde vtitilitatem quasi sensibilem vel quod multum sibi proficiat. Et si cũ hoc aspexerit tunc mars vel dñs octaue domus dñm ascendentis interficietur inuẽtor ab illis qui auferunt eã sibi. Quod si fuerint mars ⁊ saturnus in loco Iouis ⁊ veneris erit ille thesaurus es vel cuprum aut plumbum aut alia res parui valoris. Si quidem fuerit dominus ascendẽtis tunc cum eis vel aspexerit eos a quocũque aspectu fatuescet inde ille qui thesaurum inueniet qualiscunque fuerit thesaurus siue carus siue preciosus siue vilis.

CONsideratio. 123. est vt aspicias in natiuitatibus siue questionibus vtrũ sol ⁊ luna sint iuncti in vno eodemque minuto secundum longitudinẽ ⁊ secundum latitudinem ⁊ aliqua ex fortunis sit in ascendente scilicet. 15. minutis vel infra supra lineam cuspidis vel 44. minutis aut minus infra lineam cuspidis: quoniam significat quod natus seu querens erit fortunatus in acquirendo substantiã multam ac in ipsius accumulatione quoniã fortuna erit tunc in ascendente. Si vero fuerint iuncti simul in eodẽ minuto secundum longitudinem sed nõ secundum latitudinem fuerit que distãtia eorum vnius scilicet ab altero. 15. minutis vel infra erit fortuna ipsius in acqrendo substantiam: sed erit infra hoc secundum quod distantia eorum fuerit maior vno minuto ⁊ minus. 15. At si fortuna que fuerit in ascendente fuerit infra lineã cuspidis plus. 15. minutis vsque. 45. minuta erit fortuna ipsius nati seu querentis infra hoc secundum quod dictum est cum fuerit infra. 15. minuta vsque in vnum minutum proportionando a. 15. vsque ad 45. sicut proportionantur ab vno vsque ad. 15. Idem dicas si luna fuerit in minuto oppositionis solis ⁊ fortuna fuerit in septima sicut dictũ est de ascendente: quoniã fortuna erit tunc in septima. s. in linea cuspidis septime domus quod habet significare fortunam nati seu querentis causa vxorum seu aliarum mulierum: ⁊ causa sociorum atque inimicorum. At si fuerit hora natiuitatis luna in tauro in miuto ascẽdentis quod taurus sit ascẽdens: vel fuerit ascendẽs leo ⁊ sol in minuto ascendentis nec impedierit eum vel eam aliquis malorum significat quod natus acquiret pecuniam multam peruenietque ad magnam dignitatem atque ad magnam exaltationem. At si aliqua ex infortunis fuerit in loco fortune scilicet in ascendente vel in septima significat perditionem atque destructionem substantie nati seu querentis occasionibus supradictis.

CONsideratio. 124. est vt aspicias in natiuitatibus seu questionibus significatorem substãtie nati seu querentis ac significatorem dignitatis siue magisterij ipsius quem percipe potes a domino decime domus figure natiuitatis seu questionis ipsius vel etiam a dño ascendentis si dominus decime non fuerit aptus significare dignitatem siue magisterium nati seu querentis prout qualitas sui esse sueque progeniei fuerit apta suscipere dignitatem vel magisterium. Quod si dominus decime domus siue ipsius almutez fuerit orientalis a luminari cuius est auctoritas fueritque lõge ab ipso per. 60. gradus vel plus vsque ad. 90. si fuerit de superioribus vel fuerit longe ab ipso per. 30. si fuerit de iferioribus fueritque in angulo decime domus aut ascendentis ita quod non sit remotus a linea anguli si fuerit vltra eam plus. 30. minutis si vero fuerit infra eam plus vno gradu ⁊ dimidio vel fuerit cum luminari cuius est auctoritas scilicet cum luna vt cum alijs. Cum sole vero in corde ipsius ⁊ cum parte fortune nec ipsa impedita significabit quod natus accedet ad dignitatem seu magisteriũ suorum precessorum ⁊ non excedet illud: erit tamen maior ⁊ excellentior atque perfectior in illa dignitate seu in illo magisterio quam fuerit aliquis suorum antecessorum. Si autem fuerit in aliquo predictorum angulorum aliqua de predictis stellis fixis iuuantibus ⁊ fortunatis cum parte fortune siue aliquo ex planetis accedet ad valde maiorem dignitatem quam accessisset aliquis vnquam de sua parentela. Quod si fuerit de illis que sunt in magnitudine prima fuerintque ipse sole significatrices accedet natus seu querens ad dignitatem imensam atque honorem imensum ⁊ ad diuitias quasi inestimabiles. Quam si aspexerit dñs ascendẽtis existet eius fama ⁊ honor in persona sua. si autem dominus secũde domus existet in diuitijs: si vero dominus decime existet in celsitudine atque regno tali quale congruet magnis regibus: ẽt si fuerit de vilibus personis atque infimis natione: ⁊ quantumcunque fuerit vilioris progeniei tanto magis accedet ad maiorem sublimitatem. Uerũtamen non durabunt hec multum nec transcendent de leui spacium vigintiseptem annorum ⁊ pauci deuenient ad illud vel plus triginta annorum. Et quanto gradus eius erit altior tanto magis casus eius erit grauior eiusque dignitas seu celsitudo finietur in malum deueniet. s. ad miseriam vltimatã: morietur namque morte vituperabili seu turpissima: quod si non acciderit ei hoc accidet proximiori suo successori in illa dignitate.

CONsideratio. 125. est vt aspicias in natiuitatibus seu questionibus quod signum sit ascendens: si fuerit signũ alicuius planete habentis duas domos erit exercitium nati seu querẽtis in his que significantur per aliam domum ipsius planete ⁊ leuiter euenient ei accidentia illa: ⁊ ipse idem erit causa quare sibi deuenient. ¶ Nam si fuerit ascendens aries exercitabitur in talibus quod ipse idem erit causa sue necis siue occasio: quoniam scorpio qui est altera domus martis erit tũc octaua domus. Quod si fuerit tunc mars bene dispositus fueritque pars fortune in octaua erit fortunatus in his que significãtur per octauam domum. ¶ Si fuerit ascendens taurus exercitabitur in talibus quod ipse idem erit causa sue infirmitatis: quoniã libra que est altera domus veneris erit tunc sexta domus vnde infirmabitur sua culpa. Quod si fuerit tunc venus bene disposita fueritque pars fortune in sexta erit fortunatus in his que significan-

tur per sextã domum. ¶Si fuerit ascendẽs gemini exercitabitur in talibus ꝙ ipse idẽ erit causa sue captionis: quoniam virgo est altera domus Mercurij erit tunc quarta domus. Qđ si fuerit tũc mercurius bñ dispositus fueritqꝫ ps fortune in quarta erit fortunatus in his q̃ significant per quartam domum. ¶Si fuerit ascendens virgo exercitabit in his q̃ spectant ad dignitatem ⁊ exaltationẽ: acquiret enim regnum ex persona ⁊ industria sua ⁊ leuiter sine magno labore seu fatigatione: quoniaꝫ gemini qui est altera domus Mercurij erit tunc decima domus. Si autem fuerit Mercurius tunc iunctus cũ parte fortune fueritqꝫ in ascendente acquiret diuitias ⁊ dignitates similes. Qđ si fuerit Mercurius in decima cũ parte regni ⁊ alias bene dispositus fortunatus. s. atqꝫ fortis acquiret regnuꝫ absqꝫ dubio vel dignitatem que erit equiualens magno regi. Si quideꝫ fuerit cum hoc pars fortune in decima ⁊ luna similiter fiet rex magnus infallibiliter. ¶Si fuerit ascendens libra exercitabitur in his que spectãt ad suum interitum ⁊ ipse idem erit causa siue occasio sui interitus: quoniam taurus qui est altera domus veneris erit tunc octaua domus. Quod si fuerit tunc venus bene disposita vel fuerit pars fortune in octaua significat ꝙ erit fortunatus in his que significantur p octauam domum. ¶ Si fuerit ascendens scorpio exercitabitur in talibus ꝙ ipse idem erit causa sue infirmitatis: quoniã aries qui est altera domus martis erit tunc domus sexta. ¶ Si quidem fuerit tũc mars bene dispositus vel fuerit pars fortune in sexta significat ꝙ erit fortunatus in his que significãtur per sextam domum. ¶Si fuerit ascendens sagittarius exercitabitur in talibus ꝙ ipse idem erit causa sue captionis: quoniam pisces que est altera domus Iouis erit tunc quarta domus. Siquidem fuerit tunc iupiter bñ dispositus vel fuerit pars fortune in quarta erit fortunatus in his que significantur per quartam domum. ¶Si fuerit ascendens capricornus significat ꝙ exercitabitur in his que spectabũt ad suũ questum: quoniam aquarius que est altera domus saturni erit tunc secunda domus. Quod si fuerit tũc saturnus bene dispositus vel fuerit pars fortune in secunda erit fortunatus in his que significantur per secundam domuꝫ. Si autem fuerit male dispositus ipse idẽ erit causa destructionis substantie sue. ¶Si fuerit ascendens aquarius significat ꝙ exercitabitur ex quibus ipse idem erit causa quare acquiret sibi multos inimicos occultos: quoniam capricornus q est altera domus Saturni erit tunc duodecima domus. Quod si fuerit tunc saturuus bene dispositus vel fuerit ps fortune in duodecima significat ꝙ erit fortunatus in his que significantur per duodecimã domum. ¶Si quidem fuerit ascendẽs pisces significat ꝙ ipse idem erit causa sui regni sueqꝫ celsitudinis ⁊c̃ vt dictum est supra cũ fuerit ascendens virgo.

Consideratio. 126. est vt aspicias in natiuitatibus seu questionibus vtrum mercurius sit significator natiuitatis vel eius pticeps ⁊ ipse bene dispositus fortunatus. s. atqꝫ fortis: sitqꝫ in capricorno aut in aquario: quoniã significat ꝙ natus erit pfundi atqꝫ subtilis ingenij altiqꝫ intellectus ⁊ magni intelliget enim res radicales qualescunqꝫ fuerint medullitus: videbitqꝫ ab ipso principio ad quem fineꝫ possint deuenire: ⁊ eo fortius si tunc Saturnus asperit mercurium ꝓm qualitatẽ aspectus nec ipse impeditus: magis tñ si fuerit Mercurius in aquario in quo est gaudium saturni: ⁊ iteruꝫ magis si fortuna fuerit tunc complexa cum mercurio: vel fuerit ipse cum aliqua de stellis fixis fortunatis. Quod si fuerit in ariete vel scorpione significat ꝙ erit fortis per stulticiam ⁊ perfidiam atqꝫ sui motus agilitatem ⁊ magnanimitatẽ circa multosqꝫ arrogans erit ex suis actibus armorum: eritqꝫ prudens ⁊ velox ad intelligendum ea que sibi dicta fuerint: vel que scripta reperiet magis q̃ꝫ ad excogitandum a se vel per se.

Consideratio. 127. est vt aspicias in natiuitatibus si dñs ascendentis natiuitatis fuerit malus naturaliter sicut sunt saturnus ⁊ mars ⁊ prefuerit solus natiuitati sine participatiõe alicuius fortune: quoniã hꝫ significare ꝙ gustus nati vel eius odoratus: aut eius cõplexio non erit filis gustui vel odoratui neqꝫ cõplexionibus alioꝝ. Nam si fuerit saturnus solus significator delectabitur gustus eius in rebus insipidis ponticis atqꝫ acetosis vt testatur haly in expositione. 40. verbi Ptholomei in centilogo. Si auteꝫ fuerit mars solus significator delectabitur in acutis atqꝫ amaris: nõ abhorrebit vinum turbulentum neqꝫ circũnatum nec pendulum: nec delectabitur in dulci neqꝫ subtili vel claro: non abhorrebit carnes viles nec etiam semiputridas nec pisces etiã putridos seu fetentes: affectabit magis odores horribiles q̃ꝫ suaues vt aloes galbani serapini opoponaci candelarum extinctarum cor eorum combustorum: fimi tam stabulorum q̃ꝫ aliorum locorum ⁊ similia: delectabitur etiã natura illius in mulieribus turpibus ⁊ deformibꝰ magis q̃ꝫ in formosis ⁊ magis cõfortabitur cum illis q̃ꝫ cum alijs. Idem dicas de mulieribus ꝙ magis delectabuntur in deformibus viris q̃ꝫ formosis.

Consideratio. 128. vt aspicias in natiuitatibꝰ vtrum ascendens signum sit formatũ ad imaginem signi hoĩs vel eius dñs sit in signo humano: naꝫ si sic fuerit significat ꝙ natus erit domesticus hominibus ⁊ libenter associabitur eis. Qđ si fuerit ascẽdens signum humanum ⁊ dñs ascendentis in signo humano erit iterum magis domesticus ⁊ associans se hoĩbus ⁊ libentius cum eis conuersans. At si fuerit ascendens signum formatũ ad similitudinem alicuius animalium que homines exercẽt in suis operibus siue in suis actibus: vt sunt aries taurus ⁊ vltima pars sagittarij capricornus significat ꝙ natus erit humilis hominibus: sed non erit multum associabilis eis. At si fuerit in signis semiferalibꝰ: vt sunt cancer ⁊ pisces erit iterũ minus associabilis illis. Si quidem fuerit in signis feralibus ⁊ furibundis atqꝫ siluestribus: vt sunt leo ⁊ scorpio erit ipse furibũdus ⁊ feralis atqꝫ siluestris hominibꝰ nec volet in aliquo eis associari: amabitqꝫ magis morari solitariꝰ q̃ꝫ associatus: non enim cum parẽtibus vel alijs suis cõsanguineis esse volet.

Consideratio. 129. est vt aspicias in natiuitatibus vtrum luna sit recte in oppositione solis cum aliqua de stellis que dicuntur nebulose q̃ sunt athoçaie ⁊ caput geminoꝝ ⁊ locꝰ de quo cadit aqua quam fundit aquarius ⁊ gutte leonis que dicuntur parum distare a corde ipsius ⁊ alie que propter suã ad inuicem mixtionẽ non lucent cum fuerit non distans ab eis plus. 10. minutis ꝓm longitudinẽ ⁊ ꝓm latitudinem ineuitabiliter videtur ꝙ natus sit habiturus morbos in oculis qui non poterũt humano medicamine curari. Qđ si luna tunc fuerit occñtalis in angulo fuerintqꝫ mars ⁊ Saturnus occidẽtales

ab ea non multū remoti ⁊ orientales a sole vel fuerint sibiipsi oppositi ⁊ sol in aliquo angulorum significat ꝙ natus priuabit luce vtriusqꝫ oculi ante diē sue mortis naturalis: nec hoc videt posse frustrari quin sic eueniat. Quod si nō fuerit vtriusqꝫ luminaris qd dictū est sed fuerit vniꝰ tantū priuabit luce vniꝰ oculi tantum. Si fuerit sol ⁊ fuerit vir priuabit luce dextri. Si fuerit mulier priuabit luce sinistri. At si fuerit luna ⁊ fuerit vir priuabit luce sinistri. Si fuerit mulier priuabit luce dextri.

Consideratio. 130. vt aspicias in natiuitatibꝰ vtrum luna sit iuncta cum mercurio per coniunctionē vel per aspectū aut aliqs planetarum trāsferat lumen inter eos ꝙ si nō sic fuerit nec fuerit ascendēs signū ꝙ si de natura mercurij vel lune: fueritqꝫ cum hoc Saturnꝰ in natiuitatibꝰ diurnis ⁊ Mars in nocturnis in angulo erit natus amens vel furiosus aut epilenticꝰ aut demens aut fatuus vel ad minus obliuiosus valde nisi fortuna fortis aspexerit tūc ascēdens aut mercurium siue lunam: ⁊ eo fortius si angulus in quo fuerit aliquis predictorum malorū fuerit cancer qui est exaltatio iouis: aut virgo qui est exaltatio mercurij: aut piscis qui est exaltatio veneris. Et hoc ideo quia luna in natiuitatibꝰ habet significare corpus nati ⁊ planeta cui ipsa iungit habet significare virtutes apparentes in eo ſm virtutem suam. Si aūt fuerit ei iuncta vel iuerit ad eum erit sapiens ⁊ ꝯseruans suum sensum nec amittet illum. Quod si fuerit mercurius in Capricorno vel Aquario non impeditus ⁊ ipse boni esse fuerit natus magui intellectus longeqꝫ cogitationis sapiens atqꝫ philosophus erit. Quod si fuerint iupiter ⁊ venus in camini solis erit heremita ⁊ quasi vir ꝓpheta: audienturqꝫ verba ipsiꝰ ⁊ recipient pre alijs verbis hominum.

Consideratio. 131. est vt aspicias in natiuitatibus si fuerit natiuitas viri vtrum sol ⁊ luna sint ambo in signis masculinis: vel sint ambo in vna quarta masculina vel in vno signo masculino: quoniam habet hoc significare si sic fuerit ꝙ actus nati ⁊ eius operationes erūt naturaliter ſm ꝙ ptinent ad viros ⁊ exercitabit naturaliter in eis. At si fuerit natiuitas mulieris fuerintqꝫ luminaria ita disposita vt dictū est erit virago ⁊ exercebit naturaliter in his que ad viros pertinent ⁊ spernet viros. Et si nupserit nolet revereri virum nec subiacere illi. Quod si venus ⁊ Mars fuerint in signis masculinis in natiuitate viri erit ordinatus coitus ſm naturam ⁊ ſm legem. Si vero fuerint orientales habūdabit in coitu ⁊ excedet modū in eo: ⁊ non erit contentꝰ in naturali coitu imo affectabit icestum ita ꝙ spernet mulierem ⁊ abutet viris. Si aūt fuerint occidētales ⁊ in signis femininis erit coitus eius inaturalis ⁊ imundus: ⁊ eo fortius si aspexerit eos Saturnus qui habet significare imūdiciam coitus. Si vero fuerit mulier fueritqꝫ Mars ⁊ venꝰ in signis masculinis ⁊ fuerint orientales abhorrebit coitum virorum nec delectabit in eo: delectabit potiꝰ in fricatione mulierum ⁊ maxime puellarū. At si mars ⁊ venus fuerint in signis femininis fuerintqꝫ occidētales diliget coitum virorum ⁊ delectabit in illo ⁊ vtet eo ſm naturam. Et si fuerit iupiter in signo feminino fueritqꝫ occidentalis in natiuitatibus tam viri ꝙ mulieris nec fuerit de marte quod dictū est de ipso erit coitus nati naturalis ⁊ ſm legem. Si quidem fuerit mars significator solus nec aspexerit eum iupiter erunt eorum coitus vt multum contra leges tam naturales ꝙ apostolicas. ¶ Et dixit Ptholomeus in centiloquio venꝰ incorporabitur saturno in natiuitate fueritqꝫ eidem in septima dignitas erit natus immundi coitus.

Consideratio. 132. vt aspicias in natiuitatibꝰ vtrum Mars sit corporaliter in natiuitatibꝰ cum quadā stella rubea de natura ipsius que est in tauro que dicit algol ita ꝙ sit iter eos distātia. 16. minutorum vel minus eunte marte ad ipsā ⁊ dn̄s domus in qua fuerit luminare cuiꝰ est auctoritas qui dicitur dominus anauba vel exaltationis vel duarum aliarum dignitatum: fueritqꝫ in oppositione martis vel in eius quarto aspectu nec aspexerit aliqua ex fortunis gradum ascendentem nec fuerit in octaua domo proculdubio significat ꝙ natus ille decapitabit. ¶ Quod si non fuerit marti latitudo ab ea plus. 16. minutis accidet hoc infallibiliter nec poterit euitari nisi deus auertat. Quod si aspexerit fortuna retrograda vel combusta gradum ascendentem vix tamen poterit prohibere quin decapitet natus sed non decapitabitur ex sua culpa. ¶ Si autem nō fuerit impedita natum a mala morte releuabit: migrabit in electo suo: moriet tamen decapitali egritudine que proueniet ex calida causa ⁊ hoc infra. 50. annum. Quod si non fuerit de marte hoc quod dictum est fueritqꝫ in. 8. infortuna moriet natus mala morte. Si autē fuerit ibi fortuna non impedita moriet in habitaculo suo morte cōmuni. Si quidem illa fortuna fuerit impedita morietur tūc ex aliqua incōmoditate sibi superueniente. ¶ Et dixit Ptholomeus in centiloquio ꝙ si fuerit luminare in medio celi cuius est auctoritas: dico cum conditionibꝰ predictis: natus ille suspendetur. Quod si fuerit aliquis malorum tunc in geminis ⁊ alter in pisce abscindent eius manus vel pedes ſm significatum dico signi in quo inuenies illum qui magis fuerit maliciosus. Si quidem fuerit mars corporaliter iunctꝰ cum dn̄o ascendentis ipsiqꝫ in leone: nec habuerit Mars in ascendente aliquā dignitatem nec aliqua ex fortunis fuerit in. 8. significat ꝙ natꝰ ille cōburet. Quod si fuerit tunc Mars retrogradus vel combustus vel cadents accidet hoc ei ex sua culpa. Si autē non fuerit impeditus accidet ei ex causa quam nō meruerit. ¶ Et dixit Ptholomeus ꝙ si fuerit Saturnus in natiuitate dico in medio celi ⁊ ille cuiꝰ fuerit anauba in opposito eius ⁊ q̄rtum signū siccū morief natus ex ruina. Si vero fuerit humidum submerget. Qd̄ si fuerit ad formam hoium strāgulabit. Iterū si aliqua ex īfortunis Mars. s. aut Saturnꝰ fuerit in ascēdente hora natiuitatis fueritqꝫ pegrina natus ille habebit in facie vel in capite notam seu signū. Qd̄ si fuerit impedita retrograda aut cōbusta erit nota illa siue signū illud turpe. Si aūt fuerit libera erit non turpe.

Consideratio. 133. est vt aspicias in natiuitatibus vtrum sit ascendens gemini aut sagittarius fueritqꝫ dominus illius ascendentis bene dispositus fortunatus scꝫ atqꝫ fortis ⁊ luna similiter quoniam habet significare ꝙ si natus vixerit acquiret multam substantiam. Quod si fuerit ascendens virgo aut piscis dominusqꝫ ascendentis ⁊ luna bene dispositi acquiret pecuniā ⁊ expendet eam in bona parte: eritqꝫ largꝰ ⁊ spledide viuens: diligeturqꝫ ab hominibus propter suam largitatem atqꝫ bonitatem sue vite. Ille aūt cuius fuerit ascēdens gemi-

ni aut sagittarius nō erit bonus expensor sed tenax. Adhuc ille cuius fuerit ascendens gemini aut virgo poterit amittere suam substantiam ꝛ depauperari ea. Ille vero cuius fuerit ascendens sagittarius aut piscis nunꝙ perdet eam nec depauperabitur ipsa. Itē aspice si fuerit ascendens Aries vel Scorpio vel Capricornus aut Aquarius ꝙ erit natus auarus atqꝫ miserrimus ꝛ abhorrendus. At si aspexerit iupiter tunc ascendens minuet de illa miseria non tamē tollet eam.

Consideratio. 134. est vt aspicias in natiuitatibus vtruꝫ mars ꝛ venus sint in. 6. ꝛ ipsi alias bene dispositi: quoniam habet hoc significare ꝙ natus ille sit naturaliter futurus perfectus medicus in qualibet parte medicine. Et si fuerit mercurius iunctus corporaliter veneri ꝛ ipsa retrograda significat ꝙ natus erit naturaliter perfectus cantor. At si fuerit mercurius in. 12. nec ipse alias impeditus significat ꝙ erit sapiens naturaliter in omnibus scientijs atqꝫ philosophijs.

Consideratio. 135. est vt aspicias in natiuitatibus vtrum dñs ascēdentis ꝛ luna ꝛ iupiter ꝛ venus sint omnes in ascendente vel aspiciant iupiter ꝛ venus dominum ascēdentis ꝛ lunam in ascēdente a trino vel sextili aspectu nec ipsi sint impediti: qm̄ si sic fuerit significat ꝙ natus ille sit futurus valde fortis corpore ꝛ ꝙ nullus presumet pretermittere mandata ipsius.

Consideratio. 136. est vt aspicias in natiuitatibus regum atqꝫ diuitum ꝛ magnatū illoꝝ. s. qui sunt apti regno si ambo luminaria fuerint in gradib⁹ suaꝝ exaltationū vel in suis domib⁹ in gradu tali vnū in q̄ fuerit alteꝝ fuerintqꝫ ab oib⁹ impedimētis libera: quoniam hꝫ significare ꝙ natus accedet ad dignitates grādes atqꝫ sublimes: fiet enim rex romanorum vel proximior qui fuerit in dignitate regali post regem romanoꝝ ꝛ ita ꝙ dicet de ipso ꝙ sit quasi rex vniuersalis in mundo: ꝛ extēdet hoc vsqꝫ ad quartam generationē suoꝝ descēdentiū. At si oēs planete qui sunt sub ioue cōmiserint ei dispositionem suam ꝛ ipse receperit eaꝫ ab vnoquoqꝫ nō obstante ꝯditione predicta: ꝛ postmoduꝫ cōmiserit eas ꝛ suas saturno ꝛ saturnus receperit eas ꝛ eū fuerintqꝫ ambo orientales a sole ꝛ in angulis significat ꝙ natus sit futurus homo magni nois magneqꝫ potentie licet non regie: figet nomen suum in terra: durabitqꝫ fama ipsius multo tempore in tota vita sua: ꝛ post mortem ipsius per tria regna saturni vel forte plus durabit.

Consideratio. 137. est vt aspicias vtrum mercurius sit iunctus cum saturno in ascendente quoniam habet significare ꝙ natus erit insipiens linguosus: ꝛ volet reputari sapiens: erit male loquens de omnibus tam de viris q̄ꝫ de mulieribus. Maior sapientia que reperietur in eo erit inuenire multa mēdacia ꝛ vti eis: vix vnqꝫ poterit loq̄ quin imisceat dicto suo aliqd falsitatis ita erit ei naturale mentiri: eritqꝫ valde turpis lingue: habebit quoqꝫ a saturno maliciam lingue: a mercurio vero acuitatem malicie ipsius.

Consideratio. 138. est vt aspicias in natiuitatibus vtrū in natiuitate alicui⁹ sint due īfortune in termino quarte domus ipsius natiuitatis vel si fuerint anguli signa mobilia ꝛ mars ꝛ saturn⁹ fuerint in eis: quoniā habet significare ꝙ nat⁹ erit paup miser infortunatus pre oibus alijs īfortunatis toto tempore vite sue nisi ꝯtra operet iupiter aut dñi triplicitatis ascendentis.

Consideratio. 139. est vt aspicias in natiuitatibus similiter ꝛ in questionib⁹ in qua domo inueniat cauda draconis: quoniaꝫ habet significare hoc euacuationem atqꝫ destructionē reꝝ que significant per illam domū ꝛ specialiter lucri. Naꝫ si fuerit in primo significat euacuationem lucri quod faciet natus cum persona sua. Si fuerit in secundo euacuationem lucri quod fecerit cum pecunia siue cuꝫ substātia sua. Si fuerit in tertio euacuationē lucri quod fecerit cum fratrib⁹ vel occasione fratruꝫ vel cum vicinis vel ꝯsanguineis minorib⁹ se. Si fuerit in quarto euacuationem lucri quod fecerit cū patre vel auo vel socero vel hereditate ꝛ significat et ꝙ natus seu querens mutabit multas domos causa meliorandi nec morabitur firmus in eis nec bene cedet ei ex illa mutatione. Si fuerit in quinto euacuationem lucri quod faciet cū filijs vel occasione filioruꝫ. Si fuerit in sexto euacuationē lucri quod faciet cum seruis vel aialibus minoribus. Si fuerit in septimo euacuationē lucri quod faciet cū mulierib⁹ vel socijs vel inimicis. Si fuerit in. 9. euacuationem lucri quod faciet cum religiosis vel causa religiosorum. Si fuerit in. 10. euacuationeꝫ lucri quod faciet causa dignitatuꝫ seu magisterioꝝ. Si fuerit in. 11. euacuationē lucri quod faciet cū amicis vel causa amicoꝝ. At si fuerit in. 12. euacuationeꝫ lucri quod faciet cuꝫ aialibus maioribus vel causa inimicorum occultorum.

Consideratio. 140. est vt aspicias vtrū significator finis rei vel ipsi⁹ cōplementi sit ita debilis ꝙ nō posset rem ꝑficere nec luna similiter accipe tūc si sic fuerit significatorem querētis ꝛ significatorē rei q̄site: minuesqꝫ minorē de maiori: ꝛ adde residuo gradus signi ascēdētis ꝛ quod prouenerit proijce ab ascendente ꝛ vbi acciderit dominus illius signi erit significator eius quod queris ꝫm substantiā rei que site seu considerate ꝛ ꝫm illius esse iudicabis prout ipm̄ inueneris fortunatū ꝛ fortē vel infortunatuꝫ ꝛ debilem. Nam si agat de substātia ꝛ ipse fuerit in secundo ꝫm eius esse disponet substantia querentis. Si fuerit in tertio ꝫm eū disponent fratres. Si fuerit in. 4. ꝫm eum disponent cōsanguinei maiores. Si fuerit in. 5. ꝫm euꝫ disponent filij. Si fuerit in. 6. ꝫm eum disponent vernaculi. Si fuerit in. 7. ꝫm eū disponent vxores. Si fuerit in. 8. ꝫm eum disponentur dotes. Si fuerit in. 9. ꝫm eum disponent itinera longa. Si fuerit in. 10. ꝫm eū disponent ei⁹ magisteria. Si fuerit in. 11. ꝫm eū disponent amici. Si fuerit in. 12. ꝫm eum disponent inimici.

Consideratio. 141. est vt aspicias in natiuitatibus ꝛ ꝯsideres dona seu fortunia que dant hominibus a stellis fixis ꝛ modū durabilitatis eoꝝ in suis subiectis ꝛ quare non durant tantum in eis q̄tum durant illa que dant a planetis cuꝫ videant debere durare diutius q̄ꝫ illa de q̄bus nulluꝫ aliud dictum memini me inuenisse nisi ꝙ Ptholomeus dixi in centiloquio stelle fixe dant dona modum excedentia sed multociens finiunt in malum. Et almansor dixit in capitulis oblatis regi magno sarracenoꝝ stelle fixe dant dona grandia ꝛ subleuant de paupertate ad sublimitate quod septem planete nō faciunt. Dona que stelle fixe dant hominib⁹ non durant in eis tantum quantū durant illa que dant planete. Quod accidit ex eo ꝙ stelle fixe sunt agen-

tes ⁊ homines sunt patiētes. Unde subiecta in que
stelle agunt nō sunt eis ꝯuenientia nec sunt apta na
ta posse suscipere eaꝝ impressionē. Oportet enim ꝙ
inter agens ⁊ patiens sit ꝯformitas seu aliqua ꝯue-
nientia. Stelle siqdem fixe sunt tardissimi motus ⁊
tardissime mutationis: ⁊ ideo impressiones eaꝝ req
runt subiecta seu patientia ꝯueniētia sibi ⁊ que lon
gissime sint durabilitatis ⁊ que habeant ꝯformita-
tem cū eis vt earum effectꝰ possit in eis ꝑfici siue cō-
pleri. Circularis enim motꝰ stellaꝝ fixaꝝ nō comple
tur in minus. 36000. annis. Circularis vero motus
hominū durat per tria regna saturni qui est tardissi
mus planetaꝝ quod est spaciū. 90. annoꝝ pauci trā
scendūt illud quod posset accidere aliquibꝰ ex addi
tione annoꝝ alicuiꝰ planete annis alcocoden in radi
ce natiuitatis. Unde vt multum imo vt plurimum
longa vita hoīs est. 90. annoꝝ licet aliq octuagenarij
vel forte nonagenarij mentiant se centenarios eē cū
in veritate nō sint qꝺ nō habet veram ꝯformitatem
neqꝫ vllam siītudinē cum. 36000. annis ad ꝑficien-
dum effectꝰ illaꝝ impressionū. Sicut enim aquila
nō potest extēdere nec exercet complemētum sui vo-
latus nec sue potentie in muscam nec lapis exiens a
funda trabuchi potest exercere suos actꝰ in muscio-
nem: ita stelle fixe nō possunt exercere complemētū
seu effectū suaꝝ impressionū in hominibus: ⁊ ideo
dona seu fortunia ipsaꝝ non durant in hominibus
diutius quoniam homines sunt velocissime muta
tionis ⁊ parue durabilitatis respectu circularitatis
stellarum fixarum. Et ob hoc dictum est exerce stel-
las fixas in edificatione vrbium: planetas vero in
edificatione domorum: quoniam ciuitates sunt res
longissime durabilitatis inter res corruptibiles re-
spectu domoꝝ: domus vero longe durabilitatis re-
spectu hominum: domus nāqꝫ nō durant semꝑ per
ipsarum indiuidua. Ciuitates vero durant per suc-
cessiuam domorum edificationem ⁊ reedificationē.
Castra verūtamen licet sint longe durabilitatis nō
sunt tante quante sunt ciuitates. Unde possumus
vti planetis superioribus in edificationibus castro-
rum: tutius tamen est vti in eorum edificatione stel-
lis fixis: quoniam castra sunt maioris durabilitatis
q̄ꝫ domus licet aliquando quedā castra dirimant.
Et quia ciuitates sunt maioris durabilitatis q̄ꝫ ca-
stra sunt magis propinque stellis fixis quarū sunt
subiecta: plus enim durat impressio q̄ꝫ res solida fa-
cit in rem magis solidam q̄ꝫ in re minus solida. Ite
rum multo minus durat in re nō solida q̄ꝫ in re ali
quātulum solida: ⁊ iterū multo minus durat in re
lubrica q̄ꝫ in re nō solida vel minus lubrica. Unde
ille impressiones quas faciunt stelle fixe in ciuitates
sunt maioris durabilitatis q̄ꝫ ille quas faciunt in ca
stra: quoniam ciuitates sunt eis magis correlatiue
quo ad temporis diuturnitatē. Et ille quas faciunt
in castra sunt maioris durabilitatis q̄ꝫ ille quas fa-
ciunt in domos: quoniam castra magis propinqua
sunt earum correlationi q̄ꝫ domus: hominum vero
corpora magis remota sunt a corporibꝰ illis q̄ꝫ do-
mus ⁊ ideo magis corruptibilia: ⁊ ob hoc minꝰ ap-
plicant eis eaꝝ significata: ⁊ si applicent eis minꝰ du
rāt: qm̄ significata stellaꝝ fixaꝝ sunt tā magna ⁊ tā
nobilia ⁊ tā alta ⁊ a corruptione atqꝫ mutabilitate
remota ꝙ nō pn̄t cito suscipere mutabilē cōmixtio-
nem cū cito corruptibilibꝰ seu velociter mutabilibꝰ
nisi vt oleum cum aqua: licet enim imprimat in eā
non tamen diu durat impressio illa. Tanta enim no
bilitate funguntur stelle fixe ꝙ propter earū remotis-
simam elongationem ab istis corruptibilibꝰ ⁊ vili-
bus ⁊ velociter mutabilibꝰ ⁊ appropinquationem
supno splēdori nō pn̄t eaꝝ significata diutius in eis
manere vel cum eis: ⁊ in hoībus maxime cū leuiter
ac velociter imo velocissime mutent ⁊ corrūpant ⁊
maxime in vilibꝰ natione cordisqꝫ imbecillitate atqꝫ
pusillanimitate: nō enim trāscēdūt ꝑsonā illius cui
ꝯtingūt ⁊ eo viuēte rarissime ꝯtinget aliter: ⁊ vt plu
rimū in ipsius malū ⁊ in tale ꝙ solus deus poteris
auertere ⁊ nō alius: vt plurimum dico: quoniā ali
quādo possent finiri in bonū licet hoc rarissime cō-
tingat sicut accidit aliqn̄ ꝙ aliq vixerūt ſm annos
maximos alcocoden de qbus tp̄e meo nō vidi nisi
vnum qui vocabat ricardus qui dicebat se fuisse in
curia karoli magni regis francie ⁊ vixisse. 400. an-
nis. Et dicebat tūc ꝙ erat qdā alius qui fuerat tem
pore Jesu xp̄i ⁊ vocabat Joannes buttadeus eo ꝙ
impulisset dn̄m qn̄ ducebat ad patibulū: ⁊ ipse di-
xit ei tu expectabis me donec venero: ⁊ vidi ricardū
rauēne era Christi. 1233. ⁊ ille Joānes trāsiuit per for
liuium vadēs ad sanctum Jacobū era christi. 1267.
Nec applicarent significata stellaꝝ fixarum homini
bus nec adherere possent eis nec durarent in eis q̄si
sensibiliter nisi esset medium per quod ipse agūt in
eos planete qui sunt secūdariū agēs ⁊ stelle fixe prin
cipale vbicūqꝫ enim sunt plures actiones ordinate
diuersis agentibus attribute oportet ꝙ principalis
actio tribuat principali agenti: quoniam habent se
ad effectꝰ rerum corruptibilium tanq̄ꝫ causa prima:
planete vero tanq̄ꝫ causa secunda. Corruptio enim
quam ista inferiora patiunt est propter nimiā remo
tionem seu distantiam a superioribus incorruptibi
libus que non dicunt habere motum cum non vi-
deantur moueri sensibiliter. Durāt tamen aliquan
do in magnatibus ⁊ diuitibꝰ qui sunt apti regnoꝝ
suntqꝫ magnanimes ⁊ fortes corde quoꝝ meo tem-
pore vnus fuit fridericus secūdus romanoꝝ impe-
rator qui cum esset indigens atqꝫ in necessitate ma-
gna positus: nullo potente sibi resistere imperator est
effectus sibiqꝫ apuliam regnum sicilie atqꝫ Jerusalē
cracouiā italiā romanūqꝫ imperiū preter partē lom
bardie: omnes etiā suos inimicos proditores atqꝫ re
belles subiugauit: stetitqꝫ in tali statu annis fere tri
ginta. Ultimo tamen miserabiliter mortuus est a
suis proprijs fuit venenatus totaqꝫ sui ꝓsapies fuit
extirpata ita ꝙ quasi ex eis nulli penitus remanse-
runt. ¶ Fuit quidā alius ecilinus de romano qui
cum non esset multum sublimis exaltatus est val-
de pre omnibus italis ita ꝙ fama eius transfreta-
uerat atqꝫ per multas sonuerat regiones. Domina
batur enim quasi totiꝰ marchie triuisiensi etiam vsqꝫ
in alamaniam ⁊ vsqꝫ tridentum ⁊ vsqꝫ prope vene
cias per. 4. vel per. 5. miliaria: stetitqꝫ tyrānus in il-
lis partibꝰ ⁊ durauit eius tyrānides per. 26. annos:
vltimo tamē omnia hec finita sunt in eius malum.
Cum enim videretur impossibile ipsū posse depri-
mi cecidit in manus maiorū inimicoꝝ quos habe
bat in quodam prelio quod gessit in comitatu me-
diolanēsi apud cassianū ⁊ miserabiliter mortuus est
⁊ tota eius progenies est destructa ex ipsa nemine re
manente. ¶ Fuit similiter quidam de regno apu-
lie natione vilis nomine petrus de vinea qui cum
esset scolaris bononie mēdicabat nec habebat quid
comederet: ⁊ postea effectus est notarius: deinde
prothonotarius curie imperatoris frederici secun-

di: postmoduz audiuit leges ꝛ effectus est iudex maris curie imperatoris ꝛ ascēdit ad tantam dignitatē ꝙ beatus reputabat qui poterat fimbriolaz aliqualez habere gratie ipsius: ꝛ quicquid ipse faciebat imperator habeat ratum: ipse autez multa retractabat ꝛ īfringebat de his que faciebat imꝑator ꝛ fecit eum imperator dn̄m siue dominatorē totius apulie ꝛ est inuentus habuisse in bonis solum in auro. 10000. libras augustanēsiuz sine alijs diuicijs que dicebant quasi esse inextimabiles. In fine siqdem deuenit ad tantam depressionem ꝛ ad tantam miseriā ꝙ imperator fecit eum cecari qui dedignatione mot⁹ ꝑcussit caput ad quendam murū ꝛ sic semetipsum miserrime iterfecit sicut tunc cōmuni fama dicebat. ¶ Fuit etiam qdā alius pisis qui vocabat smergulus vilis natione quasi de minimis popularib⁹ qui est effectus quasi dn̄s pisaꝝ nec erat aliqs de magnatibus ausus resistere illi: postmoduz deuenit in nihilum. Post illum fuit quidam alius in eadez ciuitate qui vocabat oddo gualduçius paruus popularis qui ascēdit ad tantam altitudinē ꝙ q̄si dn̄abat toti ciuitati: nec erat aliquis ausus ꝯdicere sibi: vltimo qdaz qui erat iudex galiuer fecit eum frustratim incidi in ciuitate pisaꝝ nec aliqđ regimen fecit inde potestas nisi ꝙ qui habuerit malū passus est damnū. ¶ Idē accidit Forliuij de quodam qui vocabat symon mestaguerre qui de vili patre natus natus est qui deuenit ad tantaz sublimitatem ꝙ totus populus sequebat ipsuz: nec audebat ei aliquis resistere nisi ego solus qui pure noueram illum ꝛ quicqd mali poterat operabat ꝯtra omnes: ꝛ durauit illud quasi per tres annos. Ultimo tamē depressus est ꝛ deuenit quasi ad nihilum: fuit enim bannit⁹ ꝛ expulsus de ciuitate quod accidit propter vilitatez sui corporis atq; pusillanimitatem. ¶ Fuit silr qdaz [redacted] noie Johānes natione vicētinus quē alias noiaui qui reputabat sanct⁹ quasi ab oib⁹ italis qui ꝯfitebant ecclesiam romanam: mihi aūt videbat ꝙ esset ypocrita qui deuenit ad tantam sublimitatem ꝙ dicebat suscitasse. 18. mortuos quoꝝ nullus potuit ab aliquo videri: ꝛ dicebat curare oēm īfirmitatem fugare demones: ego tamē nō potui videre aliquez liberatū: lz studuerim multū vt viderē nec aliquē qui diceret firmiter se vidisse aliqđ de suis miraculis ꝛ videbat quasi tot⁹ mūdus ruere post ipm: ꝛ reputabat beat⁹ qui poterat habere aliqđ filūculū cappe ipsi⁹: ꝛ reseruabat pro reliquijs sanctis: ꝛ ibāt bononienses armati cum eo ꝛ circa ipm pro cōmuni ꝛ circūdabant ipm lignis cōuexis quocūq; ibat ne aliqs posset ei appropinquare: ꝛ si aliqui appropinq̄bant ei tractabāt eos malo modo: naz aliquos mactabāt: alios vulnerabāt: alios baculis fortiter cedebāt: ꝛ ipse gaudebat ꝛ letabatur de mactatis cesis atq; vulneratis nec sanabat aliquez [redacted]. Et dicebat ipsemet palaz in suis ꝑdicationib⁹ ꝙ loquebat cuz Jesu xp̄o ꝛ cum beata virgine silr ꝛ cum Angelis q̄ncūq; volebat: ꝛ fuerint [redacted] bononie tūc sub talib⁹ nugis lucrati sz ꝙ dicebat publice plus q̄z. 20000. marcas argēti: ꝛ erat tantum posse ipsi⁹ in bononia ꝙ bononiēses timebāt eum in tantū ꝙ quicqd ipse precipiebat eis totum faciebāt imo fecit quadam vice relaxari quēdam militem qui vocabat laurencertus qui interfecerat filium cuiusdam sui conuicini: ꝛ erat ꝯdemnatus per potestatem vt decapitaret nec fuit potestas ausus facere inde aliquod regimen nec erat aliquis ausus contradicere suis mandatis nisi ego solus: nō tamē bononie: noueram enim suas tricarias ꝛ suas falsitates: vulg⁹ tamē dicebat ꝙ ego eram hereticus solū pre timore ipsi⁹: ꝛ durauit in illo statu fere per vnum annum: vltimo tamen deuenit quasi in nihilum ita ꝙ vix associabatur ab vno [redacted] cum volebat ire alicubi ꝛ ceperunt homines cognoscere quis ipse erat.

Consideratio. 142. est vt aspicias in natiuitatibus seu questionib⁹ vniuersalib⁹ dona seu fortunia que dant hominib⁹ a planetis: quoniam applicantur eis ꝛ durant cum ipsis diutius ꝛ extendunt ad successores sm̄ ꝙ ipsi fuerint in radicib⁹ natiuitatum dispositi sed non sunt excedentia moduz nisi forte applicent stellis fixis fortunatis: ꝛ hoc ideo quoniam sunt velocis mutabilitatis: vnde habent maiorem affinitatem cum eis q̄z illa que dant a stellis fixis: ꝛ maxime fortunia que dant ab inferiorib⁹ propter eorum maiorem velocitatem ꝛ ꝯformitatez eorum cuz subiectis sibi correlatiuis. Fortunia vero que dant superiores non durant tantū in hominibus quantuz predicta: valent tn̄ in edificationibus domorum plus alijs.

¶ De fortunijs que dant saturnus ꝛ alij planete.

Saturn⁹ enim cū fuerit orientalis bene dispositus fortunat⁹. s. atq; fortis ꝛ recept⁹ in loco in quo fuerit dat fortunia magna in edificationib⁹ plantationib⁹ arboꝝ longam durabilitatē regrentium in cultib⁹ terraꝝ in productionib⁹ aquaꝝ ꝛ similiū. ¶ Jupiter vero dat fortunia magna in scientijs vt sunt leges decreta ꝛ decretales ꝛ dignitatibus vt iudicatus episcopat⁹ ꝛ similia. ¶ Mars aūt dat magna fortunia in productionib⁹ exercituū ꝛ eoruz ducatib⁹ ꝛ similia. ¶ Sol qdem dat magna fortunia in dignitatib⁹ laicalib⁹ sicut sunt regna regimina ciuitatuz potestarie ꝛ similia. ¶ Inferiores vero dant sua fortunia magna adherētia hominib⁹ ꝛ magis durabilia in istis corruptibilib⁹ que sunt īfra ciuitates ꝛ castra q̄z superiores propter suā appropinquationē cū eis ꝛ citam ac velocem mutationez suscipientib⁹ ꝛ correlationē cū eis. ¶ Venus vero qui est planeta superior ex īferiorib⁹ dat sua fortunia in his que ꝑtinent ad facta mulieꝝ ꝛ eaꝝ ornamenta ꝛ seducēdo eas vt non tueant se ab illis ꝛ lucra causa ipsaꝝ ꝛ similia. ¶ Mercuri⁹ aūt dat sua fortunia ex mercationib⁹ scripturis picturis suturis ꝛ silibus. ¶ Luna qdem dat sua fortunia ex nauigationibus ꝛ mercationib⁹ que sepe recitant scripturis etiā ꝛ picturis: plātationib⁹ vineaꝝ: vsibus potationuz: vel venditionib⁹ vini ꝛ ei⁹ mercationibus ꝛ silia. Omnia hec dant excellenter si adhereant illis qbus naturaliter data fuerint a planetis vt dixi. Et lz significata corporum supcelestiū adhereant hoibus nō tamen durāt semꝑ in eis: durant tamē significata planetarum īferiorum diutius q̄z significata superioꝝ: ꝛ significata superioꝝ durāt diuti⁹ q̄z significata stellaꝝ fixaꝝ. Significata qdez siue fortunia siue diuitie que dant per lunam pn̄t durare vsq; ad septimam etatē seu generationem: quoniam ipsa est septimus planeta post saturnum īcipiendo a superiorib⁹ ꝛ si trāscenderint septimaz nō possunt trāscendere octauam ponēdo etatem seu generationem a. 42. anno vsq; 45. annū ita ꝙ vterq; includat. Illa que dant per mercurium possunt durare vsq; ad sextam etatem quoniam ipse est sextus planeta post saturnuz: septimam quidez nō possunt trāscēdere ꝛ vix illam

attingere. Illa autem que dantur per venerem possunt durare vsqꝫ ad quintam etatem qm̄ ipsa est quintus planeta post saturnum. Sextam vero non possunt trāscendere ⁊ vix eam attingere. Illa vero que danł per solem pn̄t durare vsqꝫ ad quartam etatem qm̄ ipse est quartus planeta post saturnū quintam nō possunt trāscēdere ⁊ vix eam attingere. Illa vero que danł per martem pn̄t durare vsqꝫ ad tertiā etatem qm̄ ipse est tertius planeta post saturnum: quartam nō possunt trāscendere ⁊ vix eaꝫ attingere. Illa que danł per iouem possunt durare vsqꝫ ad secundam etatem: qm̄ ipse est secundus planeta post saturnum: tertiam vero nō possunt trāscendere ⁊ vix eaꝫ attingere. Illa siqdeꝫ que danł per saturnū possunt durare vsqꝫ ad vnam etatem: secūdaꝫ eqdem nō possunt trāscendere ⁊ vix aut vnq̄ꝫ attingere. Et licet dixerim ꝙ possunt tm̄ durare nō tamen dico ꝙ non prius finiti: dixit enim auctoritas ꝙ sunt positi termini qui non possunt preteriri: non tamen dixit ꝙ non possunt preueniri: sic ⁊ in istis. Dico nāqꝫ non possunt trāscendere ipsa predicta quin aut penitus dirimanł: aut taliter deprimanł ꝙ remanebunt in tali esse ꝙ nō assimilabił priori nisi vt viride vel subnigrum albissimo nisi forte aliquid accidat nouiter aliunde quod rarius ꝯtinget: nec poterit vere dici ꝙ sit illud idem imo erit aliud a primo. Et ex predictis fuerunt quidam qui voluerunt dicere ꝙ tales diuitie vel similes possent dici male queste: ⁊ inde tractatum est ꝙ layci dicunt de malo q̄stu proxima destructio: dicunt enim ꝙ male q̄sta nō trāscendunt quintam etatem: ⁊ quidam dicunt ꝙ nō transcēdunt tertiam ignorantes tamen vnde hoc habeant nisi audiuerint dici ab alijs diutius: ⁊ quia viderūt vt multum sic euenire: nec tamē hoc caret aliquali ratione conditionibus predictis scilicet ꝙ male questa non trāscendūt tertiā vel quintam etatem: intelligo eniꝫ male questa diuitias que aduenerūt alicui per modum fenerationis ⁊ rerum in quibus cōmittuntur multa mēdacia ⁊ multe deceptiones ⁊ rapine atqꝫ furta ⁊ similia.

Consideratio. 143. est vt consideres modum iudicandi: ⁊ per quas vias oporteat te ad iudicium aliquod peruenire vt illud examinare atqꝫ recte discutere possis: ⁊ ſm ꝙ stelle tibi ostenderint eius pandere veritatem. Cuius considerationis modus hic est: aspicies enim hoc. 14. modis. ¶ Primus modus est vtrum interrogator querit ex intentione aut non: si enim dominus ascēdentis ⁊ dominus hore fuerit idem: vel signa in q̄bus fuerint predicti significatores fuerint eiusdem triplicitatis vel eiusdem complexionis ex intentione fiet questio: si vero non fuerit ita vel fuerit ascendens finis alicuius signi non erit questio ex intentione nec radicalis. ¶ Secundo aspicies ascendēs ⁊ eius dominū ⁊ lunam ⁊ planetam a quo ipsa separał ⁊ da illos querenti: septimum vero ⁊ planetaꝫ cui iungił luna dabis quesito vt alias dicitur; ⁊ si necesse fuerit descende ad personas ſm ꝙ significantur res per domos a prima vsqꝫ ad duodecimam. ¶ Tertio considerabis domū seu signum significans rem quesitā. ¶ Quarto aspectum planetarū bonoꝝ seu maloꝝ ad significatores reruꝫ quesitaꝝ. ¶ Quinto in quo loco a domo sua fuerit quisqꝫ significatorum vtruꝫ in ipsa vel in secunda vel in tertia vel in quarta ⁊ cetera vsqꝫ ad duodecimā: aut in via cōbusta vel in silibus locis inueniał. ¶ Sexto vtrum in angulis vel succedētibus vel cadentibus reperiał. ¶ Septimo interrogantiū auxilium vnde sibi eueniat vtruꝫ scilicet a patre vel filio vel rege vel ꝯsanguineis vel amicis ⁊c. diligenter attende: quoniam boni significatores bonuꝫ: mali vero contrarium iudicabūt. ¶ Octauo per leticiā querentis vt si dominus primi reperiatur in quinto vel alibi cū eius domino iunctus absqꝫ maloruꝫ impedimento: vel per eius tristiciam vt si reperiał in sexta vel septima vel octaua vel duodecima nisi questio sit de rebus que significanł per illas domus: nam ſm ꝙ illud inueneris ita iudicabis. ¶ Nono per fortunas vel infortunas ſm ꝙ eas inueneris in locis significātibus res de quibus fiunt questiones vt si fortune plures fuerint bonum si auteꝫ mali plures fuerint malum: si equaliter bonū mediocre nūciabis. ¶ Decimo vt si dominus primi fuerit in domo rei quesite vel cum eius domino alicubi iunctus. ¶ Undecimo vt ꝯsideres in qua domo fuerit ꝯiunctus dominus primi cum significatore rei quesite: quoniam per significatorem illius domus vel eius occasione rem venturaꝫ poteris iudicare. ¶ Duodecimo vt si nō fuerint ꝯiuncti significatores ⁊ trāstulerit inter eos aliquis planetaruꝫ lumen vel acceperit eorū dispositionem illud idem iudicabis. ¶ Tredecimo per naturam significatorum se inuicem in naturis ⁊ significationibus ꝯcordantium. ¶ Decimoquarto ſm ꝙ receptor dispositionis fuerit fortuna vel infortuna fortis vel debilis ⁊ aspexerit significatores vel lunā vel aliquem eoruꝫ ex amicitate vel inimicitate pronunciabis.

Consideratio. 144. est vt ꝯsideres in questionibus vel in natiuitatibus vel alijs principijs quādo significatores non bene ostēderint tibi quod scire intendis ⁊ eorum significatum fuerit ambiguū nec bene poteris illud perpendere: accipe locum domini ascendētis ⁊ locum domini domus lune: ⁊ vide distātiā graduū que fuerit īter eos īcipiens ab ariete de q̄bus facies signa ⁊ adde desuꝑ gradus signi ascēdētis ⁊ proijce ab ascēdente tam in die q̄ꝫ in nocte: ⁊ vbi finitus fuerit numerus dn̄s illius domus erit significator ⁊ ab illo accipies significatū rei q̄site: nam ſm dispositionē illius poteris iudicare.

Si fuerit tibi facta qõ de aliquo infirmo vtruz liberetur ab egritudine qua detinetur an nõ: vide primo quis est ille qui querit vtruz scilicet sit ipse idem infirmus vel alius qui querit pro ipso: ꝛ si ptinet ad eum querere vel non: ꝛ si querit de voluntate infirmi vel suo proprio motu: quoniaz si ipse querit de voluntate infirmi ac de ipsius licẽtia prima datur ei ꝛ infirmo: si autem querat suo proprio motu prima datur ei: sed infirmo datur illa per quã significatur eius persona: vt si querat pro fratre prima datur querenti: tertia infirmo: si pro patre prima datur ei: quarta datur infirmo. Et ita intellige de significatis omnium domorum ẜm ꝙ dictum est superius in tractatu de duodecim domibus. Cõsiderabis etiam cuius cõditionis sit infirmus vtrum. s. sit laycus vel clericus siue alio modo religiosus: ꝛ vtrum sit de illis qui preponuntur medico vel quibus preponitur medicus. Fuerunt enim ex hoc plures ac diverse opiniones: debes etiam aspicere spẽm egritudinis ac ipsius esse: nam aliter est aspiciendinuz egritudine noua: aliter in antiqua: ꝛ ego dicam tibi conditiones infirmorum ac infirmitatum: ꝛ quibus infirmis sit preponendus medicus ꝛ quibus nõ: ꝛ in quibus casibus: ꝛ qui infirmi sint preponẽdi medico ꝛ qui nõ ꝛ in quibus casibus ꝛ quomodo ꝛ quãdo ẜm diuersas opiniones iudicandum de infirmis si Jhesus xp̃s dominus noster prestiterit mihi suaz gratiam in hac parte. ¶ Quidã enim dabant ascendens medico decimam infirmo septimam infirmitati quartam vero medicine ꝛ in hac opinione fuerũt Zahel ꝛ eius sequaces. Et sic ẜm hoc medicus p̃ponebatur infirmo septima infirmitati decima v̊o medicine ꝛ illi similiter preponebãt medicum infirmo vt si fiat questio de infirmo medicus etiam preponitur infirmo eo ꝛ medico ignorantibus tũc medicus preponitur ei quoniam datur vel alius pro eo de ipsius voluntate cuiuscũqꝫ cõditionis sit infirmus vel querat a medico ignorante infirmo tunc prima daẗ infirmo decima medico septima infirmitati quarta medicine ꝛ in isto casu preponitur ĩfirmus medico. ¶ At si aliquis suo proprio motu querat de rege infirmo eo ignorãte prima datur medico decima infirmo septima infirmitati quarta medicine. Si autem querat eodẽ modo de papa vel de quocũqꝫ alio clerico prima daẗ medico nona infirmo septima infirmitati tertia vero medicine. ¶ Nunc aũt dicam tibi conditiones egritudinũ si enim scíueris conditiões egritudinum poteris de ipsis melius ꝛ securius iudicare. Et licet medicina dicatur fuisse inuẽta pro diuitibus ꝛ magnatibus tamen vulgus rusticoꝝ iam irruit in medicamen nec mirum quoniã ꝛ ipsi sicuti ꝛ magnates infirmantur ꝛ affectant liberari. Dicere egritudo annosa seu antiquata ego reputo eã annosam ꝛ vetustam exquo est annua quoniaz egritudines annue de leui nunqꝫ curantur imo difficillime. Egritudinem vero non antiquatã reputo illaz que nõ est adhuc annua. Unde si egritudo est antiquata ꝙ sit plusqꝫ annua cuiuscũqꝫ ꝯditionis sit infirmus debes dare duodecimam egritudini si est egritudo noua que nõ sit annua debes ei dare septimam si tu das primam medico quoniã medicus est inimicus egritudinis. Et si tu das decimaz infirmo debes dare quartam medicine quia licet medicina curet infirmum tñ est ei opposita ꝛ oppositio significat inimicitiam: vnde medicina dr̃ inimica ĩfirmitati: quia in medicinis reperiuntur ea que sunt ꝯtraria nature ꝛ que non nutriunt eam imo exterminant aliquãdo. Si tu das nonaz infirmo: tertia datur medicine. Si tu das tertiã infirmo sicut fit aliqñ: nona daẗ medicine. Et opꝫ te cõsiderare vtrũ egritudo sit vniuersalis siue particularis: quia si vniuersalis debes iudicare vniuersaliter de toto corpore: si vero particularis debes iudicare ẜm illud membruz in quo egritudo viget. ¶ Sed si tu quereres qualiter diuersificantur domus significantes domos ꝛ medicos ꝛ infirmitates ꝛ medicinas cũ iste domus debeãt esse equales imo quasi eedem: bene credo ꝙ posset ibi assignari cã: sed longum esset enarrare: nec possunt vbiqꝫ oia disputari: vnde necesse est nobis tenere dicta philosophorum ꝛ scire ꝙ ipsi non dixerunt hoc sine causa oportet enim addiscentẽ credere. Ammodo ordinabo tibi modum iudicandi de infirmo vtruz liberetur an non: verũtamẽ volo ꝙ tu scias primo de hoc qḋ dixit çahel ꝛ quod dixerũt sequaces eius qualiter est intelligendum: qꝛ in eo ꝙ ipse dixit ꝙ ascendens significat medicum dixit hac de causa: quia egritudo significaẗ per septimam ꝛ medicus est inimicus egritudinis: vnde cum prima sit inimica septime que significat infirmitatem recte datur prima medico cuz ipse sit inimicus ĩfirmitatis: ꝛ in hoc significatur medicus per primã: qꝛ ẜm ꝙ prima domus fuerit fortunata ita proficiet infirmo cura medici: ꝛ ẜm ꝙ fuerit infortunata: ita nocebit ei cura illius medici. Et ob hoc dixit Zahel ꝙ prima datur medico hoc ꝙ ipse dixit ꝙ decima datur infirmo non fecit alia de cãa nisi qꝛ significatur per decimam vtrum infirmus sig

obediens medico: qꝛ si bene obedierit erit ei iuuamē
aliquod: ⁊ hoc scieꝭ per planetā qui fuerit inuentus
in decima: qꝛ si fuerit bonus erit infirmus obediens
⁊ illa de cā poterit melius curari. Septimam dedit
infirmitati. qꝛ per septimā scieꝭ vtrū egritudo sit bre
uis vel longa: nam si fuerit ibi fortuna cito liberabi
tur ⁊ specialiter si hꝫ ibi dignitatē. Et si fuerit ibi ma
lus q non sit bene dispositus inualescet egritudo in
infirmum. Quarta medicine: quia per quartam sci
tur vtrum medicina sit valitura egro an non: ſm ꝙ
ipsa fuerit bene vel male disposita: nam si fuerit ibi
fortuna valebit medicina infirmo. Si vero fuerit
ibi malus qui non ibi habeat dignitatem. s. domuꝫ
vel exaltationem vel duas de alijs dignitatibus mi
noribus erit medicina potius ad damnū egri q̄ʒ ad
eius vtilitatem. ¶ Sed alio modo ⁊ directa linea vt
sciatur vtrum eger liberetur an non: prima datur in
firmo ⁊ eius dominus ⁊ luna: ⁊ sexta datur infirmi
tati si fuerit infirmitas noua que non transcenderit
annum. Si vero fuerit egritudo vetusta que habue
rit plus vno anno datur ei duodecima vt dictuꝫ est.
Debes etiam videre vtruꝫ significator infirmi sit de
planetis qui habent amicitatē cum significatore me
dici vel medicine vel infirmitatis per quācunqꝫ do
mum significantur medicus vel infirmus vel medi
cina vel infirmitas: qꝛ si significator medici fuerit de
illis planetis qui diligunt significatoreꝫ infirmi erit
medicus vtilis ifirmo. Si significator medicine fue
rit de illis silr qui diligunt significatoreꝫ infirmi erit
ei vtilis medicina illius medici. Similiter si fuerit si
gnificator infirmitatis de illis minus nocebit ifirmi
tas. Sed si significator medici fuerit de inimicātibus
infirmo nō proficiet medicus nec eius medicina imo
nocebit ⁊ cōtraria erit ei. Et ille qui fuerit de amicis
proderit: ⁊ ille qui fuerit de inimicis nocebit ⁊c̄. Et
si omnes fuerint de amicis omnes proficiēt: ⁊ si oēs
fuerint de inimicis omnes nocebunt. Et si fuerit iū
ctus significator medici vel luna cuꝫ dn̄o septime ini
micabitur egritudo. Et si fuerit iūctus cum dn̄o sex
ti prolungabiꝭ plusq̄ʒ videaꝭ debere esse. Et vltimo
tamen in casu euadet ⁊ liberabiꝭ infirmus. Conside
rabis etiam vtrum significator egritudinis sit in ali
quo de gradibꝰ açemena ⁊ fuerit in duodecima vel
vel in octaua ⁊ asperxerit eum aliquis maloruꝫ: quo
niam significat ꝙ nō liberabitur eger ab egritudine
illa quin remaneat aliqđ impedimentum in mēbro
deputato illi signo cuius fuerit gradus açemena. Et
est ibi inquirēdū ab infirmo vel ab alio qui sciat iu
dicare tibi tempus egritudinis: quoniaꝫ si egritudo
fuerit pluriuꝫ annorum non cito liberabitur eger.

¶ Capitulum secundum de infirmo vtrum euadet.

SI aliqs infirmus a te quesierit vtrū libereꝭ ab
infirmitate an non: aspice ascendens ⁊ domi
num eius ⁊ lunam qui sunt significatores interro
gantis ⁊ vide si dominus ascendentis fuerit in an
gulo ascendentis vel in angulo medij celi significat
eius liberationem: ⁊ etiam si fuerit in septima vel in
quarta ⁊ asperxerit ascendēs significat eius liberatio
nem: nisi ipse sit impeditus a malis ex quarto aspe
ctu vel ex oppositione vel sit combustus vel sit cū cau
da draconis eodem minuto vel vadens ad eam: ⁊ sit
inter ipsum ⁊ caudam minus. 15. minutis sine aspe
ctu fortune: quoniā aspectus fortune franget malici
am caude adiuuando dn̄m ascendentis: etiam si fue
rit quadratus siue cū receptione siue non. Sed si fue
rit ex opposito cuꝫ receptione similiter frangit illam
maliciam nisi ipse sit dominus octaue domus: quia
tunc non adiuuat sed nocet siue fortuna sit siue ma
lus ille qui iungitur domino ascendentis vel cui iū
gitur dominus ascendentis. Si autē dominus ascē
dentis fuerit impeditus: aspice tunc lunam si fuerit
libera a malis ⁊ fuerit in angulo ⁊ asperxerit ascēdēs
nec asperxerit eam dominus octaue nec fuerit ei iun
ctus corporaliter significat euasionem ab infirmita
te. Aspice etiam dominū ascendentis vel lunam illū
scilicet per queꝫ tu operaris ⁊ qui est fortior in signi
ficatione si fuerit supra terrā quia signū est euasiōis
⁊ maxime si asperxerit ascendens vel iungaꝭ planete
qui aspiciat ascendens ⁊ reddat lumen dn̄i ascendē
tis lune vel ad ascēdēs nec sit dn̄s ascēdētis vel luna
iūcti planete existēti subterra tūc significat liberatio
nē nisi mala cura vel mala custodia faciat contrari
um: quia ne dū infirmꝰ sed sanus posset se male tra
ctare si vellet dicens ego faciam ita ꝙ iste astrologus
mentieꝭ faciendo contrariuꝫ eius quod facere debe
ret: verūtamē ex quo tu functꝰ es officio tuo qui sen
tit culpa sua damnum sibi imputet. Si auteꝫ domi
nus ascendentis vel luna furit subterra videlicet in
secunda vel tertia vel quarta vel quinta vel sexta nec
fuerit iunctus aliquis eoruꝫ planete existenti supra
terram significat eius mortem. Si autem planeta for
tuna cui iungiꝭ dominus ascendentis vel luna qui
significat euasioneꝫ infirmi fuerit retrogradus signi
ficat prolongationem egritudinis: ⁊ eo fortiꝰ ⁊ pro
lixius si fuerit cadens ab angulo tamen postea libe
rabiꝭ. Si vero ille planeta cui iungiꝭ dominus ascē
dentis vel luna ⁊ cui ipsi committūt dispositionem
intrauerit in combustionem significat mortem infir
mi. Preterea si fuerit dominus ascendentis signifi
cator. s. ꝙ ipse sit ita fortis ꝙ significatio attribuaꝭ ei
priusq̄ʒ attribuatur lune ⁊ fuerit iunctus alicui ma
lo planete existenti subterra significat mortem eius.
Si autem dominus ascendentis fuerit impeditus
vt dictum est ita ꝙ non posset esse significator infir
mi: sed deueniat significatio ad lunam vide etiam si
ipsa fuerit supra terraꝫ que si fuerit iuncta malo pla
nete existenti sub terra significat mortem illius infir
mi. Similiter si luna fuerit iuncta domino ascēden
tis ⁊ ipse fuerit velox cursu ⁊ fuerit descendēs ab au
ge sua vsqꝫ ad medium ecentrici vel a lōgitudine lō
giori ad stationem primam quod accidit ei quando
argumentū est. a. 15. gradibus ad duo signa ⁊. 15. gra
dus tunc significat ꝙ eger ille liberabitur cito ⁊ cito
reassumet vires corporis sui. Et si inueneris lunam
vel dominum ascendentis iunctum cum saturno si
gnificat prolongationem egritudinis etiam si fuerit
egritudo noua: si vero fuerit antiqua significat eius
longam diuturnitatem. Et si dominus ascendentis
fuerit subterra ⁊ luna fuerit iuncta planete in tertia
vel sexta vel nona vel duodecima qui iam sit cadens
ab angulo significat morteꝫ infirmi. Similiter si do
minus ascendentis fuerit iūctus domino octaue do
mus ⁊ luna fuerit alias impedita vel luna fuerit iū
cta domino octaue domus ⁊ dominus ascendentis
fuerit impeditus significat mortem illius infirmi.
Hoc tamen attendendū videto ꝙ si dominus ascen
dētis recipiatur a domino octaue domus ⁊ ipse do
minus ascendentis non recipiat dominū octaue: qꝛ
non significat mortem: sed significat egritudinem ti
morosam valde: sed nō periclitabitur infirmus nisi
per errorem. Si autem dn̄s ascendentis vel luna re
ceperit dominum octaue domus significat mortem.

Uidebis etiam vtruꝫ significator infirmi vel luna in
ueniatur in nona ab ascendente questionis: quoniã
tunc reddit eum dubiũ: ita ꝙ leui errore posset peri/
clitari: qm̃ vr̃ ꝙ vadat ad sepulturã. Si aũt inuene
ris in nona a domo per quã ipse significatˀ significat
ꝙ reddat eũ iteꝝ magis dubiuꝫ. Et si fuerit luna vel
alius planeta q transferat lumen dñi ascendentis ad
dñm octaue significat vltimatuꝫ timorem infirmi ⁊
ꝙ paruissimus error comedẽdi siue diete faciet egrũ
periclitari ⁊ vix erit ꝙ ipe euadet erat tñ possibile ꝙ
euadat per optimã curam ⁊ optimã custodiaꝫ tam
astautiũ q̄ꝫ infirmi: ⁊ ẽt medici ⁊ obedire ipsius infir
mi medico. Si aũt fuerit dñs ascendẽtis in octaua ⁊
fuerit receptus a dño octaue nec ipse receperit euꝫ si/
gnificat ẽt liberationẽ post desperationẽ: sed si recepe
rit eum dñs ascendẽtis significat morteꝫ. Si aũt dñs
octaue fuerit põderosior q̄ꝫ dñs ascendẽtis ⁊ dñs ascẽ
dentis iungatˀ ei cum receptione: ita ꝙ dñs ascenden
tis recipiat dñm octaue significat mortem. Si auteꝫ
fuerit ꝯiunctio dñi ascendentis cum dño octaue ⁊ il
la coniunctio fuerit a trino vel sextili aspectu signifi
cat ẽt mortem siue recipiat dñs ascendentis dñꝫ octa
ue siue nõ. Si fuerit dñs ascẽdẽtis in aliquo angulo
rum significat mortem sed nõ in cõtinenti sed signi/
ficat eam qñ dñs octaue peruenerit ad graduꝫ ascen/
dentis. Qđ si tunc nõ fuerit erit qñ dñs octaue perue
niet ad gradũ in quo erat dñs ascendentis hora que
stionis: vel si fuerit dñs ascendentis dñs octaue erit
qñ perueniet ad gradũ in quo erat dñs octaue hora
questionis. Similiter si luna vel aliqs alius planeta
transtulerit virtutẽ seu lumen dñi ascendẽtis ad do/
minũ domus mortis ⁊ ipse dñs domus mortis fue
rit fortis vel fuerit in angulo ⁊ dñs ascendentis fue
rit cadẽs ab angulo vel fuerit in dispositiõe domus
sue vel exaltationis sue significat morteꝫ: sed qñ non
fuerit cadens ab angulo lꝫ sit in oppositione domus
vel exaltatiõis sue si fuerit receptus nõ significat mor
tẽ. Et si dñs octaue domus fuerit in ascendẽte ⁊ dñs
ascendẽtis ⁊ luna fuerint impediti significat ꝙ egri/
tudo illa augmẽtabitˀ multũ ⁊ erit infirmus in peri/
culo mortis tñ euadet lꝫ vix cum bona tñ custodia ⁊
cautela sicut dictũ est. Similiter si dñs ascendentis ⁊
luna fuerint impediti ⁊ ille cui dñs ascendẽtis vel lu
na cõmiserit dispositionẽ suam fuerit ipeditus signi
ficat mortẽ. Si vero solus receptor dispositionis q est
planeta põderosus cui iungitˀ dñs ascendẽtis vel lu
na fuerit impeditus significat prolongationẽ egritu
dinis: ⁊ hoc accidet qꝛ recidiuabit infirmus: ꝓpea qꝛ
non curabitˀ nec bñ seruabit debitaꝫ dietam ⁊ ꝙ ad
herebit ꝯsilijs stultoꝝ ⁊ male ꝯsulentium ei. Simili
terˀ si dñs ascendẽtis fuerit subterra ⁊ fuerit iunctus
dño octaue in quarta vel fuerit supra terraꝫ ⁊ fuerit
iũctus dño octaue in octaua vel de octaua significat
mortẽ si dñs ascẽdẽtis recepit dñm octaue: si aũt non
receperit eũ lꝫ dñs octaue recepit dñm ascẽdẽtis gra/
uabitˀ egritudo illa multuꝫ ⁊ erit in ꝑiculo mortis tñ
liberabitˀ cũ auxilio sibi exhibito. Silr̃ si dñs ascñtis
nõ asperxerit dñm octaue nec ipse eũ: sed transtulerit
lumẽ inter eos aliqs pl'a ⁊ dñs ascñtis fuerit cadens
ab ascñte: ⁊ dñs octaue fuerit in aliquo angulorum
qm̃ eiꝰ fortitudo in angul' est pessima significat egrũ
moritur ex egritudine illa. ¶ Et dixit Zael ꝙ si dñs
ascñtis fuerit cõbustus ⁊ fuerit de supioribꝰ ⁊ fuerit
añ solẽ. 13. g̃. vel minus vel post solẽ. 4. g̃. vel minus
vel fuerit de inferioribꝰ ⁊ fuerit añ solẽ. 3. g̃. vel minꝰ
vel fuerit post solẽ. 14. g̃. vel minus significat mortẽ
infirmi nisi forte dñs ascñtis sit receptus qꝛ tũc signi
ficat euasionẽ post desperationẽ ⁊ forte videbitˀ mor
tuus cũ nõ sit: ⁊ possibile est vt credatˀ mortuus ⁊ sub
terretˀ viuus. Si aũt planeta põderosus cui dñs ascẽ
dentis cõmittit virtutẽ seu dispositionẽ suam fuerit
liber ab impedimẽtis nec sit cadẽs ab angulis nec ab
ascendente nec cõmiserit dispositionẽ quã cõmisit ei
dñs ascendẽtis alteri planete: ⁊ luna silr̃ fuerit libera
ab ipedimentis significat ꝙ eger liberabitˀ ẽt sine ma
gnis curis medicorũ. ¶ Et dixit qdam ex cretaneis
viris ꝙ cũ pars infirmitatis fuerit a principio ascen
dentis vsqꝫ in finẽ quarte domus significat cãm egri
tudinis de re ꝑterita. Cũ fuerit a principio qnte vsqꝫ
in finẽ octaue significat eã de cã presenti. Cuꝫ fuerit a
principio none vsqꝫ in finẽ duodecime significat eaꝫ
de cã futura. ¶ Ad esse qdem egritudinis vtrũ sit du
rabilis an nõ aspice domũ sextam que est domus in
firmitatũ: ⁊ vide si est signũ fixum figetˀ infirmitas ⁊
manebit in suo esse ⁊ non mutabitˀ ad aliã. Si vero
fuerit signuꝫ mobile mutabitˀ illa egritudo facile ad
aliam. Si vero fuerit signum cõe alleuiabitˀ illa infir
mitas vna vice ⁊ alia aggrauabitˀ. ¶ Ad sciẽdũ vtrũ
egritudo sit antiqua vel noua aspice lunam ⁊ vide a
quo planeta ipsa fuerit sepata: si qdem fuerit sepata
a planeta oriẽtali erit gritudo nouella: si vero fuerit
sepata a planeta occidẽtali erit egritudo antiqua: si
tu inueneris ꝙ egritudo sit antiqua cõditionibus ꝑ
missis duodecimã considerabis: ⁊ iudica ꝑ ipsam de
esse egritudinis sicut iudicasti supius de egritudine
nouella per dñm sexte domus. Aspice silr̃ in libera/
tione ab egritudine qꝛ si luna iungitˀ planete orienta
li significat ꝙ egritudo posset cito curari. Si vero iũ/
cta fuerit planete occidẽtali curabitˀ egritudo illa tar/
de ⁊ cum grauitate. Qđ si nulli planete fuerit iuncta
muta eaꝫ de signo in quo est ad aliud ⁊ vide cui pla
nete primo iungetˀ post exitũ a signo in quo est vtrũ
iungatˀ planete orientali vel occidẽtali ⁊ ꝺm illuꝫ cui
iungitˀ iudica de velocitate vel tarditate liberatiõis
egritudinis. Et oïa hec fient melius ⁊ velocius si ali
qua fortuna asperxerit dñm ascendẽtis ⁊ ipse domi/
nus ascendẽtis nõ fuerit cadẽs ab ascendente nec ab
ab angulo. Uide similiter ne aliqs maloꝝ iungatur
dño ascendẽtis vel ipse illi corꝑaliter vel ab opposi/
tione vel a quarto aspectu: qm̃ infortunat euꝫ ⁊ vix
aut nunq̄ꝫ permittet egrũ euadere: si ille malus rece
perit dñm ascendẽtis euadet infirmus ⁊ vix si auteꝫ
nõ receperit timetˀ tunc ne nõ euadat imo nõ libera/
bitur. Cõsidera ẽt lunã que si fuerit iũcta planete ve/
locis cursus ⁊ ipsa sit velox cursu significat ꝙ eger ci
to liberabitˀ. Si autẽ fuerit iũcta planete retrogrado
significat ꝓlõgationẽ egritudinis ⁊ eius diuturnita
tem. Si aũt fuerit iuncta planete tardi cursus signi/
ficat prolongationẽ ⁊ aggrauationẽ egritudinis: ita
ꝙ vix euadet infirmus: ⁊ potius videtur ꝙ moria/
tur q̄ꝫ ꝙ euadet.

¶ Capitulum tertiuꝫ de diebus creticis ⁊ crisi bona vel mala in egritudinibus.

PReterea debes videre locũ lune in hora q̃stio
nis siue in principio egritudinis si habueris
principium eius ⁊ prospice vbi erit luna in septima
die ab initio egritudinis vel questiõis ⁊ vbi sit simi
liter in decimaquarta die ⁊ vbi erit in vigesimapri/
ma die: ⁊ vbi erit in vigesimaoctaua die: qꝛ si fuerit
bene disposita in aliquo illoꝝ dierum alleuiabitur
tũc infirmus ⁊ melius videbitˀ esse sibi: ⁊ fiet crisis ad
bonum nisi mali impediant corporaliter vel ab op

positiõe vel quarto aspectu sine receptiõe. Et si in ali quo illoꝝ dieruꝫ fuerit impedita ⁊ male disposita si gnificat ꝙ tunc aggrauabit infirmus ⁊ peius erit ei ⁊ spāliter si fuerit tūc in ꝯiunctiõe dñi sexte domus: q⁊ tūc dubitabit de infirmo. Si vero fuerit ille ma lus qui impedierit dñs. 8. morietur tunc infirmus.

¶ Preterea vide in quo die de alijs diebus ꝑter su pradictos luna fuerit iuncta alicui bono planete in illo die alleuiabit infirmus ⁊ gescet ⁊ salubrius erit ei. Et ex hoc fit ꝙ aliqñ superuenit crisis infirmo ad bonum in die qua non credit nec vr̄ debere fieri. Et vide in quo de alijs diebus ꝑter ꝑdictos luna iuerit ad ꝯiunctionem corporalē maloꝝ vel eoꝝ oppositio nem vel quartū aspectū: q⁊ in illo die aggrauabitur magis infirmus: ⁊ spāliter si iungat cū dño sexte do mus: ⁊ si venerit crisis erit potius ad nocumentū q̄ʒ ad salutē: ⁊ maxime si accideret ꝙ iungeret cuꝫ dño. 8. domus q⁊ tūc posset esse crisis ad morteꝫ potius q̄ʒ ad vitā. Et in hoc decipiunt qñqꝫ medici: q⁊ cū predi xerint crisim futurā in die cretico ꝫm medicinā eue nit crisis aliter q̄ʒ ipsi dicant: qđ accidit propter cõiū ctione lune cū planetis in illis diebus vñ vilipendū tur medici a laycis q⁊ fallunt in suis pronosticationi bus nec sunt tñ reprehendendi. ¶ Dies aūt supradi ctos oportebit te inuenire: ita q⁊ si tu vis scire diem septimā a die egritudinis vel a die questionibus oꝫ te considerare in quo gradu erat luna hora questio nis seu principij egritudinis: ⁊ addere desup. 90. gra dus alios ⁊ habebis diē septimā proijce tūc illos. 90. gradus a gradu lune ⁊ in quo signo fuerit finit⁹ nu merus ibi erit luna in illo gradu: vel poteris equare ꝫm tabulas ⁊ inuenit ideꝫ locus. Tunc vide q̄ño ⁊ a q̄bus aspiciat ⁊ ꝫm aspectū bonoꝝ vel maloꝝ plane taruꝫ ad lunā iudica de bono vel de malo infirmi.




Figura interrogationis infirmi.

¶ Ad inueniendū. 14. diē a die questionis vel prin cipij egritudinis addes sup locū lune prius habitū. 180. gradus ⁊ proijce eos a gradu in quo erat ⁊ vbi ceciderit numerus ibi erit locus lune in. 14. die a die questionis seu principij egritudinis: ⁊ tūc iudica de 14. die sicut iudicasti supra de septima. Ad diē vero 21. inueniendū adde sup locum lune. 270. gradus ⁊ proijce a loco lune supradicto ⁊ vbi ceciderit nume rus ibi erit locus lune in. 21. die a die questionis vel principij egritudinis. Uide tūc aspectū planetaꝝ ad lunaꝫ ⁊ iudica ꝫm ꝙ iudicasti de die septima. ¶ Ad inueniendu ꝫ diem. 28. adde super locum lune. 360. gradus ⁊ habebis locū lune hora questiõis vel egri tudinis ⁊ tūc iudica vt supradictū est de. 7. die. Et sci to q⁊ in oĩbus istis diebus semp qñcunqꝫ luna vene rit ad bonos planetas eger tūc alleuiabit ⁊ qñcunqꝫ venerit ad malos tunc grauabitur.

¶ Capitulum. 4. vtrum aliquis absens infirmabit

ET si sollicitet aliq̄s de aliquo absente vel quo uis alio vtrū sit infirmus an nõ vide cuius cõ ditiõis sit ille q̄ querit ⁊ ille de quo querit ⁊ ꝫm illud iudica. s. vtrū q̄rat de fratre vel de p̄re vel filio vel ser uo vel vxore vel socio seu inimico vel ep̄o vel alio re ligioso vel rege seu alio suo dño vl̄ amico vel inimi co occulto: quoniā oportebit te dare primā queren ti ⁊ quesito illā per quā significat quesitū. Aspice tūc ascendēs ⁊ dñm eius ⁊ da ipsum q̄renti ⁊ dominuꝫ domus ꝑ quam significat quesittum ⁊ lunā dabis q̄ sito. ¶ Si fuerit dñs domus quesiti vel luna in an gulo nõ impeditus a malo significat eū esse sanum. Idem si fuerit aliquis eorum in succedenti angulū liber a malis ⁊ ab alijs impedimentis supradictis. ¶ Si aūt fuerit dñs quesiti in sexta vel fuerit domi no eius iūctus corporaliter vel eius oppositione vel quarto aspectu significat eum esse infirmuꝫ siue sit in domo sexta questionis siue sit in do mo sexta a domo sua siue cuꝫ eius domino iūctus. ¶ Si ve ro hec impedimenta supradi cta nõ affuerint dic eum non infirmari. ¶ Et dixit magr̄ ꝙ si dñs ascendentis ⁊ luna fue rint vacui cursus ꝙ debes vi dere quis eorum perambula uerit plures gradus in signo in quo est ⁊ mutare illum ad aliud signum quod illi suc cedit: ⁊ aspice cui ipse primo iūgatur fortune vel malo qui si iūgitur fortune que recipiat eum significat liberationē nisi sit illa fortuna impedita impe dimentis supradictis vel sit cū ipsa dñs. 8. domus quia tunc dubitatur de morte infirmi: ⁊ maxime si dominus ascenden tis vel luna receperit dominū octaue domus sed si non rece perit eum tūc significat euasio nem ab infirmitate quasi post desperationem: videtur tamē ꝙ debeat euadē nisi error me dici vel infirmi vel astantium faciat contrarium sub tali exē plo.

¶Interrogatio cuiusdã infirmi fuit ascendens virgo.15.gradus ⁊ decima dom⁹ gemini.15.gradus ⁊ mars in geminis.17.gradus ⁊.30.mi.⁊ luna in tauro.26.gradus.25.mi. Jupiter in tauro.9.gradus ⁊ 15.mi Sol in ariete.27.gradus ⁊.30.mi.Saturnus in ariete.10.gradus.15.mi.Mercurius in ariete.20.gradus.50.mi.Ven⁹ in pisce.5.gradus.37.mi.¶Et dixit ꝙ aspexit ascendens ⁊ dñm eius ⁊ lunã ⁊ ceteros planetas ⁊ angulos ⁊ alias domos:⁊ erat mercurius qui erat dñs ascẽdentis vacuus cursus.s.nemini iunct⁹ ⁊ luna silr vacua cursu nemini iuncta. Significant ergo dominus ascendentis ⁊ luna per euacuationem cursus eorum ꝓlongationẽ ĩfirmitatis illius ⁊ eius grauitatẽ:vnde ipse mutauit lunaz a signo in quo erat videlicet de tauro ad geminos. Et ideo mutauit lunã ⁊ nõ dñm ascẽdentis:qꝛ ipsa ꝑambulauerat plures gradus de signo in quo erat q̄ꝫ mercurius dñs.s.ascẽdentis de suo:⁊ postq̄ꝫ ipsa intrauerat geminos fuit primo iuncta veneri que erat in pisce q̄ꝫ alicui alteri planetaꝝ ⁊ cõmisit illi dispositionẽ suaz:⁊ venus iungebat ioui ⁊ recipiebat eum de domo sua.s.de tauro ⁊ iupiter recipiebat venerem de domo sua similiter videlicet de pisce:nec cõmittebat iupiter dispõnem alicui qm̃ non iungebat saturno ipse.n.nõ iungit alicui planetaꝝ nisi saturno qui est ponderosior eo:alij vͦ iungunt ei omnes qꝛ sunt leuiores eo. Et illa ꝯiunctio quam faciebat venus cum ioue mutua receptione significabat ꝙ infirmus ille debebat liberari ab egritudine illa:tamen esset infirmitas in augmentatione donec ꝑficeret coniunctio veneris cum ioue gradu ꝑ gradũ ⁊ ipsa transiret eum ꝑ vnuz minutum:⁊ videbat ꝙ esset egritudo in augmentatione duob⁹ diebus ⁊.15.horis fere dando vnicuiqꝫ gradui vnum diez ⁊ omnibus.5.minutis duas horas qm̃ erat inter eorum ꝑfectã ꝯiunctionem.2.gradus ⁊.38.minuta abinde in antea icipit ĩfirmus alleuiari. Et dixit ꝙ fuit ille infirm⁹ qui quesiuit de statu suo ⁊ non cessauit eius infirmitas augmẽtari donec fuit completa cõiũctio veneris cũ ioue gradu ꝑ gradũ incõtinẽti qñ fuit venus sepata a ioue ꝑ vnum minutũ incepit infirmus alleuiari ⁊ incepit quiescere ⁊ diminutus est dolor eius.¶Et dixit idez phs ꝙ si ven⁹ esset iuncta marti ⁊ nõ ioui ꝙ moreret infirmus nisi mars qui erat dominus domus quarte reciperet venerem ⁊ ipsa non reciperet eum:quia si ipsa reciperet martem videretur ꝙ infirmus ille reciperet mortez ⁊ moreret: quoniaz mars habet significare rem de qua est questio videlicet mortem:quoniam dominus ascẽdentis vel luna semper quãdo iungunt ambo vel vn⁹ eorum dño rei quesite, perficit res illa de qua fit interrogatio:maxime si receptio interueniat:iudiciuz enim mortis non est ex toto sicut iudicium aliaruz rerum. quia si dominus ascẽdentis vel luna iungit dño octaue domus sine receptione significat mortez nisi dñs octaue domus recipiat dominum ascẽdentis vel lunam:⁊ dominus ascendentis non recipiat eum neqꝫ luna. Sed si dñs ascendentis vel luna recipiat dñm octaue significat mortem siue dominus octaue recipiat dominum ascendentis vel lunaz siue non. Mors enim non est sicut sunt alie res quia quando significat mors non aspicit vtruz mutetur res postquã euenerit an non:nullus enim significatorum potest mutare vel destruere mortez postquã peruenit in actuz. Sed alie res mutant ⁊ destruunt: aliquãdo etiam postq̄ꝫ fuerint ꝑfecte. Nam quãdo dñs ascẽdentis vel luna iungunt dño rei quesite vel dñs rei quesite iungit dño ascẽdẽtis significat effect⁹ rei illius. Sed licet ꝑficiat aliquãdo sicut superius dixi tibi:postea domin⁹ rei q̄site iungit malo impedienti eũ cui ipse cõmittat dispositionẽ destruit res postq̄ꝫ fuerit ꝑfecta:sꝫ in morte nõ põt hoc accidere ꝙ destruat postq̄ꝫ fuerit ꝑfecta:qm̃ ipsa soluit oẽm q̄õnem:⁊ est ei⁹ snia talis a qua non põt appellari. De sanitate aũt seu liberatione nõ est ita:qꝛ si planeta aliquis significauerit liberationem infirmi ⁊ postea fuerit iunct⁹ malo planete qui impediat eum ⁊ cõmittat dispositionẽ suaz illi destruet res postq̄ꝫ videbit directa ꝙ debeat ꝑfici.s.liberatio infirmi. Vñ ille qui videt debere liberari põt mori postq̄ꝫ videbit debere posse euadere sed ille qui est moriturus nõ potest reuiuisci post mortem quicquid receptor dispõnis videat postea significare. ¶Considerabis etiã dñm domus significãtis ĩfirmum in qua ꝑte figure inuenies ipm̃ vtrũ.s.in prima quarta seu in secũda seu in tertia siue in quarta ⁊ oꝑare ꝑ ipm̃. Quẽ si inueneris in prima.4.figure significat eũ q̄rere de egritudine que iaz fuit. Si aũt fuerit in secũda q̄rta significat eũ q̄rere de egritudine que nunc est. Si vͦ fuerit in tertia quarta significat eum q̄rere de egritudine futura vel de recidiuatione:qm̃ significat eũ recidiuaturũ. At si fuerit in vltima q̄rta significat eum querere de egritudine cronica.s.que iaz fuit ⁊ nunc est ⁊ in antea futura seu duratura est:⁊ eo certius si fuerit iunctus cũ aliquo ex dominis signoꝝ alicuius illaꝝ quartaꝝ in sua quarta.

¶Capitulum.5.vtrum seruus liberetur a seruitute an non.

In ꝑcedenti capitulo dictũ est de infirmo vtꝝ liberet ab infirmitate an non. Restat nũc dicendum in isto capitulo de seruo vtruz liberet a seruitute an nõ:nec incassum qm̃ seruitus grauissime egritudini cõparat:nõ est enim egritudo que posset dici deterior illa que semꝑ vbiqꝫ ⁊ idifferẽter atqꝫ cõtinue affligit:nulla egritudo enim est quin aliquali affligat interuallo vel aliquali quiete ꝑter seruitutez in illa enim interuallũ vel quies non iteruenit. Vñ si pro seruo tibi questio aliqua moueat:vt si seruus dicat absolute vide si liberabor a seruitute an nõ:tũc prima dat seruo ⁊ dominus ascẽdentis ⁊ luna similiter:decima vero dat domino eius qualiscũqꝫ fuerit domin⁹:etiã si sit alias vilis ꝑsona:aspice tũc dominum ascendentis pro seruo ⁊ vide si ipse sit iunct⁹ domino decime domus ⁊ sit ꝯiunctio ꝑfecta siue sit corporalis siue aspectualis qualiscũqꝫ fuerit aspect⁹ siue cum receptione siue sine receptione:⁊ sit cõiunctio completa gradu ꝑ gradum ⁊ minuto ꝑ minutum:dic ꝙ liberabit a seruitute illa ⁊ leuiter ⁊ in breui. Si vero fuerit sepat⁹ domin⁹ ascẽdẽtis a dño decime dom⁹ ꝑ vnũ minutũ vel ꝑ plus significat hoc ꝙ iam sit liberat⁹ a seruitute. Si vͦ non fuerit de dño ascẽdentis qd̄ dixi tibi aspice tunc significatricẽ videlicet lunã ⁊ iudica ſm illud qd̄ dixi tibi de dño ascẽdentis. ¶Si quidem nõ fuerit de dño ascendentis neqꝫ de luna quod dixi tibi.s.ꝙ neuter eorum sepet a dño decime dom⁹:aspice iteꝝ eos:⁊ si iueneris eos vel alteꝝ illorum iunctum cũ sole vt dictũ est cũ domino decime vel ab eo separatũ ꝯditionib⁹ ꝑmissis idem iudicabis de ipsis cum sole quod iudicasti cũ domino decime. ¶Si vͦ interrogatio eius fuit determinata ⁊ nõ absoluta vt si dicat liberabor a seru

tute domini mei in qua suz siue egrediar de potesta
te sua siue nõ: aspice tũc dñm ascẽdentis ꝛ vide si ipse
fuerit cadens ab angulo ꝛ non aspexerit ascendens:
nec fuerit iunctꝰ planete in angulo nec qui aspiciat
ascendens: vel fuerit in tertia vel in nona vel fuerit
iunctus planete in eis dic ꝙ liberabiť a seruitute il-
la ꝛ exibit de potentia domini sui: ꝙ si nõ fuerit ita
de domino ascendentis si fuerit de luna illud idem
iudicabis. ¶Si vͦo fuerit dominus ascẽdẽtis vel lu
na in ascendente vel in decima vel quarta vel septi-
ma vel fuerit aliquis eorum iunctus alicui planete
in eis nõ liberabiť si ille cui iungiť dñs ascẽdẽtis vel
luna fuerit directus. ¶Si vͦo fuerit retrogradus si-
gnificat liberationez sed cũ tarditate atqꝫ labore ma-
ximo ꝛ inuolutione atqꝫ dilatione. ¶Si aũt fuerit
dñs ascẽdẽtis impeditꝰ in ascẽdẽte vel in decima vel
septima vel in q̃rta p ꝯiunctionẽ corporalẽ alicuius
mali planete vel p eiꝰ oppositionẽ vel q̃dratũ aspe-
ctum: aut si ingrediť in cõbustionẽ nõ liberabiť a ser
uitute illa nisi p mortem que soluit oẽm laqueuz so
lutione praua.

¶Caplm. 6. vtrũ dñs alienet seruũ.

SI quid est seruꝰ aliqñ sperãs vel forte timens
ne dñs suus vendat vel alio mõ alienet eum
quesierit dicẽs dñs meus apud quẽ suz est mihi bo-
nus vel alter ad quem sum iturus est mihi melior:
aspice tũc dñm prime domus qui si fuerit iunctus
alicui planete qui recipiat eum de signo in quo est
p domũ vel exaltationẽ vel p duas de alijs dignita
tibus minoribus: nec dominus septime fuerit rece-
ptus ille apud quem est ꝛ in cuius potestate seruus
est ei melior. ¶Si vͦo dominus septime fuerit rece-
ptus ille ad quez sperat ire est ei melior. ¶Preterea
considera dñm ascendentis ꝛ lunã: ꝛ vide a quo se-
parať aliquis eoꝝ: ꝛ vide cui iungiť si separať a for-
tuna ꝛ iungiť malo ille cuz quo est ei melior. ¶Si
vero separeť a malo ꝛ iungiť fortune ille ad quẽ in-
tendit ire est ei melior. ¶Si autez sepeť aliquis eoꝝ
dñs. s. ascendentis vel luna a fortuna ꝛ iungať fortu
ne vterqꝫ erit ei bonus: sed si fuerit esse vnius fortu-
ne melius q̃ꝫ esse alterius ꝭm illud iudica. ¶Si vͦo
sepať a malo ꝛ iungiť malo vterqꝫ erit ei malus ꝭm
ꝙ vnusq̇sqꝫ illorum fuerit dispositus. ¶Et si nõ in
ueneris ꝙ dñs ascẽdentis vel luna iungať alicui pla
nete si fuerit vterqꝫ vacuus cursu vide signũ in quo
est ipse. s. dñs ascẽdentis vel etiaz luna si habet in eo
dignitatẽ maiorem q̃ꝫ in septima vel in secunda do
mũ. s. vel exaltationẽ vel terminum vel triplicitatem
vel faciẽ dñs cuz quo ipse est erit ei melior. ¶Si vͦo
habuerit maiorẽ dignitatẽ in secũda vel in septima
q̃ꝫ in signo ascendente alter dominus est ei melior
q̃ꝫ primus.

¶Caplm. 7. de seruo emẽdo vel de quocũqꝫ paruo
aiali vel ancilla.

DIctũ est de seruo vtrum libereť a seruitute an
nõ. Restat dicendũ in hoc capitulo de seruo
emendo: ꝛ cum dico de seruo potes idem intelligere
de quolibet aiali paruo qd̃ nõ equitať ꝛ significať p
sextã domũ. Unde si aliquis sollicitabiť circa seruũ
ꝛ voluerit ipm emere ꝛ fecerit tibi questionẽ vtruz
cõpleať ei emptio illius serui quem emere intendit
an nõ: aspice dñm ascẽdentis ꝛ significatricez que est
luna qui sunt significatores interrogantis: ꝛ vide si
fuerint iuncti ambo vel vnus eoꝝ dño sexte domus
vel dñm sexte domus dño ascẽdentis: aut si inuene
ris aliquẽ planetam qui transferat lumen iter dñm
ascendentis ꝛ dñm sexte: dic ei ꝙ acquiret seruuz de
quo ipse querit seu animal de quo ipse interrogat
ꝛ quod significať p sextam domũ. ¶Si vͦo nõ inue
neris dñm ascẽdẽtis iunctũ dño sexte vel lunam vel
econtra: nec inueneris planetam qui trãsferat lumẽ
inter eos nõ acquiret seruũ seu aial de quo ipse di-
cit. Si aũt fuerit interrogatio de ancilla emenda di-
xit sarcinator ꝙ tu debes tunc ponere duodecimã
pro ancilla. ¶Arastellus vͦo dabat sextam tam an-
cille q̃ꝫ seruo. Intentio vͦo arastelli erat quando fie-
bat mentio de ancilla simpliciter prout ipsa erat de
capitulo seruorũ. Intentio vͦo sarcinatoris erat ꝓut
ancilla esset vxor serui quez intẽderet aliquis emere
qm̃ si sexta significat seruum eius opposita significat
vxorem serui que est duodecima: ꝛ sic vtriqꝫ benedi-
xit. Unde si fiat questio de ancilla ꝓut ipsa est de ge-
nere seruoꝝ ita potes ei dare sextam sicut seruo. Si
vͦo querať de ipsa prout ipsa est vxor serui de quo fit
questio tu potes ei dare duodecimã. Potes etiam
dare illi duodecimã alia de causa vꝫ qñ aliq̇s petit
ab aliquo ancillam prima dať querẽti septima dať
illi a quo petiť ancilla: sexta a septima que est duo-
decima a prima dať ancille illius a quo ipsa petiť ꝛ
etiã p illũ eũdẽ modũ posses tu dare. 12. seruo. Uñ si
fiat tibi q̃stio de ancilla ꝛ fuerit q̃stio absoluta sicut
dixi tibi supius in liberatione serui tũc dabis ei sex-
tam. Si vͦo fuerit q̃stio de ancilla ꝓut ipsa est vxor
serui tũc dabis ei. 12. Et si inueneris in pͥma ꝯditiõe
dñm ascẽdẽtis vel lunã iungi cũ dño sexte vel dñm
sexte cũ dño ascẽdẽtis dic ꝙ adipisceť ancillã de qua
dicit. Siq̇dẽ inueneris in scd̃a ꝯditione dñm ascen-
tis vel lunã iungi cum dño. 12. vel dñm. 12. cũ eis iu
dica illud idem. Silr̃ si aliquis planeta transtulerit
lumen inter eos significabit adeptionem illius sicut
dixi tibi de seruo.

¶Caplm. 8. vtrum dominus adipiscať bona serui
vel ancille.

IN hoc capitulo restat dicere vtrũ bona serui
ꝓuentura sint ad manꝰ dñi eius an non: fuit
enim defunctus q̇daz seruus cuiusdã viri q̃siuit ille
cuiꝰ fuit seruus vtrũ esset adepturus reliquias illiꝰ
serui: vide si fiat tibi talis questio: tu debes tũc aspi-
cere dominũ ascẽdentis ꝛ lunã ꝛ videre si ipsi ambo
vel alter eoꝝ tm̃ iungať dño. 7. domus que habet si-
gnificare substãtiã serui qm̃ ipsa est scd̃a a sexta que
significat seruos ꝛ. 7. substantiã eoꝝ dic ꝙ acquiret
ille dñs substantiam quesitam. s. que fuerit serui sui:
ꝛ illud idem dic si dñs. 7. fuerit iunctus dño prime
domus. Silr̃ si dominus ascẽdentis vel luna fuerit
in septima vel si dñs septime fuerit in ascẽdente vel
etiam in secũda: sed illud non est ita tutũ: qm̃ si esset
tunc impeditꝰ dñs secũde vel recipet eum dñs septi
me nec dñs secũde recepit eum posset dñs patiꝰ detri
mentuz in sua substantia causa recupandi substan-
tiam serui. Similiter si aliquis planeta transferat lu
men inter dñm ascendentis ꝛ dñm septime adipisce
tur dñs substantiam serui p manꝰ alicuius qui itro
mittet se de illa.

¶De septima domo.

¶Caplm primũ de ꝯiugio vtrum pficiať aut non.
Et si fuerit pfectũ q̃uo erit: ꝛ si nõ fuerit pfectuz quid
impediet ꝙ non pficiať.

SI fuerit ibi facta q̃stio de mr̃imonio vtrũ pfi-
ciať an nõ: ꝛ si dꝫ pfici ꝛ volueris scire p quez
modũ pficieť: ꝛ si nõ debeat pfici ꝛ volueris scire cãm
que ipediet illud vt nõ pficiať: aspice tũc ascendens

⁊ dn̄m eius ⁊ lunam qui sunt significatores querentis ⁊ septimā ⁊ dn̄m eius qui sunt significatores q̄siti quoniam ita bene potest mulier querere de viro sicut vir de muliere ⁊ vide qualr̄ ⁊ q̄uo se aspiciant. Si qdem dn̄s ascēdentis vel luna fuerit iunct⁹ corporalr̄ dn̄o septime si fuerit vir qui querit adipiscet mulierem: si fuerit mulier que querit adipiscet virū ⁊ ꝑficiet m̄rimoniū. Si v̄o aspexerint se a trino vel sextili aspectu ꝑficiet silr̄ m̄rimoniū siue cū receptione siue sine receptione sit ille aspect⁹ seu ꝯiunctio corporalis. Si v̄o fuerit aspectus ex oppositione nō ꝑficiet nisi receptio interueniat: nec erit de eo spes. Si vero fuerit aspect⁹ quartus cum receptione ꝑficiet licet sit in eo aliqua dilatio. Si autem fuerit sine receptione erit spes de ipso vt ꝑficiat ⁊ credet firmiter ꝙ ꝑficiat: nec tn̄ ꝑficiet nisi esset forte sicut fit aliqn̄ ꝙ illi qui habent rem in manu ꝙ possunt eam facere sint ita amici querentis ꝙ faciant vnitionem tunc forte posset res ꝑfici ⁊ vix tamen. ¶ Eodem modo si dominus septime fuerit iunct⁹ dn̄o ascēdētis predictis ꝯiunctionibus. Similiter etiā si dn̄s septime fuerit in ascendente complebit matrimoniū cum leuitate atq; sine importunitate ⁊ erit magis volūtas mulieris q̄z viri si vir querat. Si vero mulier querat erit magis voluntas viri q̄z mulieris. Si aūt non aspexerint se significatores sed erit aliquis planeta qui transferat lumen inter eos fiet res per manus quorundam qui se intromittent de re illa: ⁊ vide cuius domus sit dominus ille planeta qui transferat lumen inter eos quia per illum qui significat per illaz domuz fiet res. Et si fuerit planeta masculinus erit vir: si fuerit femininus erit mulier. Deinde prospice planetam qui transfert lumen seu dispositionez iter dn̄m ascendentis ⁊ dn̄m septime vel cui ipsi cōmittunt dispositionem dn̄s. s. ascēdentis vel luna ⁊ dominus septime si fuerit liber ab impedimētis ꝙ nō sit retrogradus neq; combustus neq; cadens ab angulis vel ab ascendente: nec sit obsessus a malis nec in eorum oppositione vel eorum quarto aspectu sine receptione ꝙ si sic fuerit dic ꝙ res illa ꝑficiet ⁊ durabit: si fuerit fortuna ille receptor dispositionis seu translator luminis ⁊ fuerit liber ab impedimentis supradictis durabit matrimonium in bono esse ⁊ tranquillo ⁊ vtili ⁊ benigno. Si vero fuerit malus licet inueniat liber ab impedimentis supradictis ⁊ licet significet perfectionem matrimonij ⁊ eius durabilitatem tamen erunt inter eos plures contentiones ⁊ plures altricationes ⁊ plura iurgia licet non semꝑ. Et erunt susurrationes ille magis ex parte illius cui⁹ significator fuerit malus siue viri siue mulieris sit significator ille malus: ⁊ fortasse celebrabit diuortium inter eos occasione illarum susurrationum. Si v̄o fuerit ille receptor dispositionis vel trāslator luminis īfortuna ⁊ malus destruet res postq̄z credet ⁊ putabit directa: ⁊ destruet destructione mala ita ꝙ surgent inde maliuolentie ⁊ contentiones atq; inimicicie. Si v̄o fuerit fortuna ⁊ fuerit impedita impedimētis supradictis vel aliquo ipsoꝝ itellige in quolibet casu non ꝑficiet res etiaz postq̄z putabit directa sed nō surgent inde inimicitie neq; cōtentiones. Et si surrexerint nō erunt durabiles imo forte discendent ambe partes a ꝓposito de plano ⁊ cōmuni voluntate.

¶ Caplm̄. 2. qd erit q̄d impediet matrimonium.

Si vero volueris scire causaz quare fiat illa destructio postq̄z putabit matrimoniū directuz aspice tūc quis est ille malus qui impedit receptionem dispositionis significatorum viri ⁊ mulieris. ¶ Si fuerit dominus secūde domus erit causa substantie querentis quia forte ꝙ diceret alteri parti ꝙ sit pauꝑ. ¶ Si fuerit dominus tertie erit causa fratrum querentis: ⁊ si non habuerit fratres erit ꝑ aliquod de illis que significant per tertiam domum. ¶ Et si fuerit dominus quarte erit causa patruz vel ꝑ aliquod de illis que significant ꝑ quartaz domū. ¶ Et si fuerit dominus quinte erit causa filiorum: quia forte dicit ꝙ habebit querens filios ⁊ ita remanebit res illa de causa: ⁊ si filios non habuerit erit quia nō est aptus ad habendum filios: sicut sunt aliquādo aliqui que non gignunt: ⁊ mulieres que nō concipiunt vel que transiuerunt tempus concipiendi: vel causa ꝙ mulier habuerit alium viruz vel erit per aliquod de his que significant ꝑ quintā domū. ¶ Et si fuerit dominus sexte erit causa infirmitatis querentis: ꝙ si non habuerit infirmitatem erit per aliquod de illis que significant ꝑ sextam domum. ¶ Et si fuerit dominus octaue erit causa discretiōis dotis mulieris: vel forte quia morief querēs anteq̄z ꝑficiat matrimoniuz quod poteris ꝑpendere si dn̄s ascendentis impediat a domino octaue domus vel iungat ei vel ipse illi ⁊ recipiant seinuicez sicut dicet in capitulo qn̄ de morte tractabit vel erit ꝑ aliquod de his que significant ꝑ octauam domū. ¶ Et si fuerit dominus none erit causa alicui⁹ religiosi vel forte ꝙ querens aliqn̄ fuit religiosus vel ꝙ assumet sibi aliquem habitū alicui⁹ religionis: vel erit ꝑ aliquod de his que significant ꝑ nonaz domū. ¶ Et si fuerit dn̄s decime erit cā regis vel potestatis vel alicui⁹ magni nobilis vel alicui⁹ officij laicalis quod euenerit querēti vel ꝑ aliq̄d de illis que significant ꝑ decimā domum. ¶ Et si fuerit dn̄s. 11. erit cā alicui⁹ amici qui disturbabit rem illā vel ꝑ aliquod de his que significant ꝑ vndecimā domū. ¶ Et si fuerit dn̄s. 12. erit cā ifirmitatis quesiti vel q2 sit de vili natione vel ꝑ aliq̄d de his que significant ꝑ. 12. domum. ¶ Et si fuerit ille planeta qui transfert lumē inter dn̄m ascēdentis ⁊ dn̄m. 7. nālr̄ malus erit detrimētū ⁊ destructio ex ꝑte illoꝝ q se intromittunt de re illa ⁊ qui videnf velle ipsam ꝑficere.

¶ Caplm̄. 3. qualr̄ se habebūt simul.

Licet tetigerim tibi aliquid superius qualiter se habebunt vir ⁊ vxor erga seinuicem si ꝑfectum fuerit matrimonium: dicam tibi tamē adhuc suꝑ illo eodez nec est res que videat mihi diminuenda: ⁊ est vt aspicias si dominus ascendentis iungat dn̄o septime vel dn̄s septime domino ascēdētis a trino aspectu ⁊ cū receptione semꝑ viuent simul dum durauerint ambo in bono ⁊ pacifico esse ⁊ ꝯcordia que nō disturbabit aliquo modo: ⁊ semꝑ volet vn⁹ quod volet alter. ¶ Si v̄o fuerit coniunctio a trino aspectu sine receptione vel a sextili cū receptione erit quasi illud idem: erunt tamen aliqn̄ iter eos alique leues contentiones seu altricationes sed neuter curabit de ipsis nec tenebit eas cordi. ¶ Si vero fuerit cōiunctio a sextili aspectu sine receptione vel a quadrato cum receptione significat etiam concordiam ⁊ bonum esse inter eos: sed erunt pluries inter eos discordie ⁊ contentiones sed non erunt diu durabiles. ¶ Et si fuerit luna iuncta planete in cuius domo fuerit vel in cuius exaltatione erit illud idem

Si vero fuerit aspectꝰ ex oppositione significat mul
titudinē discordiaꝝ ⁊ ꝯtētionem inter eos sepe ⁊ se-
pius ⁊ diu durabiliū ⁊ rarissime bñ hēbūt simul. Et
silr̄ si fuerint iuncti corporalr̄ in vno signo ita ꝙ sfue
rit inter eos minꝰ gradibꝰ q̄ȝ sit quātitas orbis vniꝰ
eoꝝ illius. s. qui habuerit minorē orbē. ¶ Post hoc
aspice dñm ascēdentis ⁊ dñm septime qs eoꝝ fuerit
ponderosior vel fuerit in angulo: q2 ille dñabit cuiꝰ
significator fuerit sic hoc est si significator viri fuerit
in angulo vel fuerit magis pōderosus ⁊ significator
mulieris fuerit cadens ab angulo ⁊ magis leuis: q2
dñabit vir mulieri ⁊ maxime si significator mulieris
iungat significatori viri. Si v̄o significator viri fue-
rit cadēs ⁊ fuerit leuior ⁊ iungat significatori mulie-
ris dñabit mulier viro ⁊ ꝑerit ei. Si v̄o nō fuerit ali
qs eoꝝ in angulo nec fuerit vnꝰ iunctꝰ alteri predña
bit ille cuius significator fuerit ponderosior: ⁊ qcūqȝ
eoꝝ fuerit petens ꝯiunctionē alteriꝰ vel fuerit cadēs
⁊ alter in angulo vel in succedēti angulū ille erit sub
iectꝰ alteri siue sit significator viri siue sit significator
mulieris ille debilior nisi aliqs planetaꝝ abscindat
lumen eoꝝ vel ꝓhibeat eoꝝ ꝯiunctionē sicut dictuȝ
est in tractatu de ꝓhibitione ꝯiūctiōis seu luminis.
¶ Silr̄ si sol fuerit ipeditꝰ deteriorabit esse viri. Si
v̄o venꝰ fuerit ipedita ipediet ⁊ deteriorabit eē mu-
lieris. Si aūt luna fuerit impedita significabit ipedi
mentum ⁊ deterioramentū eē viri ⁊ mulieris: etiaȝ
si cōiter vellent bñ gaudere ⁊ bñ hr̄e simul nō pote-
rūt ⁊ vt multū isortunabunt ambo. Silr̄ si luna fue
rit ipedita ⁊ asperexerit ascēdens: vel fuerit aliqs malo
rum in ascēdēte erūt iter eos ꝯtentiones ⁊ discordie
que accidēt ex ꝑte querentis. Si v̄o fuerit malus in
septima accident ex ꝑte q̄siti: ⁊ erit occasio ꝯtentiōis
⁊ discordiaꝝ occasione significatoꝝ illiꝰ domꝰ cuiꝰ fue
rit dñs ille malus qui fuerit in ascēdēte vel in septi-
ma vt si fuerit dñs secūde domꝰ erit cā substantie: si
fuerit dñs tertie erit cā fratrū: ⁊ ita intellige de oibꝰ
alijs domibꝰ vniuscuiusqȝ b̄m substātiam suam.
¶ Caplm̄ quartum de muliere vtrū sit corrupta vel
virgo vel habeat amasiū vel alium quē ipsa diligat
preter virum si fuerit nupta vel preter amasium si
habuerit illum.

SI aliqs forte volens ꝯtrahere matrimonium
cū aliqua muliere fuerit suspicatꝰ eam nō esse
virginē: q2 forte aliq dixerūt ei malum de ipsa sicut
multotiens fieri ꝯsueuit q̄nqȝ cā inuidie: q̄nqȝ causa
disturbādi mr̄imoniū vt nō cōpleat: vel forte aliqs
qui petijt ab ea aliqd incestū qd ipsa noluit ei facere
⁊ voluerit de hoc certificari: ⁊ ad te q̄onē moturꝰ ad
uenerit vtrū illa mulier sit virgo an nō: cōsiderabis
tūc ascēdēs ⁊ dñm eius ⁊ significatricē que est luna
quāqȝ nō hȝ in isto casu q̄rens domū que significat
euȝ nec planetā pro significatore ⁊ vide si ambo fue-
rint in angulis ⁊ signis fixis: dic ei ꝙ mulier sit vir-
go ita ꝙ nullū viciū corruptionis est in ea: ⁊ si aliqd
malū dr̄ de ipsa nō credat illis qui dicūt q̄m omnes
mentiuntur: ⁊ nihil imūdicie posset in ea repiri nec
etiā fuit ab aliquo temptata. ¶ Si v̄o dñs ascēdētis
⁊ luna fuerint in signis fixis ⁊ anguli fuerint signa
mobilia fuit tēptata sed non acqeuit v̄bis tēptatoꝝ.
Si aūt luna fuerit iuncta saturno vel ioui vel marti
vel soli corporalr̄ vel ꝑ aspectum ita ꝙ sint inter eos
qnqȝ gradus vel minꝰ tēptat ab aliquo qui gerit ef-
figiē illiꝰ planete cui ipsa iungit. ¶ Si v̄o luna iun-
gat veneri vel mercurio temptat ab aliq̄ muliere ꝓ
aliquo viro nec tamen curat nec acquiescet verbis

ipsius: sed facit derisionē de illa temptatrice. Si ve-
ro luna fuerit separata a planetis supradictis ꝑ tria
minuta est mulier cū temptatrice vel alijs temptan-
tibus irata ⁊ destiterūt a temptatione illa. Si v̄o an
guli fuerint signa fixa ⁊ dñs ascendentis ⁊ luna fue-
rint in signis mobilibꝰ vel cōmunibꝰ: sed cōmunia
minꝰ important q̄ȝ mobilia fuit temptata ⁊ adhuc
temptat: ⁊ aliquando sustinuit ꝙ dicebat ei per mu
lieres temptatrices: nec tamen acqeuit eis: sed perse-
uerat in sua virginitate. ¶ Si autem fuerit domi-
nus ascendentis vel luna in signis mobilibus vel
fuerint ambo in cōmunibus ⁊ luna fuerit iuncta cū
aliquo predictorum planetarum masculinorū iam
amplexatus est eam ⁊ osculatus quidam qui gerit
effigiem illius planete cui iungitur luna ⁊ tetigit il-
le pudibunda mulieris: ⁊ etiam posuit virilia sua
iuxta illa: ⁊ fuit res tantum ante ꝙ credidit ille se co
gnouisse eam: ⁊ ipsa fuit delusa ita ꝙ expirauit eius
virginitas: tamen non credidit se perdidisse eam:
quia non compleuit illud verecunduȝ ex parte sua:
⁊ sic quod factuȝ est fuit causa mali exempli. Et hu-
iusmodi talia consueuerunt euenire quando homi
nes habent multam domesticitatem cum mulieri-
bus vel frequentant eas multum: vel aliquando in
magnis conuiuijs: vel eundo ad viridaria: vel quā-
do vadunt mulieres ad festiuitates longinquas vel
remotas a ciuitatibus ⁊ similia. ¶ Si autem fuerit
tunc luna cum capite draconis fuit res in tactu sed
non in perfectione nec perdidit virginitatem illa de
causa. ¶ Si vero fuerit cauda draconis in loco capi
tis ⁊ ante rea ⁊ nunc rea nec in futurum expers cri-
minis iudicetur. Et illud idem potest dici de marte
si fuerit in loco capitis preter ꝙ mars non imponit
tantam maliciam in muliere quantaȝ imponit cau
da. ¶ Si vero fuerit luna iuncta veneri conditioni-
bus predictis de signis ⁊ angulis non videt ꝙ com
pleuerit actum: sed non stetit per eam: ⁊ videtur esse
aliud de ipsa: quoniam videtur amare puellas ⁊ fri
care se cum eis ⁊ sodomiçat cum eis ⁊ complet vere-
cundiam suam contra naturam. ¶ At si luna fuerit
impedita in vltima facie geminorum iam corrupit
se mulier proprijs manibus ⁊ deuirginauit semet-
ipsam. Si auteȝ fuerit impedita in vltimo termino
dicti signi significat ꝙ mulier perseuerat in malicia
illa. Et si fuerit ascendens signum mobile aut com-
mune: vel fuerit dominus ascendentis ⁊ luna in si-
gnis mobilibus vel communibus iam accepta est
virginitas mulieris serio ⁊ ea volente: ⁊ etiaȝ si non
esset ea volente: tamen deuirginata est. Et si fuerit
ascendens signum fixum ⁊ dominus ascendētis in
signo fixo: licet sit luna in signo mobili vel cōmuni
vel fuerit luna in signo fixo: licet dominus ascendē-
tis fuerit in signo mobili vel fuerit ascendens signū
mobile vel cōmune: tamen nō perdidit mulier suaȝ
virginitatem: possetꝰ esse forte ꝙ aliquis per violen-
tiam appropinquit virilia sua iuxta pudibūda mu
lieris ⁊ spermatiçauit ibi nō tamen corrumpit eam.
¶ Et si fuerit dominus ascendentis vel luna com-
bustus in signo mobili fuit mulier oppressa ⁊ fuit
accepta virginitas eius per violentiam. Et si fuerit
illa combustio in signo fixo fuit oppressa ⁊ voluit ali
quis eam corrumpere: nec tamen dimisit se corrum-
pi. ¶ Et si fuerit luua in ascendente cum saturno ⁊
menses. Si vo fuerit excedens annum deponet infra. 8. menses post annum. Si vero fuerit coniūctio eorū in ariete vel cancro vel libra vel capricorno ⁊ fuerit officiū seu regimen annuū deponet infra. 5. mēses. Si aūt fuerit excedēs annū deponet īfra. 10. menses. Si vero iūgatur alteri planete luna qui sit impeditus qualiscūqꝫ fuerit ipse a malis vel fuerit combustus. Uide quot gradus sint inter ipm ⁊ malum qui impedit eum vel iter ipsuz ⁊ gradū in quo pficit eiꝰ cōbustio. s. in quo gradu ipse vniat soli qꝛ ifra tot mēses deponet si fuerit regimē vniꝰ anni. Si aūt fuerit regnū qđ credat ppetuū vel lōgeuū deponet ifra tot annos. Si aūt luna fuerit recepta in loco in quo fuerit significat etiam ꝙ stabit in regimine p vnū annū. Et si non fuerit recepta ⁊ fuerit in exaltatione alicuiꝰ planete: ⁊ ille cuiꝰ fuerit exaltatio fuerit receptus de loco in quo fuerit significat simılr morā in regimine seu regno per vnū annuz: ꝙ si nō fuerit luna recepta nec dn̄s exaltationis loci in quo fuerit significat remotionem, siue depositionem a regeno siue officio.

¶ Si regnabit scđo anno.

Cumqꝫ inueneris ꝙ ipse sit moraturꝰ in regno per vnū annū vide quādo complebit annus ille: eritqꝫ illiꝰ complemētū quādo sol redibit ad idē pūctum in quo erat quando surrexit rex siue rector ille: hoc est quādo itrauit regimē illud ⁊ assumpsit dominiū seu magistratū illius: erit enim annus tūc completus quādo circuiuerit. 360. gradus itegros: ⁊ tūc incipiet annus secūdus quādo ipse iceperit introire illud idem minutū quod intrabat quādo cepit regnū seu regimē illiꝰ. ¶ Uerbigratia: erat sol in principio primi minuti. 5. gradus tauri: ⁊ trāsiuerat iam de illo minuto. 4. secūda quando sol circuierit totū çodiacū ⁊ puenerit ad. 4. secūduz primi minuti. 5. gradus tauri tunc erit completus annis ⁊ quādo tetigerit quintum secūdum quinti gradus tauri tūc icipiet alius annus ⁊ ille erit secundus annus post primum. Equa ergo planetas ad illam horam ⁊ ad illud minutum hore: ⁊ verifica cuspides. 12. primam. s. ⁊ decimā ⁊ ceteras domos: ⁊ tūc poteris scire vtrum sit mansurus in regno illo in secundo anno aut non ⁊ quid debeat ei accidere in anno secundo: ⁊ ita fac in ceteris annis si videris ꝙ ipse sit plus moraturus in regno.

¶ De tertio anno.

Et vide simılr vbi sit dn̄s illiꝰ hore. s. ascendentis reuolutionis anni qꝛ per ipm sciet si dictꝰ promptꝰ remanebit in suo regimine iteꝝ in alio anno an nō. Nam si ipse fuerit bene dispositus ⁊ liber ab impedimētis maloꝝ significat ꝙ iteꝝ stabit alio anno. Et ita intelligas in qualibetꝫ reuolutiōe: quoniaz semp qn̄ dn̄s ascēdētis reuolutiōis fuerit liber ab impedimētis maloꝝ significat ꝙ ille remanebit iteꝝ in alio anno in regimīe illo. Si autem luna fuerit iūcta planete qui eam recipiat vide si ille receptor fuerit liber a malis: qm̄ si fuerit liber significat ꝙ ille sit moraturꝰ in regimīe illo plus qꝫ fuerit cogitatū a pricipio qn̄ fuit electꝰ in regimīe illo: ꝙ si nō fuerit liber vide quot gradibus distet a gradibꝰ maloꝝ ipedietiū ipꝫ vl ab eoꝝ aspectu gradu p gdū ⁊ tolle ipꝫ numerū ⁊ serua illud: ⁊ tolle numeꝝ annoꝝ minoꝝ dn̄i ascēdētis eleuatiōis regni. Uide quoqꝫ si fuerit ascēdēs eleuatiōis regni aliqua ex domibus saturni adde. 30. super numerum graduum qui sunt inter planetaz que recipit lunā ⁊ gradū mali ipedietis eū. Si fuerit in domibus Jouis adde. 12. si fuerit in domibꝰ martis adde. 15. ⁊ pone gradꝰ distātie supradicte ⁊ annos cuiusuis eorum minores numerum vnum ⁊ reuolue annum ad tot annos supra illum in quo fuerit eleuatio regni ⁊ vide si in anno illo fuerit dn̄s ascendētis illis reuolutionis cōbustus in prima vel. 10. vel. 7. vel ēt. 4. vel fuerit malus supradictus iūctus cū dn̄o. 10. in. 10. qm̄ significat destructionem regni seu terre qđ vel qꝫ habuerit ad regenduz vel ducatus ⁊ similia si significauerit mēses infra tot menses. Si significauerit ebdomadas infra tot ebdomadas. Et si fuerit illa malus in reuolutione illa in prima significat destructionē vicarioꝝ ⁊ suoꝝ officialiuz. Et si fuerit dn̄s prime cōbustus in. 10. significat ꝙ ille promotus morief in regno siue regimine suo Et si fuerit ille malus in reuolutiōe in scđa significat in illo anno destructionē substantie promoti ⁊ subiectoꝝ eius in regno seu regimine illo. Et si fuerit in decima significat perditionē illius dominij ⁊ eius depressionem. Et si fuerit in vndecima significat amissionem ⁊ destructionem reddituum seu exemorum regni illius. ¶ Unde videndum est tibi quis ex predictis planetis altioribus habuerit potestatez in eleuatione siue intronięatione illius dominij: qui si fuerit fortis in prima ⁊ aliqs alius cōmiserit ei dispositionem suam tunc significabit ꝙ illud dominiuz sit duratuꝝ per tot annos quot sunt gradus distantie. ipsius a malo ⁊ anni sui minores. Si vero fuerit debilis hoc est ꝙ non cōmittat ei aliquis planetarum dispositionem suam significabit loco annoꝝ mēses. Et si iterum fuerit magis debilis hoc est ꝙ nō sit in prima nec in aliqua suarū dignitatū nec cōmittat ei aliquis planeta dispositionem suam significabit loco mensium ebdomadas. Et si iterum fuerit debilior. s. ꝙ sit extra dignitates suas nec cōmittat ei aliqs dispositionem suam: ⁊ cum hoc sit retrogradus vel combustus significabit loco ebdomadarum dies.

¶ De infamia eius post casum.

Postqꝫ vero videris consumptionē seu destructionem illius dominij: vide si dominus ascēdentis eleuationis regni vel dn̄s decime euiusdem fuerit retrogradus vel combustus in reuolutiōe anni qui fuerit minatus detrimentum illud: quoniā si fuerit iuxta lineam alicuius angulorum ascendētis reuolutionis illius hoc est tribus gradibus ante vel post. 12. gradibus predicef illud detrimentuz a vulgo diu ⁊ erit in voce populi: ⁊ dicetur ab hominibꝰ illius regionis palam tale quid eueniet nobis ipsi: nescientes tamen quid dicant: sed loquentur quasi per modum propheticum. Si vero fuerit longe a linea anguli quatuor gradibus ante vel. 15. retro eueniet illud malum siue destructio aliquid velocius ⁊ predicetur ⁊ prescietur a quibusdam hominibus regionis illius: sed non ita palam sicut prius. Et si fuerit longe a linea plus quatuor gradibus vsqꝫ ad cōplementum quinti gradus ante vel retro a. 15. vsqꝫ ad complementū ipsius anguli eueniet illud maluz seu destructio subito ⁊ inopinate atqꝫ occulte ⁊ festinanter quasi ex improuiso. Si autem inueneris Jouem in prima vel decima eleuationis regni seu ducatus vel alterius dominij ⁊ habuerit ibi aliquā dignitatem: vel cōmiserit ei aliquis planetarum suam dispositionē in eo significabit ꝙ regnuz siue dn̄ium illud sit duratuꝝ tot annis quot sunt gradꝰ distātie inter planetā recipientē lunā hora eleuationis regni siue dn̄ij: ⁊ malū sicut dictū est superaddito numero

annoꝝ minoꝝ iouis.s.12.Si vͦo fuerit debilis signi
ficat loco annoꝝ menses ⁊c̄.vt dictū est in saturno.
Si vͦo fuerit mars loco iouis ⁊ fuerit fortis ⁊ fortu-
natꝰ vel cōmiserit sibi aliquis de planetis fortitudi-
nem suam significat similr̄ annos ſm numeꝝ supra
dictū.Et si fuerit debilis significabit loco annoꝝ mē
ses ⁊c̄:vt dictū est in saturno ⁊ tanto plus ⁊ deteriꝰ.
Quod si fuerit mars in prima vel in decima ⁊ luna
in quarta vel in septima vel luna in prima vel in de
cima ⁊ mars etiam in quarta vel in septima nisi iu-
piter vel sol aut venus aspexerit ipm vel lunaꝫ signi
ficat tūc destructionem regni seu regionis in quo vel
in qua fuit eleuatꝰ ille ad regendū per iterfectionem
validam ⁊ multam decollationeꝫ ⁊ sanguinis effu-
sionem. Si auteꝫ fuerit ascendens leo ⁊ sol fuerit in
prima vel in decima fortis:vel cōmiserit ei aliqs pla
netaꝝ dispositionem suam significat regnū duratu-
rū.19.annis.Si auteꝫ fuerit sol debilis significat lo-
co annoꝝ menses. Iteꝝ magis debilis significat lo-
co mensiū ebdomadas vel forte dies. Si autem fue
rit ascendens eleuationis siue intronicationis regni
aliqua domoꝝ veneris ⁊ ipsa fuerit in prima vel de
cima fortis in aliqua suaꝝ dignitatuꝫ vel cōmiserit
ei aliquis ex planetis dispositionem suam durabili
tateꝫ illiꝰ regni siue dominij per tot annos quot gra
dibus distiterit planeta predictus recipiens lunam
a gradibꝰ mali impedientis eū superaddito nume-
ro annoꝝ veneris minoꝝ qui sunt octo significabit.
Et si fuerit debilis significat loco annoꝝ menses. Et
si iteꝝ fuerit debilior significat loco mensiū ebdoma-
das.Reuolue ergo annū ad tot annos additos an-
no eleuationis regni seu dominij ⁊ vide si tūc cecide
rit aliquis maloꝝ in prima vel in decima eleuatio-
nis vel reuolutionis qꝛ tūc significat destructionem
regni illius:⁊ etiam ipm eūdem reddit dubiū ⁊ ma-
gnum erit si euaserit. Et si fuerit mercurius loco ve-
neris.s.ꝙ sit ascendens aliqua domoꝝ suaruꝫ ⁊ ipse
sit ita sicut dictū est de venere significabit regnū du-
raturꝝ tot annis quot sunt gradus distantie supradi
cte ⁊ insuper tot mensibus quot sunt anni eius mi-
nores qui sunt.20.quoniam propter sua crebra in-
fortunia combustionis non potest dare annos. Et
si fuerit debilis addet numero annoꝝ distantie loco
mensium ebdomadas vel forte dies.Reuolue annū
ad illud tempꝰ iudica ſm ꝙ iudicasti in facto vene-
ris.Preterea si fuerit mercurius combustus in ali-
quo anguloꝝ in reuolutione illa ⁊ dn̄s decime fue
rit inuentus in oppōne vel quarto aspectu saturni
vel martis vel fuerit ei corporaliter iūctus significat
destructionem illius regni vel saltem depositionem
illius regis.Preterea vide si fuerit tūc mars in reuo
lutione illa in prima vel decia si accidat ei infortuni
um combustionis infra tot menses quot sunt anni
eius minores qui sunt.15.⁊ fuerit completa combu
stio gradu per gradum in aliquo anguloꝝ eleuatio
nis reuolutionis regni significat tūc destructionem
regni seu dominij illiꝰ:⁊ possibile est ꝙ significet de
structionem suijpsius.s.prompti.Quod si fuerit tūc
ascendens cancer ⁊ luna fuerit libera ab impedimē-
tis maloꝝ ⁊ fuerit iūcta domino domꝰ vel exaltatio
nis signi in quo ipsa fuerit significat durabilitatem
regni illiꝰ.25.annoruꝫ numero distantie superaddi-
to. Et si fuerit luna debilis significat loco annorum
menses ⁊c̄.vt dictum est in venere.Aspice similiter si
luna iungit alicui planete cui ipsa cōmittat disposi-
tioneꝫ suam:qui si fuerit combusta in aliquo angu-
lorum significat destructioneꝫ regni siue dominij il-
lius.Et si fuerit receptꝰ ille planeta cui luna cōmiserit
dispositionem ab aliquo septem planetaꝝ significat
durabilitatem regni illiꝰ vsqꝫ ad tot ānos quot sunt
anni minores illiꝰ planete.Et si tūc fuerit receptor il
le debilis significat loco annoꝝ menses ⁊c̄.vt dictum
est in venere.Similiter iudicabis cū peruenerit mars
vel saturnus ad gradum in quo fuerit luna : vel ad
gradum planete cui ipsa cōmittit dispositionem su
am vel ad oppositionem vel ad quartū aspectū ipsi
us gradus:qꝛ tūc significat destructionem regni vel
ad minus depositionem ab eo. ¶Debes etiam sci-
re ꝙ quando aliqs predictorum planetaꝝ significa-
uerit aliquod tempꝰ quod monstret durabilitatem
alicuiꝰ regiminis ad certos annos:⁊ fuerit receptu-
rus impedimentum in aliquo ex signis que fuerūt
anguli in hora eleuationis siue itronicationis regi-
minis in anno alicuius reuolutiōis non debes ob
hoc desperare de depositione illius in anno illo nisi
prius aspicias reuolutionem alterius anni:quo fa-
cto videbis si planeta predictus fuerit liber a malis
⁊ a combustione atqꝫ retrogradatione:qꝛ si sic fuerit
nihilominus perficiet ille suum regimē. Et si fuerit
impeditus aliquo predictorum impedimentorum
significabit impedimentū atqꝫ depositionē a regno
seu regimine illo.Deinde aspice in reuolutiōibꝰ an
noꝝ radios planete qui fuerit dominus reuolutio
nis seu profectionis dando vnicuiqꝫ anno vnum si
gnū:⁊ ſm illud poteris videre quid accidat ei in an
no illo quem reuolueris.Et vide quantū distent ra
dij eius a malis vel radij maloruꝫ ab eo:⁊ ſm mino
rem distantiaꝫ iudicabis. Qui si fuerint in angulis
dabis vnicuiqꝫ gradui distantie mensem si fuerint
in succedentibꝰ dabis vnicuiqꝫ septimanā:si fuerint
in cadentibus dabis vnicuiqꝫ dieꝫ.Unde quot gra-
dus fuerint inter radios illius planete qui fuerit do
minꝰ reuolutionis ⁊ corpus mali vel iter corpꝰ eius
⁊ radios mali qui impediuerit eum tot menses vel
ebdomade vel dies erūt inter horam aduentus illiꝰ
impedimenti venturi in anno illo.¶Et semp fac ei
participes dominū ascendentis reuolutionis ⁊ do-
minum ascendentis eleuationis seu intronicatiōis
regni seu regiminis ⁊ lunam vt si fuerit ille bene di-
spositus ⁊ dominus ascendentis reuolutionis ⁊ do
minus ascendentis eleuationis fuerint bene dispo
siti ⁊ luna similiter significat ꝙ auferēt ⁊ remouebūt
malitiam mali impedientis ita ꝙ parum nocebit.
Et ipse fuerit male dispositus ⁊ alij similiter augmē
tabit malitia mali ⁊ magis impediet ⁊ velociꝰ. Si
quidem ipse bn̄ ⁊ alij male eius bonitatis paꝝ pote
rit ei prodesse.Si vͦo ipse male ⁊ alij bene paꝝ noce-
bit ei sua mala dispositio.Si aūt ipse bene vel male
⁊ vnus alioꝝ bene ⁊ alter male vnꝰ qui bene dispo-
situs adiuuet eius bonitatem ⁊ male dispositus au
get eiꝰ malitiam ⁊ diminuit bonitatem.Et licet di-
xerim tibi dominuꝫ reuolutionis non intelligas ꝙ
ipse sit dominus ascendentis reuolutionis quoniā
vt plurimū ipse est aliꝰ ab eo:qm̄ est dominus pro-
fectionis omni anno ſm vnum signū.Uerbi gratia:
fuit ascendens eleuationis seu intronicationis.10.
gradus pisciū fuit tūc iupiter dn̄s eleuatiōis illiꝰ re
giminis.In sequēti anno fuit mars dn̄s reuolutio-
nis seu profectionis qui est dominus secundi signi
ab ascendente eleuationis.s.arietis. In tertio anno
fuit domina profectiōis venus que est domina ter-
tij signi ab ascendente eleuatiōis scilicet tauri qui est

tertius a piscibus. In quarto ãno fuit dominus revolutionis seu profectionis mercurius qui est dominus quarti signi a piscibus scilicet geminorum. Et ita intelligas successiue ſm dños omniũ signoꝝ vsqꝫ in finem eorũ. Uide etiam si fortune aspexerint eũ quoniam significabit illud bonũ esse regis in anno illiꝰ reuolutionis si dñs ascendentis reuolutiõis fuerit boni esse. Si autẽ non fuerit boni esse erit esse regis vel rectoris infra hoc qꝺ dixi. Et vide vbi fuerint ille fortune aspicientes eũ vel dñm ascendentis reuolutiõis vel eleuatiõis vel dñm decime vtriusqꝫ vel lunam vel cuius domꝰ fuerit dñs quoniam ide eueniet illud bonũ ⁊ illud fortuniũ. Si aũt aspexerint eũ mali ⁊ impedierint eũ vide a qbus domibꝰ impediat ⁊ quaꝝ domoꝝ sint dñi quoniam ide veniet ei illud impedimẽtũ ⁊ illinc eueniet ei illud qꝺ erit causa depositionis sicut a fortunis ⁊ locis eoꝝ eueniet ei causa confirmationis ⁊ stabilitatis eius: ⁊ saluatio lune multũ valet in hoc: ⁊ impedimentum eiꝰ multum nocet. ¶ Unde semꝑ est ponenda in opere tuo: ⁊ semꝑ timeas hoc: quoniam quandocũqꝫ dominus decime reuolutiõis fuerit impeditꝰ retrogradatione vel combustione vel obsessione duorũ maloꝝ semꝑ significat depositionẽ in anno illo verecũdam ⁊ horribilem. Si aũt ipse fuerit liber significat confortationem ⁊ durabilitatem eiꝰ. Et si fuerit oriẽtalis a sole ⁊ fuerit fortunatꝰ ⁊ fuerit de supioribꝰ significat renouationem in regno siue officio illo. Et si fuerit de iferioribꝰ ⁊ fuerit occidentalis ⁊ fortunatus erit similiter. Et si fuerit de supioribꝰ ⁊ fuerit occidentalis significat detrimentũ ⁊ depositionẽ: ⁊ eo fortiꝰ si sol fuerit cadens ab angulis ⁊ luna in septima vel duodecima. Et si fuerit de iferioribꝰ ⁊ fuerit orientalis significat illud idem. Similiter si dñs decime fuerit iunctꝰ cũ domino quarte q̃ꝛ significat depositionem ⁊ malũ: secus tamen erit si dominus q̃rte fuerit iũctus domino decime quoniam tũc significat stabilitatem. Et vide si dominꝰ ascendẽtis reuolutionis anni fuerit iũctꝰ cũ fortunis velꝰ cum malis vel fuerit iuentꝰ in locis in qbus erat horat eleuationis ⁊ iudica ſm illud ⁊ ſm luminare cuiꝰ fuerit auctoritas. Quibꝰ omnibꝰ ⁊ singulis diligenter inspectis ⁊ bene consideratis poteris scire durabilitatem atqꝫ finem simil̾r ⁊ depositionẽ cuiuslibet prompti a regno vel regimine siue officio suo.

¶ De vndecima domo.

¶ Capitulum primũ de fiducia siue spe quam aliqs habet de aliqua re.

QUia spes sit vnũ de his in qbus omnes hoies gaudent ⁊ que faciunt ipsos delectari non est miꝝ si homines habent spem in habendo res quas affectant: ⁊ ob hoc sperãt homines aliqñ habere res q̃s est possibile habere: aliqñ res q̃s est impossibile habere ⁊ vident manifeste ꝙ est ipossibile ꝙ eas habeant: nihilominus tamen eas affectant. Unde si aliquis fecerit tibi qõnem de aliq̃ re quam habere sperat vide si est impossibile non intromittas te de iudicio illo. Si vͦo est de possibilibꝰ aspice ascendens signũ hora qõnis qꝺ prima domꝰ dicit̾ ⁊ dñm eiꝰ atqꝫ lunam ⁊ dominũ vndecime ⁊ vide si dñs prime aut luna iũcti fuerint dño vndecime: vel dñs vndecime iũctꝰ fuerit domino prime corporal̾r significat eũ eẽ adeptuꝝ rem de qua fiduciam habet. Si est ab aspectu vide q̃lis fuerit aspectꝰ: quoniam si fuerit trinus vel sextilis sine receptione adipiscet̾ eam leuiter. Si aũt fuerit cũ receptione adipiscet̾ eã leuissime. Si vͦo fuerit q̃drat ꝰ cũ receptione adipiscet̾ eã: sed non multũ leuiter lꝫ non grauiter. Et si fuerit sine receptione vel fuerit oppositꝰ cũ receptione adipiscet̾ eam cum grauitate. Et si fuerit oppositꝰ sine receptione adipiscet̾ eam cũ grauitate forti q̃si post desꝑationem. Si vͦo dominꝰ vndecime fuerit in ꝑma vel decima vel septima vel q̃rta ⁊ luna fuerit ei iũcta ab aspectibus notis: vel fuerit iũcta alicui planete qui recipiet eaꝫ adipiscet̾ rem de qua fiduciam habet iuxta votũ suum nisi luna cõmittat dispositionem suaꝫ alteri qui sit male dispositꝰ. Nam si luna cõmittat tũc dispositionem suam alicui planete ⁊ ipse fuerit in geminis aut vͥgine vel sagittario seu piscibꝰ significat ꝙ q̃rẽs adipiscet̾ aliquid de re quam sperat sed non tãtũ ꝙ animus suus sit inde contentꝰ: tamen adipiscet̾ illud cũ ꝑuo labore. Si vͦo fuerit in ariete vel cancro vel libra seu capricorno adipiscetur illud: sed qꝺ adeptus fuerit erit paꝝ cũ labore atqꝫ maxima grauitate. Si aũt fuerit in tauro vel leone vel aquario adipiscet̾ integral̾r quod intendit ⁊ sine magno labore. Si vͦo fuerit in scorpione adipiscet̾ sed non penitus ⁊ cũ labore: nisi fuerit tunc a marte recepta: q̃ꝛ si fuerit recepta adipiscet̾ vt in alijs. Et si fuerit impeditꝰ ille cui luna commiserit dispositionem suam significat ꝙ res illa ꝑueniet quasi ad effectũ ⁊ erit vt in fieri ⁊ credetur penitus ꝙ fiat ⁊ forte ꝙ adipiscet̾ eam: tamen destruet̾ post adeptionem vel postq̃ꝫ putabitur directa. Et si non fuerit impeditus sed fuerit in coniunctione alicuius planete qui recipiat eũ significat adeptionem rei ⁊ etiaꝫ perfectius q̃ꝫ crederet interrogator. Illud idem accidet ei si dominus prime fuerit iunctus alicui planete qui recipiat eum.

¶ Capitulum scꝺm vtrũ sit amicus querẽtis ille de quo dicit an non: vel si erit amicus an non.

SUnt aliq homines qui aliquando fingunt se amicos aliorum vel voiũt dicere ꝙ velint fieri eorum amici: illi autem volentes certiorari consulunt astrologum vtrum ita sit an non. Unde si venerit ad te aliquis moturus questionẽ tibi super hoc: aspice primam ⁊ dominũ eius ⁊ lunam ⁊ dominũ vndecime prout dictũ est in precedẽti capitulo ⁊ vide si dominꝰ prime aut luna iungat̾ cũ domino vndecime corporaliter vel a trino vel sextili aspectu: vl̾ dominus vndecime iunctus fuerit domino prime significat eum esse amicum ⁊ qui dixerit se velle fieri amicus fiet ⁊ iungetur simul amicitia vera ⁊ stabili. Et si fuerit cum receptione durabit imperpetuum eorum amicitia vsqꝫ ad eorum successores. Et si aspexerit tunc dominus quinte aliquem predictoruꝫ ab aspectu amicitie durabit amicitia etiam cum filijs ⁊ alijs descendentibus. Et si fuerit sine receptione vel a quarto cum receptione durabit amicitia illa diu sed non extendet̾ ad generationem futuram. Et si fuerit ab oppositione siue cum receptione siue sine receptione vel a quarto sine receptione erit amicitia illa susurratio ⁊ contrarietas ⁊ ꝯtẽtio: ⁊ vnusquisqꝫ erit contrarius alteri: nec bene amicabit̾: nec erit eorum amicitia durabilis: ⁊ oppositio deuastabit amicitiam plusq̃ꝫ aspectus quartus.

¶ De re quam voluerit querens patefacere tibi.

SI autem quesierit a te aliquis de aliq̃ re quã noluerit tibi patefacere sed dixerit tibi: vide si adeptus ero rem quam spero adipisci an non: debes tunc considerare dominũ prime ⁊ significatricẽ que est luna si fuerint ambo iuncti fortunis ⁊ ipse eis ⁊ fortũe fuerit in angulis vl̾ fuerit vnꝰ i angulo

⁊ alter in succedenti vel fuerint ambo in succedenti
dic ꝙ adipiscet̃ rem quam sp̃at. Si v̾o fuerit vnus
in angulo ⁊ alter in cadenti dũmodo sint iũcti simul
ab aspectibus notis ⁊ fuerit res partibilis adipiscet̃
ꝑtem rei quam sp̃at. Si v̾o vnus fuerit in succeden-
ti alter in cadenti adipiscet̃ de ipsa infra hoc. Et si iũ-
cti fuerint a cadẽtib⁹ paꝝ aut nihil adipiscet̃ ita pro
nihilo reputabit illud quod adept⁹ fuerit. Et si non
aspexerint seinuicem non adipiscet̃ rem quam spe-
rat. Et vide similiter cũ quo planeta iũgit̃ dñs ꝑme
vel luna vel cui⁹ domus sit dominus ille qm̃ res erit
de nã illaꝝ reꝝ que significant̃ ꝑ domũ illaꝫ. Et si fue
rit dñs duaꝝ domoꝝ erit de nã illius domus quaꝫ
magis aspexerit vel quam primo est aspecturus vel
in quam primo intraturus est.

¶ De duodecima domo.

¶ Capil'm primuꝫ de brauio in aliquo loco posito quis ex eq̃s vel alijs animalibus siue rationalibus siue irrationalibus primo ꝑueniet ad ipsum.

SI aliquãdo venerit ad te aliq̃s moturus tibi
q̃stionem de brauio q̃s equus vel aliud ani-
mal vincet illud aut primo sit ꝑuenturus ad ipsuꝫ:
oportet te aspicere in re ista non sicut aspicis in alijs
rebus sed aliter: qm̃ duodecima dat̃ animali curren
ti ad brauiũ: ⁊ hora dat̃ brauio: ⁊ dñs hore dat̃ ani-
mali similiter. Unde videndũ est tibi vbi sit tũc dñs
hore q̃stionis: qui si fuerit in prima veniet animal il
lius qui q̃rit primũ: ⁊ si non fuerit suũ sed fuerit al-
terius ⁊ ipse voluerit de hoc certificari illud ideꝫ erit
iudiciũ ⁊ veniet ante omnia alia animalia: ⁊ eo for-
tius ⁊ certius si dñs prime ⁊ dñs hore fuerit idem ⁊
multuꝫ precedet alia animalia. Si v̾o fuerit in decĩ
ma veniet secundum: ⁊ si fuerit in vndecima veniet
tertium: ⁊ si fuerit in septima veniet quartũ: ⁊ si fue-
rit in quinta erit quintum: ⁊ si fuerit in nona erit se-
xtum: ⁊ si fuerit in tertia erit septimũ: ⁊ si fuerit in se
cũda erit octauũ: ⁊ si fuerit in octaua erit nonũ: ⁊ si
fuerit in sexta erit decimuꝫ: ⁊ si fuerit in quarta erit
vndecimũ vel equipollẽs vltimo: ⁊ si fuerit in duo-
decima erit vltimũ vel equipollens ei. Si auteꝫ fue
rint plurã duodecim q̃d raro contingit iudica ea ꝛ̃ꝫ
aspectuꝫ quem habuerint ad quartam vel duodecĩ
mam domũ animalia currentia. ¶ Ad saluationeꝫ
v̾o illius qui equitat equum vel aliud animal aspĩ
ce similiter illuꝫ eũdem dñm hore: qui si fuerit in do
mo vel in exaltatiĩe sua saluabit̃ corpus eius ab im
pedimento nisi aspexerit eum dñs octaue: q̃ tunc si
gnificat impedimentum sine fractione membroꝛuꝫ.
Si autẽ fuerit in termino vel triplicitate vel facie li
ber a malis saluabit̃ similiter. Et si fuerit in casu suo
significat casum ei⁹ de equo sed impediet̃ malo mo-
do. Et si fuerit in descẽsione significat ei⁹ casũ ⁊ possĩ
bile est ꝙ etiam equ⁹ cadat cũ eo. Et si tũc aspexerit
aliq̃s malorum ipm̃ ex oppositione: vel fuerit ei iũ
ctus corporaliter vel quadrato aspectu franget aliq̃d
membrũ sui corporis. Et si fuerit ille malus qui im
pedierit eũ impediens ipm̃ ab ariete ledet̃ caput ei⁹:
si a tauro ledet̃ ei⁹ collũ vel partes adiacentes: si a ge-
minis eius humeri vel brachia vel manus: si a can-
cro ledet̃ circa pect⁹: si a leõe ledet̃ circa dorsũ: si a v̾gi
ne ledet̃ circa vmbilicũ: si a libra ledet̃ circa anchas:
si a scorpione ledet̃ circa pudibunda: si a sagittario
ledet̃ circa coxas: si a capricorno ledet̃ circa genua: si
ab aq̃rio ledet̃ circa crura: si a piscibus ledet̃ circa pe
des. Si aũt fuerit dñs prime in octaua cũ malo vel
alias ĩpedit⁹ vel fuerit cũ hoc dñs octaue ĩpedit⁹ vel
luna fuerit impedita significat mortem ex casu illo.

¶ Capl'm scd̃m qñ aliq̃s qui non habet animal inter animalia currentia ad brauium quod fuerit animal quod vincet.

ET si forte fuerit sollicitat⁹ aliqñ aliq̃s qui non
habeat equum seu animal ĩter animalia seu
equos currentes ad brauiũ ⁊ dixerit q̃s ex equis vel
alijs animalib⁹ currentib⁹ ad brauiũ vincet illud: tu
poteris ꝑ hoc videre q̃d aĩal vincat ⁊ colorẽ ei⁹ etatẽ
⁊ bonitatem ei⁹ ⁊ famam. Unde debes aspicere dñꝫ
hore cũ instrumento veracissimo q̃d nõ te decipiat:
queꝫ si inueneris in prima vel in decima vel vndeci-
ma vel inueneris aliũ planetã in aliquo p̃dictoꝝ lo-
coꝝ poteris ei dicere ꝙ equ⁹ vel aliud aĩa existens de
colore q̃ significat̃ ꝑ illũ planetã vincet brauiũ: ⁊ nõ
ꝑ̃pones vndecimã decie nec decimã ꝑme sed ꝑmaꝫ
decie ⁊ decimã vndecie. ¶ Uñ scito colore aĩalis sciet̃
victor. Deide aspice ex quo vidisti aĩal q̃d debet vin
cere si fuerit ei⁹ significator in domo sua erit ipm̃ ani
mal nobile sicut est dextrari⁹ inter alios equos ⁊ erit
nominatũ. Et si fuerit in exaltatione sua erit magis
famosuꝫ ⁊ magis nominatũ ⁊ aĩal generosum ⁊ q̃d
diu cõsueuit vincere alia aĩalia. Et si fuerit in tripli-
citate sua erit infra hoc multũ ⁊ non erit multũ no-
minatũ animal nec generosum. Et si fuerit in termi
no suo erit iteꝝ infra hoc ⁊ paꝝ erit nominatũ. Et si
fueret in facie sua erit aĩal parue notitie vel erit ex-
traneũ de alia terra q̃si ignotũ in terra illa. Si auteꝫ
non fuerit in his locis est aĩal igñtũ ⁊ nõ magni va-
loris vt roncinus vel simile. Et si fuerit animalis si
gnificator in casu suo erit viciosum ⁊ mendosum:
licet forte non sint multũ nota ei⁹ vicia. Si aũt fuerit
in descensione sua erit iteꝝ magis viciosum ⁊ eius vi
cia erunt nota.

¶ Utꝝ aĩal vincẽs brauiũ sit longeuũ an non.

SI volueris scire vtrũ aĩal vincens sit longeuũ
aut non: aspice planetam per quem significat̃
illud aĩal: qui si fuerit orientalis significat iuuenile
aĩal: ⁊ si fuerit occidẽtalis erit longeuũ: ⁊ si fuerit añ
solẽ vel post ꝑ quinq̃ signa vel vltra erit ĩ medietate.

¶ Capitulum tertium cuius qualitatis sit domin⁹ animalis.

ET si volueris qualitatẽ domini animalis sci-
re dixit çahel ꝙ si fuerit ascendẽs domus so-
lis erit rex: mihi videt̃ ꝙ sit maior omnib⁹ illis quo
rum sunt animalia currentia. Et si fuerit ex domi-
bus saturni erit animal longeuũ ⁊ non generosum
nisi saturnus sit tunc in angulis aut in optimo loco
ab ascendente. Et si fuerit ex domibus iouis erit ali
cuius famosi ⁊ nobilis viri qui habet domesticita-
tem cum nobilibus ⁊ magnatibus vel forte posset
esse episcopus vel magnus iudex. Et si fuerit ex do-
mibus martis erit alicuius bellicosi militis seu por
tatoris armorum vel forte alicuius ducis. ¶ Et di-
xit idem philosophus ꝙ si fuerit ex domibus vene
ris vel mercurij erit alicuius magnatis vel nobilis
vel mulieris vel scriptoris vel sapientis seu litterati.
Et si fuerit domus lune erit cuiusdam naute siue ali
cui⁹ mercatoris qui ideo fecit illud currere vt ascen-
deret in fama vt posset illud melius vendere.

¶ Capitulum quartum de rebus de quibus aliq̃ aliquando timent vtrum incidant in hoc quod timent an non.

ACcidit aliquando ꝙ aliquis propter minas
quas aliquis ei facit: vel propter illud quod
cõmiserit: vel q̃cũq̃ de causa ĩciderit in timorẽ: ⁊ ob

id ad te veniet quesiturꝰ vtrū oportet ipm timere de
hoc quod timet an non: ⁊ volueris ei aspicere super
hoc quod querit: aspice primam ⁊ dominū eiꝰ qui si
fuerit in prima vel decima vel etiam in septima vel
quarta liber a malis ⁊ ab eorum impedimentis dic
ꝙ erunt mine false ⁊ timor quem habuerit erit ina-
nis ⁊ ꝙ non incidet in ꝑiculū aliquod de his que ti
met. Si autem fuerit dominus prime in domibꝰ ca
dentibꝰ ab ascendente que sunt secūda sexta octaua
duodecima iam facte sunt sibi mine ille palā ⁊ sunt
diuulgate ⁊ ipse timet minas sibi factas ac si deberēt
ei euenire atq̃ ꝑfici: tūc aspice dominū prime si fue-
rit in aliquo predictoꝝ locoꝝ debiliū ⁊ aspexerit eū
aliquis malorum ab oppositione vel quarto aspe-
ctu: vel per corpꝰ fuerit ei iūctꝰ annūcia ei nisi bene si
bi caueret forte casuꝝ in id quod timet ⁊ de quo fiūt
ei mine. Et si aspexerint mali a trino vel sextili aspe
ctu sine receptione ꝑfecta cadet in districtionez ⁊ hor
ribilitatem magnam: ⁊ detrimentū patietᷣ: vltimo
tamen euadet: si autem eū receꝑint paꝝ aut nihil im
pedient. Siquidem fuerit liber a malis ⁊ ab eorum
impedimentis iam augmentatꝰ est timor ille in eo
ita ꝙ non augmentabitᷣ plus imo diminuetᷣ ⁊ eua-
det ab illis minis ⁊ ab illo timore. Et si fuerit impe-
ditus a malis siue in cadenti siue in succedenti siue in
angulo: ⁊ eo deteriꝰ si fuerit etiam in angulo: ⁊ malꝰ
qui ipedierit fuerit in angulo similiter significat im-
pedimentū ⁊ detrimentū maximū euentuꝝ ei de ti
more illo. ¶ Et vide si malus ille qui impeꝑit fuerit
dominus secūde ab ascendente auferetᷣ ei substantia
sua illa de causa. Et si fuerit dominus tertie nocebit
ei frater si fratrem habuerit: ⁊ si non: aliqua de ꝑso-
nis significatis per tertiam domū. Et si fuerit domi
nus quarte aliqua de rebꝰ significatis per quartam
domū. Et si fuerit dominus quinte erit filiꝰ vel aliq̃
de rebꝰ significatis per quintam domū. Et si fuerit
dominus sexte erit seruꝰ vel aliquid significatuz per
sextam domū. Et si fuerit dominꝰ septime erit vxor
vel amasia vel aliquid significatū per domū septiaz.
Et si fuerit dominus octaue significat eiꝰ mortem il-
la de causa. Et si fuerit dominꝰ none erit religiosus
vel aliquid significatū per nonam domū. Et si fue-
rit decime erit aliquis nobilis potens ⁊c̃. Et si fuerit
dominus vndecime erit aliquis familiaris magna
tis ⁊c̃. Et si fuerit dominꝰ duodecime erūt pene car
ceris. Et si non fuerit ita sed fuerit dominꝰ prime in
duodecima ⁊ aspexerit eū dominus duodecime ab
oppositione vel q̃rto aspectu vel dominꝰ septime a
quocūq̃ aspectu vel corporaliter ei iūctꝰ fuerit signi
ficat detrimentū ⁊ districtionem ⁊ ꝙ inimicus siue
ille de quo timet poterit suꝑ eū ⁊ nocebit ei. Et si nō
aspexerit aliquis eoꝝ liberabitᷣ ⁊ euadet ab omnibꝰ
illis ꝑiculis ⁊ non poterit inimicus suꝑ eū ⁊ ipse fu-
giet ab eo etiam si cū ceperit inimicus. Et si luna fue
rit alicui malo iūcta qui non sit recipiens eā vel qui
non sit dominꝰ domꝰ in qua fuerit dn̄s prime ⁊ ipe
aufugerit occurret ei detrimentū ⁊ districtio in fuga
illa. Et si receꝑit ille malus lunam vel fuerit dn̄s do
mus in qua fuerit dn̄s prime liberabitᷣ ab omnibꝰ
supradictis. ¶ Hoc idez intelligas de qualibet re de
qua dubitatur.

¶ Capitulū. 5. de diuersitate multaꝝ reꝝ d̄ quibꝰ sit aliquando questio simul.

Multotiens veniūt q̇dam ad astrologū indi-
screte q̃rētes ab eo de multis ⁊ diuersis rebꝰ:
⁊ credūt ꝙ sit ita leue rn̄dere sicuti ē q̃rere: ⁊ ꝙ possit
ita leuiter rn̄deri de omnibꝰ simul sicut de vno cū se-
cus sit. Unde cū non habeas contractū ascendēs ad
illud oportet te ponere rem magis generalem q̃ren-
ti ⁊ illud est luna: ⁊ ceteri planete habent significare
res q̃sitas. Unde oportet te considerare numeꝝ rerū
q̃sitarū si sunt res ille sex vel īfra poteris iudicare de
ipsis ſm coniūctionem quā facit luna cū. 6. planetis.
¶ Poteris enim scire nām prime rei per nāz plane-
te cui primo iūgitᷣ luna post factam q̃stionez: ⁊ vide
dispōnem illiꝰ planete: ⁊ ſm ꝙ ipse fuerit dispositus
ſm illud iudicabis effectū illiꝰ rei. Naz si ipse fuerit
bene dispositꝰ in loco forti vt in angulis vel in succe
dētibꝰ angloꝝ ⁊ in suis dignitatibꝰ ⁊ liber ab impe-
dimentis que multotiēs nominaui tibi bonus erit
effectꝰ illiꝰ rei. Si v̓o fuerit contrariū eiꝰ quod dixi ⁊
effectꝰ erit contrariꝰ. Deinde vide cui iūgatᷣ iteꝝ luna
postq̃ȝ fuerit seꝑata ab illo ⁊ vide q̃lis sit dispositio
eiꝰ ⁊ ſm illud iudica de re scd̄a. Postea prospice cui
iteꝝ iūgatᷣ luna post seꝑationez a scd̄o ⁊ iudica de re
tertia ſm dispōnem tertij planete cui ipsa iūgitᷣ. De
inde prospice q̃rtū cui ipsa iūgetᷣ post seꝑationem a
tertio ⁊ iudica de re q̃rta ſm dispōnez illiꝰ. Deinde
vide cui ipsa primo iūgetᷣ post seꝑatioē suā a q̃rto ⁊
ſm dispōnez illiꝰ iudica de re q̇nta. Deinde vide cui
ipsa iūgitᷣ post seꝑationē a q̇nto ⁊ ſm dispōnez ipsiꝰ
iudica de re sexta. Et idē intelligas de aspectu qd̄ de
ꝯiūctione corporali. Et si res ille siue īterrogationes
fuerint plures q̃ȝ sex iudica postea ꝑ dn̄os triplicita
tū domoꝝ in q̇bꝰ erant planete qn̄ iūcta fuerit eis lu
na siue ꝑ corpꝰ siue ꝑ aspectū. Uerbigr̄a fuit luna iū-
cta marti in ꝑ̄ma ꝯiūctione quā fecit post q̄ōnem fa
ctam ⁊ mars erat in v̓gine: modo ex quo cōpleuisti
numeꝝ. 6. planetaꝝ opꝫ te nūc iudicare de. 7. re ſm
primū dn̄m triplicitatis v̓ginis qui est venus. Se-
cūdā cōiūctionē fecit cū saturno postq̃ȝ seꝑata fuit a
marte qui erat in cancro: nūc debes iudicare de re. 8.
ſm ꝑ̄mū dn̄m triplicitatis cancri qui est silr̄ venus.
In tertia v̓o ꝯiūctione post seꝑationē a saturno fuit
luna iūcta mercurio qui erat in libra: modo opor-
tet te iudicare de re. 9. ſm ꝑ̄mū dn̄m triplicitatis li-
bre qui est saturnꝰ. Et post seꝑationem a mercurio
fuit luna iūcta ioui qui erat in sagittario: modo de-
bes iudicare de re. 10. ſm dispōnem soli qui est pri-
mus dominꝰ triplicitatis sagittarij. Postq̃ȝ v̓o com
pleueris primos dominos triplicitatū. 4. ⁊ res fue
rint plures. 10. iudica iteꝝ per secūdos dominos tri
plicitatū sicut iudicasti per primos. Et si iteꝝ habun
dauerit res iudica iteꝝ per. 3. dn̄os triplicitatū sicut
iudicasti per primos ⁊ secūdos. Et si iteꝝ habūdaue
rint tibi res quod nūquaz mihi contigit iudica ſm
dominos anguloꝝ. Et si iteꝝ habūdauerint iudica
ſm dn̄os triplicitatū anguloꝝ. ¶ Silr̄ si fueris inter
rogatus de aliqua re vtrum sit verax vel non: aspice
dominū prime ⁊ lunam: si fuerint bene dispositi erit
res illa verax in natura sua. Et si fuerit illa res aurū
vide si sol fuerit bene dispositus erit illud verax: sin
autem erit falsum. Si fuerit argentum: aspice lunā
si fuerit bene disposita erit argentum verax: si fuerit
male disposita erit falsū. Si fuerint margarite: aspi-
ce venerē si fuerint bn̄ disposita erūt veraces. Si fue
rit male disposita erūt false. Idē itelligas de oibꝰ lapi
dibꝰ preciosis ⁊ de oibꝰ rebꝰ caris odoriferis vt sunt
muscus: ambra: balsamū: ⁊ similia. Si fuerint dena
rij vel alie sculpture in metallis vtere mercurio in
eorum testimoniū. Si fuerint paramēta religiosoꝝ

vtere testimonio iouis. ¶ Et si quesierit aliquis de pluribꝰ rebus .s. duabus vel .3. que eaꝝ sit melioꝛ vel vtilioꝛ seu veracioꝛ siue sint rumores siue aliud vt de duabus vel pluribus rebus quam adipiscet̄ aspice dominū prime ꝛ lunam ꝛ vide quis eoꝛū sit fortioꝛ opare per illuȝ: si fuerit fortioꝛ ex eis in angulis liber ab impedimentis ꝛ fuerit receptus significat ꝙ illud quod prius fuit nominatum erit verius ꝛ melius ꝛ adipiscet̄ a querente. Si vō fuerit impeditus dominus .s. prime aut luna vt dictū est erit nominatio de re illa sed postea pibit: ꝛ si fuerit adeptus rem quesitam destruet̄ post adeptioneȝ. Si aūt dominus prime aspexerit primam vel luna ꝛ fuerit in succedenti receptus vel liber ab impedimentis significat ꝙ secūdum ex quesitis erit veꝝ ꝛ adipiscet̄: ꝛ si fuerit impeditus destruet̄ post adeptionem. Et si fuerit in cadenti liber ab alijs impedimentis ꝛ receptus tertio nominatū adipiscet̄ vel erit dignius seu verius. Si vero fuerit impeditus dominus .s. ascendentis vel luna ꝛ fuerit in cadenti nihil erit de his que fuerint tibi nominata.

¶ Caplm̄ .6. cū aliquis inuitat̄ ad conuiuiū vtrū sit eūdū an non ꝛ que cibaria erūt ibi.

Aliquando fiūt conuiuia in quibusdaȝ locis ꝛ in quibusdam regionibus plus q̄ȝ in alijs quod consueuerunt sepissime facere italici ꝛ specialiter romanioli ꝛ pre ceteris milites rauennates ꝛ inuitant̄ ad illa conuiuia plures qui non libenter vadūt ꝛ etiam ad nuptias ꝛ alias magnas cōmestiones. Unde aliquando volūt certificari ab astrologo vtrū sit eūdum ad illud conuiuium seu ad illam comestionem an non ꝛ fecerit tibi de hoc questioneȝ. vel fueris tuipse inuitatus ad illud conuiuiū ꝛ volueris scire vtrū sit eundum illuc an non. Aspice signū quod fuerit tunc ascendens: ꝛ vide si fuerit luna in eo sola nemini iūcta quia tūc significat ꝙ poteris ire ad conuiuiū nec eris ibi multū habitus in reuerentijs nec vilipenderis tu seu querens. Et si fuerit in decima accidet quasi idem preter ꝙ habeberis in maioꝛi reuerentia siue alius qui querat. In septima erit eius significatum infra primam. In quarta vō infra septimam que alijs locis omnibꝰ est infra hoc ꝛ ꝑm ꝙ quelibet domus fuerit debilioꝛ alia ita magis vilipendet̄ ille qui iuerit ad comestionem illaȝ. ¶ Si vō fuerit luna iūcta alicui ꝛ fuerit in prima vide cui ipsa iungit̄: quoniam si fuerit iuncta cum saturno significat ꝙ in conuiuio erūt cibi inepti ꝛ immūdi ꝛ male aptati ꝛ non bene exhibiti nec ordinati ꝛ pipata ꝛ sapoꝛes qui erunt ibi non sapient naturam quam debuerūt nec gaudebit vadens ad cōuiuiū illud ex istis cibis nec ex illis sapoꝛibus penibit eum iuisse: vnde potius est non eūdum ad illud conuiuiū q̄ȝ eūdum. Si autem fuerit iūcta cum ioue poteris ire ad conuiuiuȝ secure quoniam epulabit̄ ibi bene ꝛ erunt ibi cibi boni sapoꝛis ꝛ dulcis ꝛ erūt delectabiles ꝛ erūt ibi cibi facti cum riso ꝛ similibus ꝛ honoꝛaberis ibi ita ꝙ pauci honoꝛabuntur plus te vel foꝛte nulli. Si vō fuerit iuncta cum marte non eas ad nuptias illas seu conuiuiū illud quoniam non erunt ibi cibi abiles gustui ꝛ sapient de amaro ꝛ timetur ne sit ibi rixa ꝛ discoꝛdia inter eos. Si autem fuerit iuncta cum sole poteris ire si volueris: erunt enim ibi cibi boni sapoꝛis facti cum eruca seu sinapi vel agresta ꝛ similibus bene sapientibꝰ gustui ꝛ cū pꝛouidentia recepti ꝛ appositi. Siquidem fuerit iūcta cum venere vade secure quoniam significat ꝙ erunt ibi cibi delectabiles ꝛ boni sapoꝛis ꝛ erūt similiter alacritates ꝛ ludi ꝛ delectationes multe ꝛ multiplicabūt̄ ibi cibaria diuersaꝝ specieruȝ ꝛ potus diuersi: ꝛ erunt ibi que tibi seu cuiuis eunti ad conuiuium placebūt ꝛ in quibus delectabit̄: aut magna pars ciboꝝ erit pinguis ꝛ multum vnctuosa. Et si fuerit iuncta cum mercurio significat ꝙ bene potes ire quoniam erunt ibi plures species ꝛ diuerse ciboꝛum ꝛ potationū ꝛ commestionū eoꝛum ꝛ acredinem sapientes gustui: ꝛ dicent̄ ibi bona verba .s. sapientie ꝛ narrabunt̄ ibi etiam facta antiquorū ꝛ dicent̄ ibi plura noua ꝛ recitabunt̄ audita ꝛ inaudita: credibilia ꝛ incredibilia: ꝛ siꝛ erit ibi coadunatio pluriū hominuȝ. ¶ Et dixit çahel ꝙ si fuerit luna iuncta saturno a signo aquatico ex trino vel sextili aspectu comedent turtas. Et si aspexerit eam ex quarto vel oppositione significat ꝙ comedēt carnes frigidas vt sulçiū ꝛ similia. Et si fuerit luna in libꝛa significat comestionē leguminū. Et si fuerit in geminis vel aquario significat comestionem carniū auiū. Et si aspexerit eam iupiter significat comestioneȝ delicatoꝛū ciboꝛum. Et si aspexerit eam mars significat comestionem calidoꝝ ciboꝝ ꝛ assatoꝛuȝ. Et si aspexerit tūc sol martem significat ꝙ pas illaꝝ carniuȝ erit combusta. Alij planete non impedient eam. ¶ Si aūt fuerit luna extra ascendens ꝛ fuerit in decia erit conuiuiū simile ei quādo fuerit in pꝛima magis nominatū. Si fuerit in .7. erit infra hoc. Si aūt fuerit in .4. erit iterum magis infra hoc. In ceteris vō domibꝰ erit īfra prout vnaq̄q̄ȝ eaꝝ est minꝰ foꝛtis alia.

¶ Capituluȝ .7. vtrum ex vno pulmento vel plibꝰ fiat conuiuium.

Ad sciendū vō vtrū ex vna manerie cibarioꝝ comedat̄ in conuiuio aut ex plibꝰ aspice tunc quod signū sit inuentū in linea oꝛientali quod si fuerit signū fixū ꝛ eiꝰ dominus in signo fixo ꝛ luna similiter vna specie cibarioꝝ contenti pꝛandebūt. Si aūt fuerit dominus pꝛime in signo communi habebūt aliū cibū .s. secūdū sed aliquid infra pꝛimū. Si auteȝ cū hoc fuerit luna in signo cōmuni secūdū ferculum erit maius pꝛimo vel duplicabit̄. Si aūt fuerit ascēdens signū cōmune ꝛ dominus eiꝰ ꝛ luna in signo fixo habebūt duo fercula. Si vō dominꝰ pꝛime ꝛ luna fuerint in signis cōmunibꝰ habebūt tria fercula. Si in mobilibꝰ habebūt aliquid post illa tria fercula. Siquideȝ fuerit ascendens signū mobile ꝛ dominus pꝛime ꝛ luna in signo fixo vel cōmuni habebūt tria fercula ꝛ aliquid aliud post illa tria. Et si fuerit dominꝰ ꝑme in signo mobili habebūt quatuoꝛ fercula diuersa quilibet comedentiū ꝛ aliquid post illa quatuoꝛ. Et si cū hoc luna fuerit in signo mobili habebūt quinq̄ȝ genera ferculoꝝ ꝛ aliquid aliud post illa. Et si cum hoc pars foꝛtune ꝛ dominus eius fuerint in signis mobilibus habebunt multa genera ferculoꝛum foꝛte sex vel vltra sine fructibus arboꝛum ꝛ similibus que non computantur inter fercula conuiualia.

¶ Capitulum octauum ad sciendum qua de causa factum est conuiuium.

Consueuerunt aliquando dicere viles ꝛ inuidentes: ꝛ quoꝛum coꝛda non patiunt̄ bene facere quasi per moduȝ repꝛehendendi quando aliq̄s ex nobilitate sui coꝛdis vel foꝛte alia de causa facit cōuiuium quare facit hoc ille. Et foꝛte tu vis a te scire causam vel aliquis aliꝰ de hoc te interrogauerit: aspice ascendens hoꝛa inceptionis conuiuij vel interrogationis

rogationis vel quando vocaris ad illud conuiuiū:
⁊ videa quo planetarum separatur luna: ⁊ cui eorū
ipsa iūgitur: quoniam si separatur ab aliqua infor/
tunarum ⁊ non iungitur alicui: sed est vacua cursu
non fecit illud cōuiuium ex aliqua causa manifeste
apparenti: sed quasi quadam insipiditate ductus fa
cit hoc. Si autem fuerit iūcta fortunis ab oppositio
ne vel quarto aspectu fecit ille cōuiuium tali de cau
sa ꝙ non potuit euitare illud vt est causa nuptiaruz
vel ꝙ talis venit ad domū suam quod ipse non po/
tuit facere sine reprehensione ꝙ non conuiuaret ⁊ si
milia. Si autem fuerit aspectus a trino vel sextili cō
uiuium fecit ille causa sui honoris ⁊ vt letaret̄ ⁊ gau
deret cum cōuiuantibus illis: vel forte ꝙ aliquis cō
uiuauerat ei ⁊ ipse voluit ei reddere vicem ⁊ similia.

¶ Quantum conuiuium sit duraturum.

SI volueris scire quantum durabit conuiuiū:
aspice planetam cui iungitur tūc luna: qui si
fuerit in angulo ⁊ in signo fixo finietur illud conui/
uium vna cōmestione. Si vero fuerit in signo com/
muni erunt due cōmestiones. Et si fuerit in succedē
ti in signo cōmuni nō finietur in duabus cōmestio/
nibus. Et si fuerit in cadenti ⁊ in signo mobili vel ēt
cōmuni durabit cōuiuiū duobus diebus vel plus.

¶ Quando rixati erunt cōuiuantes.

ET si fuerit planeta cui iungitur luna domi/
nus domus eius rixabuntur simul aliqui de
conuiuio illo nec tamen dimittetur conuiuiū quin
comedant.

¶ Quando ponetur cibus in conuiuio.

AD sciendum qualiter adducet̄ cibus ad con/
uiuium: videas dominum hore inceptionis
conuiuij vel interrogationis vel principij itineris
quando quis vadit illuc vtrum ipse inueniatur in
prima vel decima aptabuntur ⁊ preparabūtur om
nia ⁊ bene ⁊ ordinate saluis conditionibus supradi
dictus: ⁊ ponentur ponenda in disco anteꝗ̄ asside/
ant. Et si fuerit. in. 7. vel. 4. assiderunt prius ⁊ im/
plebitur locus comedentium prius ꝗ̄ apponantur
fercula.

¶ Quando cauendum est a cibis conuiuij.

ET si dubitaueris tu vel alius vadens ad con/
uiuium ne sint ibi cibaria euitanda: aspice si
fuerit tunc luna in cancro vel libra vel capricorno in
coniunctione vel aspectu alicuius maloruz nisi aspe
ceret eam de capricorno saturnus vel mars: quoniā
non sunt comedende tunc herbe nec cocte nec crude
nec comedas etiā legumina cum ipsa fuerit in libra
nec etiam in virgine si aspexerit eam aliquis malo/
rum vel iunctus ei fuerit corporaliter. ¶ Et dixit ça/
hel ꝙ si fuerit luna in scorpione cum cauda non co/
medas pinguedinem. Et si fuerit in leone vel sagitta
rio nō comedas carnes animalium siluestrium. Et
si fuerit in pisce nō comedas truitas nec pisces alios
salitos. Et hec omnia intelligas cum fuerit luna in
predictis signis in aspectibus malorum quadratis
vel oppositis sine receptione.

¶ Capitulum nonum que domus significat conui/
uium causam ⁊ similia eius.

ET dixit Zahel ꝙ ascendens significat causam
conuiuij. Et dixit ꝙ si fuerit ascendens conui
uij aliqua ex domibus veneris ꝙ erit causa nuptia
rum. Et si fuerit ex domibus mercurij erit propter
filium. Et si fuerit ex domibus Jouis erit propter
amicum. Et secunda ab ascendēte significat vasa po/
tationis ⁊ suppellectiles domus. Unde si fuerit secū
da domus signum cōmune erit vas eoruz coloratū.
Et si fuerit tunc mars in secunda erit vas illud cum
ere. Et si fuerit in eo venus est in illo argentuz. Et si
fuerit iupiter erit argentum ⁊ aurum. Et si fuerit sa/
turnus erit vas ligneū vel terreum. Et si fuerit fortu
na in secunda significabit pulchritudinez ornamen/
torum domus. Et si habuerit illa fortuna dignitatē
in secunda erunt illa ornamenta propria. Si autem
fuerit peregrina habebit illa mutuo. Tertia vero si/
gnificat cōuiuantes: si fuerit ibi fortuna erunt homi
nes boni esse. Si vero fuerit ibi saturnus erūt viles.
Si aūt fuerit ibi mars erunt susurrationes aut erūt
homines bellicosi vel abscisores viarum ⁊ similia.
Quarta significat locum ꝯuiuij: si fuerit ibi fortuna
erit locus pulcher ⁊ aptus ⁊ decēs. Si autem fuerit
ibi īfortuna erit locus ineptus ⁊ turpis seu fetidus.
Et dixit Zahel ꝙ si fuerit signum cōmune erit locus
cōuiuij in porticu. Et si fuerit ibi sol aut iupiter erit
eorum cōuiuium in claustro domus vel in meridie.
Et quinta significat eorum pocula. Si fuerit quin/
tum signum fixum potabūt de vnico potu. Si fue/
rit signum cōmune potabunt diuersos potus. Et si
fuerit in eo iupiter aut mercurius erunt potus eorū
dulces ⁊ saporosi. Si vero fuerit ibi mars sapit po/
tus de acredine. Et si fuerit mars impeditus a satur
no erit potus acetosus. Et si fuerit ibi sol erit acerbū
vel aliqualiter amarꝫ. Et si fuerit ibi venus erit mul
sum vel alias dulcis bene sapiens gustui. Si autem
fuerit ibi luna erit potus insipidus. Sexta v̓o signi
ficat seruitores conuiuij: si fuerit ibi fortuna erūt ser/
uitores apti ⁊ decentes. Si v̓o fuerit ibi malus erūt
inepti ⁊ sordidi nescientes seruire. Septima autem
significabit cocos ⁊ caueparios: si fuerit fortuna ibi
erunt apti: si infortuna fuerit ibi erunt inepti. Octa
ua vero significat senescalcos. Et nona significat po/
nentes ⁊ portantes fercula in discum. Si fuerint in
eis fortune erunt apti ad hoc ⁊ scient bñ facere illud.
Si autem fuerint ibi mali nō valebunt ad id. Deci/
cima vero significat vniuersalem bonitatem cōuiuij
⁊ alacritatem quam simul habebunt conuiuantes.
Et si fuerit fortuna erit conuiuium decens ⁊ lauda/
bile ⁊ gaudebunt ⁊ letabuntur simul conuiuantes.
Et si fuerit ibi infortuna erit conuiuium indecens:
ita ꝙ conuiuantes erunt odiosi conuiuatori ⁊ in se/
metipsis. Undecima vero significat si sunt amici cō/
uiuato ⁊ cōuiuantes. Duodecima vero significat ex
hibentem conuiuium vel maiorem illius domus:
si fuerit in eo fortuna ostendet gaudium ⁊ leticiam
quam habebit ex conuiuio. Si vero fuerit in eo ma
lus tristabitur intra se ⁊ dolebit de illius cōuiuij ex/
hibitione. Et quandocunqꝫ inueneris fortunam in
aliquo predictorum locoruz ⁊ fuerit fortunata signi/
ficat augmentationem boni. Et si malus fuerit infor
tunatus in aliquo predictorum locorum significat
augmentum malicie.

¶ Finit tractatus interrogationum
seu questionum Guidonis bonati.

¶ Incipit tractatus de electiōib⁹ ẜm dicta sapiētuꝫ.
Capitulum primum prohemiale.



Um post iudicia pre ceteris astronomie partibus electionibus indigeamus ⁊ ipse sint res q̄ quottidie nobis occurrunt nec sine ipsis possumus perfecte ad cōplementum vtilitatis multorum iudicioruꝫ que quottidie nos explicare oportet peruenire. Videt̄ mihi cōueniens de ipsis tractatū ẜm vestigia sapiētum nostroꝝ facere specialem. ¶ Est aūt electio pre consiliati appetitus consiliū. Eligere aūt est appetitus intellectus resultans ex actu liberi arbitrij. Et licet insurrexerint mihi aliqñ plures fatui atqꝫ ydiote tunicati dicentes electionē nihil valere atqꝫ penitus nihil esse. Nihilominus tñ electiones ⁊ ceteri partes astronomie in sua firmitate remanserūt nec est ob hoc earum veritas diminuta. Per electiones enim apprehēdere possumus multa bona similiter ⁊ multa mala possumus euitare que ẜm stellas vētura sunt: nō tñ dico ꝙ electio faciat rem: sed remouet prohibens ne res fiat: si enim iudicatū fuerit ꝑ astrologiā alicui cōtra hostes ituro victoria de ipsis sup aliqua sibi facta questione nisi bonā habuerit querens electioneꝫ in mouendo suū exercitum cōtra suos hostes poterit propter malum itineris sui principium succūbere: vel etiam ad minus multum de bono qđ ei significabatur per iudiciū diminuere. Et si bonā electionem habuerit sub ascendenti bono ⁊ fortior ei significabat̄ per iudiciū ad rei finem bonum ꝑueniet atqꝫ sibi resistentem inimicū superabit. Impossibile enīꝫ est quin ea que fiunt recto ꝯsilio ⁊ de iure firmitateꝫ nō habeant ⁊ ad bonū finem perueniāt. Altissimus enim ⁊ gloriosus creator omniuꝫ celos fecit ⁊ stellas incorruptibiles de q̄nta essentia incorruptibili vt inferiora corruptibilia de .4. corruptibilibus essentijs scilicet elementis facta regerēt ⁊ gubernarent: ⁊ fecit stellas propter hoīes vt a stellis hominibus ⁊ alijs inferioribus iuuamina prestarētur. Quod enim est factum pro homine debet seruire homini. ꝙ si dicerēt aliqui non est: ita non est cum illis altricandum cum nihil intelligant ⁊ nihil credant: sed dimittantur tāqꝫ magistri erroris ⁊ heretici veritatis. Ipsi .n. veritatem ignorant: quoniaꝫ pecuniario lucro sunt intenti: ⁊ priuat eos scientia: ⁊ mentes ⁊ corda eoruꝫ cecat. Stelle enim in .8. celis sensibilibus ⁊ mobilibus sunt constitute: ille .n. que sunt in primo mobili que fixe a philosophis appellant̄ sunt: quasi vt materia corruptibilia sunt forme: planete v̄o sunt ⁊ operantur ⁊ exercent quoddā medium per quod superiora in inferioribus operātur: nihilominus tñ ipsi formaliter exercent suas operationes: ⁊ qꝛ materia est quoddam infinituꝫ ⁊ forme fiunt ex materia: ⁊ illud est causa quare forma nullius rationalis assimilatur simpliciter forme alterius ⁊ ne duꝫ indiuidua: sed etiam species sunt quasi infinite nobis. Ex quo ergo deus fecit stellas propter homines quam vtilitatem sequerentur ex eis si nō operarent̄ ⁊ imprimerent in inferiora diuersa nunc hoc nūc illud quod videmus eas facere quottidie manifeste: operant̄ enim in vno loco aliquando bonum: aliqñ videmus eas in illo eodem loco contrarium eius quod primo fuerant operate quod non contingit nisi ex diuersitate motuum ⁊ situum ipsarum: quoniā propter earuꝫ motuum qualitates diuersas ⁊ eorum corporum situs diuersos fiunt diuerse mutatiōes in mundo. Videmus enim planetas diuersis motibus moueri ⁊ ẜm illos motus diuersos imprimunt diuersimode in inferiora: ⁊ ipsa ẜm illas diuersas impressiōes diuersimode mutātur ⁊ alterantur calefiunt enim ⁊ infrigidant̄: desiccantur ⁊ humectātur. Nam cū mars ⁊ sol fuerint simul iuncti si fuerit estas excedit calor moduꝫ. Si fuerit hyems frigus remittit̄ ⁊ reddit ad temperamentū. Si vero fuerit sol iunctus cuꝫ saturno ⁊ fuerit hyems intendit̄. Si aūt fuerit estas remittitur calor. Unde cū astrologus per suam inquisitionem illas diuersitates motuū nouerit: ⁊ nouerit illas impressiones que imprimunt in inferiora propter illos motus: ⁊ illi motus sint qñqꝫ bone q̄litatis qñqꝫ male potest eligere bonum qñ qualitates illoꝝ motuuꝫ sunt bone ⁊ assumere illud. Et post eligere malum quod significat̄ per illas qualitates qñ sunt male ⁊ vitare illud: qm̄ sicut alias dcm̄ est non significat planeta idem qñ est retrogradus quod qñ est directus: non idem qñ est tardus quod qñ est velox: non idem qñ est stationarius quod qñ est progressiuus: nō idem qñ est combustus quod qñ est euasus: non idem qñ est vacuus cursu qđ qñ est alteri iūctus: nō idem qñ est in alienis dignitatibus qđ qñ est in suis. Non idem quando est in angulo quod qñ est in cadenti: non idem qñ est liber quod qñ est impeditus. Unde cum sciat̄ per expertorem huius scientie quādo planeta est bene dispositus pōt fieri electio tunc ad bonū. Et cum sciat̄ per ipsum qñ planeta est male dispositus pōt fieri electio: ⁊ euitari ẜm ꝙ astrologus ꝑceperit ita esse. Et pōt eligi bona hora a mala ẜm ꝙ ipse dñs noster Jesus xp̄s eligit dum dixit eamus in iudeā iterum ⁊c. ⁊ mala possunt euitari que ventura sunt ẜm dispositiones motuū predictorū ⁊ significata mala. In omnibus initijs eoꝝ que facere intendimus tam in itineribus q̄ꝫ in mulieꝝ despōsationibus atqꝫ nuptiarū celebrationibus: tā in edificationibus q̄ꝫ in destructionibus: tā in plātationibus q̄ꝫ deplātationibus ⁊ in singulis que facere volumus vel intendimus euitari. Et sic pꝫ ꝙ stelle operantur diuersa in inferioribus ẜm diuersitatē suorū diuersorū motuum: ⁊ ꝙ astrologus possit ꝑ bonas electiones auertere multa mala que ẜm motus stellarum: nisi quis ꝓcaueret sibi euenirent. Unū nō possunt infringere astronomiā neqꝫ electiones aliquaꝝ rerum tali via quā leui sibi assumpserūt: possunt tñ quodāmodo cōtraire in his que vident̄ verisimilia lꝫ omnia possint defendi videlicet si dicerent ꝙ electiones nō forent inuente pro qualibet vili ꝑsona: ⁊ illud est quodāmodo veꝝ: sed non simpliciter: quoniā non confidimus bñ ꝙ quilibet vilis ꝑsona possit facere sibi semꝑ eligi facta interrogatione: sed facta q̄stione de re q̄d inde posset accidere ei bñ possumus ei postmodū eligere accepto significatore electiōis de questione ab eo facta: per questionē enim suaꝫ renouatur quod iam destructū existimabat̄ de significato radicis natiuitatis sue: qm̄ est sup eo de quo queritur. Et quodāmodo vident̄ electiones esse cōmunes omnium: qm̄ electio non est rei spōtanee nec certi nihilominus tñ est cuiuslibet qui consiliatus est a se vel cui consuluit alter ⁊ est res cuius cōsilium fuit preambulum ratio ⁊ intellectus prestitit. Magnatibus v̄o ⁊ nobilibus illis scilicet qui sunt apti regno possunt eligere ⁊ super natiuitatibus ⁊ super inter-

rogationibus:⁊ sine ipsis semper:⁊ indifferenter su-
per omnibus eorum initijs tam itineribus q̄ȝ alijs.
Quando vero tu eligis vilibus sine interrogatione
⁊ maxime si fuerint plures simul sicut fit aliqñ in vo
lentibus ire per terram dũmodo sint plures vt fit in
peregrinationibus ⁊ similibus nõ potes eis eligere
sicut qñ eligis vni soli:qm̃ differũt fortunia ⁊ isortu
nia radicũ natiuitatum eoꝝ: ita ꝙ ille significator q
est vtilis vni eoꝝ potest esse cõtrarius alteri:⁊ sic non
poteris habere talẽ electionẽ que sit vtilis omnibus
in hora vna:qm̃ non est aliquid qꝺ possit exercere si-
mul ⁊ semel duas naturales ⁊ cõtrarias opationes
ſm vnam ⁊ eandẽ rem ⁊ ad vnũ ⁊ idem significatũ.
Et ꝙ res ita se habeat patet ꝑ hoc: qm̃ videmus ali-
quando aliquos ire simul in vna hora pro aliqbus
negocijs:⁊ quibusdã bene cedit quibusdã vero con
trarium. Unde si haberent questiones omniũ illoꝝ
quoꝝ questiones significarẽt bonum esset eligendũ:
quoꝝ significarent cõtrarium nõ esset eligendũ sicut
alijs: verũ est tñ ꝙ bona electio aut prodest aut non
nocet dũmodo nõ sit cõtraria radici natiuitatis: nec
tñ sunt electiones abijciende:sed sunt seruãde ſm or
dinem quẽ tibi dixi. Quoꝝ boni planete fuerint si
gnificatores illi gaudẽt in bonis diebus ⁊ letãtur in
eis:in malis aliqñ tristant. Quoꝝ mali planete fue-
rint significatores illi gaudẽt in diebus in qbus non
vident sic debere esse ⁊ in bonis diebus tristantur ⁊
male est eis:⁊ hoc nõ est:nisi ex eo ꝙ mali vicerunt in
radice natiuitatis eorũ : mali enim suis tantũmodo
prosunt:alienis nitunt nocere: boni vero suis semp
prosunt ⁊ alienis nitunt prodesse : ⁊ hec est cã quare
electiones pñt prodesse potius q̄ȝ nocere. Non ergo
despicias hec que tibi dico:qm̃ si bene cõsideraueris
⁊ ea bene fueris ꝑspicatus poteris electionũ vtilita-
tem ꝑcipere:⁊ vnde habeat originem ⁊ qño ⁊ qñ ⁊ q
bus valeant. Uolo.n.te scire ꝙ fortuna dñatur in oi
re licet quidã ex tunicatis ydiote dicãt ꝙ fortuna nõ
est:sed solũ quod deus vult. Sapiẽtes vero eoꝝ in
hoc discrepãt in occulto lȝ in publico videant eis as-
sentire quod est potius pre timore ne ipsoꝝ ordines
vilipendant q̄ȝ ꝙ credãt eos dicere veritatẽ. Si eniȝ
fortuna nõ est quis esset tante fatuitatis qui nesciret
ex arbitrio suo cuncta necessaria sibi habundãter ac-
quirere:sed nos videmus quotidie cõtrarium mani
feste:nõne vides quosdã sapientes probos ⁊ intelli-
gentes qui nõ habent vt plurimũ quod manducẽt:
⁊ quosdam fatuos quibus si lupus auferet ex deceȝ
pecudibus.7.nesciret vtrum essent diminute vel nõ
cunctis sibi necessarijs affluẽtibus habundãter:ipsi
enim imponũt rabiem creatori suo mentientes ipm
non esse iustum ⁊ in heresim incidunt abhorrẽdam.

¶ Capitulũ secundum de his que considerantur in isto tractatu.

In isto enim tractatu qui electionum dr̃ opor-
tet te scire ista qnq̄ȝ videlicet. Si electiões quas
facimus contineant in se aliquam vtilitatem . Et si-
militer oȝ te ꝯsiderare principium oĩs rei quã facere
vel incipe intendit aliqs quare fit. Et vtrũ res que in
cipiunt sint venture ad cõplementũ an nõ. Et si fue-
rit cõplemẽtũ vtrũ finis eius qꝺ incipimus sit bonꝰ
vel malus futurus. ¶ Ptholomeo eniȝ qui fuit pre
alijs sapientibus huius scientie rectificator visuȝ est
huius artis fructum fore iudicia electionibus nõ ex
clusis imo in huius scientie fructu cõputatis:necesse
est enim magnã partem astronomie fructus electio-
nis esse:qm̃ quando eligimus alicuius rei principi
um possumus per electionem illam scire principiuȝ
medium atq̄ȝ ipsius rei finem qualis debeat esse. Si
enim eligimus alicui etati ad hoc apte vt gignat fili-
um: vel etiam si non eligimus ei ⁊ sciamus horã illi
us concepti siue cõceptus ille sit rationalis siue nõ ra
tionalis nos sciemus quid futurũ sit de ipso in vte-
ro materno vsq̄ȝ ad diem ⁊ horaȝ natiuitatis:⁊ si sci-
uerimus horam natiuitatis poterimus ei dicere qd
de ipso futurum sit post natiuitatem vsq̄ȝ ad finem
vite sue ſm ordineȝ naturalem: ⁊ quid ei accidere de
beat: deus enim dat nato quod stelle ministrant. Et
licet materia sit eadeȝ in eis tñ operationes sunt plu
res atq̄ȝ diuerse:sicut accidit in membris quibus pri
ma causa dedit virtutem cuiuslibet iuxta suas ope-
rationes nõ enim interest sua prohibere alicui rei: li
cet quidam ignorantes astronomiam nõ confitean-
tur. Similiter quando eligimus alicui volenti semi
nare seu plantare sciemus quid de illa plantatione
vel de illa seminatione sit futurum ſm stellaꝝ admi
nistrationem ⁊ significata. ¶ Sarcinator vero visus
est velle ꝙ nõ eligemus vilibus vel mediocribus:ni
si super natiuitate vel interrogatione eorum: tñ ipse
non inhibuit ex toto quin eligeremus eis: sed vide-
batur ei tutius eligere super natiuitatibus vel super
interrogationibus q̄ȝ aliter: qr bonum est eligere su
per natiuitatibus vel super interrogationibus. Sed
si non possumus aliquãdo habere aliquam ex illis:
nõ tñ est electio prohibẽda. Et dixit ꝙ eligeremus ẽt
sine ipsis:nec ob hoc sunt sibi ꝯtrarij. Sarcinator vo
luit esse certus:ita ꝙ non posset reprehẽdi : qr voluit
eligere super natiuitatibus que raro habent: vel su-
per interrogationibus de natura sua. ¶ Haly vero
voluit esse liberior in hoc ꝙ oibus voluit ꝓdesse licet
electiones que nõ fiunt super natiuitatibus vel que
stionibus nõ sint:ita certe sicut ille que fiunt sup eis:
tñ confisus est de ipsis ꝙ deberent valere vel ad mi-
nus nõ possunt nocere. Mihi aũt videtur ꝙ possu-
mus omnibus singulariter eligere dũmodo non sit
pluralitas cui eligimus nec intelligas pluralitatem
aliquam cõmunitatem: sed pluralitatem priuatam
sicut quando vadunt aliqui simul congregati in pe
regrinationibus ⁊ similibus: ita enim credo medio
crem seu vilem habere suam radiculam in natiuita
te quẽadmodum magnatem suam radicem:quoni
am quilibet eorum natus est sub ascendẽti. Si enim
aptauerimus lunam que est particeps omnis rei iã
habemus partem itineris seu alterius rei vniuersa-
liter aptatam que est de rebus radicalibus ⁊ que nõ
permittet viatorem periclitari de leui etiam si ascen-
dens itineris esset contrarium ascendẽti natiuitatis
in qua luna fuerit particeps : ⁊ quoniaȝ ipsa est res
fortior in itineribus multum tollit de contrario qꝺ
posset significari per alios planetas cõtradicentes iti
nerãti:qr significatio eius in itineribus est in duplo
maior q̄ȝ significatio alicuius aliorum planetarum.
Unde cum ipsa habeat tantaȝ partem in itineribus
⁊ aliarum rerum omniũ ⁊ sit particeps natiuitatis
itinerantis ⁊ aptauerimus eam in itinere : videtur
ꝙ sit aptata pars radicis natiuitatis itinerantis vel
incipientis:ita ꝙ erit sibi prosperitas in itinere licet
forte nõ cedant ei omnia prospera sicut vellet tamen
bona electio multa mala diminuet atq̄ȝ auerteret q̄
ventura essent ſm significata stellaruȝ. Et aliqua bo
na apprehendet ille cui eligit que sine electione non
apprehendisset. Uitantes enim electiones que non
fiunt super natiuitatibus vel super interrogationi-

bus nõ videntur mihi ex toto sapientes: q2 si nõ pos
sunt habere id boni quod volunt nõ debent tamen
spernere id boni quod habere possunt. Illi enim q
hoc faciunt videtur facere sicut fecit quidam hystrio
qui iuit ad nuptias in quibus dicebatur erãt an
seres: ille vadens illuc nõ inuenit ibi anseres: sed in
uenit perdices z poterat ex illis comedere quantũ
vellet qui exquo nõ inuenit anseres noluit comede
re perdices imo ductus fatuitate recessit ieiunus.
¶ Trutanus vero dixit melius est comedere gril
los nihil licet fuerit abusiue locutus: fuit tamẽ ve
ra intentio sua z sic melius est electionibus vti pe
nitus eam dimittere.

¶ Capitulum tertium de radice electionum.

RAdix enim nostrarum electionum est aptare
fundamenta ipsarum z ex illis est aptatio lu
ne: quoniam sicut alias dicitur ipsa habet participa
tionem z significatũ in omni principio: in omni iti
nere. in omni loco: in omni tẽpore: in omni re: atq
in omni hora. Et est similiter de illis vt ait haly sol
qui preest inter alios planetas sicut rex: z planeta q
significat rem quã volumus incipere: vt si vellemus
incipere guerram vel aliquid aliud de his que ope
rantur per ferrum z ignem debemus aptari martẽ
qui naturaliter habet significare illud. Si vellemus
acquirere pecuniam deberemus aptare Iouem qui
naturaliter significat eam. Si vellemus celebrare nu
ptias vel similia delectabilia debemus aptare vene
rẽ. Et ita intellige de significato cuiuslibet planete.
Preterea debemus aptare signũ qđ sit de nã rei quã
incipe volumus z hẽat illaz significare: vt si volu
mus facere iter p terrã aptem9 signũ terreũ: si p aquã
aptemus aquaticũ. Et aptatio eius est vt sit liberũ ab
impedimentis z ab infortunis z eaꝝ aspectib9 z po
nas illud ascendens electioni tue: vel ponas domi
minum ascendentis in eo vel lunã vel ambos si po
teris. Ista sunt necessaria in omnibus electionibus
cõmunibus tam in electionibus que fiunt super na
tiuitatibus seu interrogationib9 in alijs si fieri po
test; z quedam sunt alia oportuna licet non ita neces
saria scilicet vt aptemus viris signum masculinum:
z mulieribus signum femininum.

¶ Capitulum quartum de aptatione particulariũ.

POstq aptaueris predicta vniuersalia: oportet
te aptare particularia scilicet postq aptauisti
luminaria z dominum ascendentis z planetã signi
ficantem rem quã inceptor intendit facere videlicet:
domus que significat rem sup quam est electio tua
z intentio incipientis. Et hoc fit dupliciter: nam in
illis quorum natiuitates nouisti z quorũ habes in
terrogationes debes aptare domũ significantẽ rem
illam in natiuitate seu questione. In illis vero quo
rum non habes natiuitatem vel questionem apta
bis domum significantem rem illaz in hora electio
nis siue inceptionis. Debes etiaz aptare in omni ele
ctione primam z quartam z dominuz vtriusq: pri
mam z eius dominuz vt saluetur z custodiatur per
sona illius cui eligis: quartam vero z eius dominũ
vt res perficiatur z finis eius sit bonus z laudabilis.
¶ Et dixit Haly apta domum rem illam significan
tem hac de causa: quoniam vnum z idem signum
potest facere diuersas domos que habebunt diuer
sa significata ꝓm diuersitatem regionũ: vt si esset ari
es prima domus toleti in illa eadem hora esset forli
uij idem signum duodecima domus: z eadem hora
hoc est tunc temporis esset corynthij vel parum citra
vndecima domus: z ita vsq ad finẽ terre habitabilis
diuersificando domos ꝓm diuersitatem longitudi
num regionum z distantiam earũ adinuicem dan
do vnicuiq. 770. millaria ꝓm sapientes antiqui
mensurauerunt terram vel forte ꝓm mensurationẽ
prout in eorum libris continet. Unde non facio ma
gnam vim: nisi vt videas modũ diuersitatuz domo
rum vt percipias ipsarum significata ꝓm diuersita
tem regionum ex eo illud idem signũ quod signi
ficat in vna terre vnũ potest significare in alia aliud
diuersum ab illo: z sic videtur electiones non sint
omnimode vitande licet non habeant semper nati
uitates seu questiones. ¶ Et si diceret aliqs si sem
per facimus fortunas fortes z malos debiles in ele
ctionibus z aliquis malorum sit significator natiui
tatis illius cui eligimus facimus illi contrariũ eius
quod facere debemus z sic efficimur ei contrariũ cuz
debemus esse sibi vtiles. Ad quod potest responderi
 debemus vestigia nature sequi que semp ad me
lius est intenta: z nos ad melius intenti esse debem9:
melius est enim exquo ignoramus natiuitates nec
habemus interrogatiões aptemus fortunas z de
bilitemus malos: quoniam debilitatio fortunaruz
peior est debilitatio infortunarum. Nam si debi
litamus omnes fortunas potest esse nihil boni re
maneat in electione. Si autem debilitamus omnes
malos non possumus eos debilitare quin aliquid
boni remaneat in ea: quia nullus malorum licet ali
quis eorum significet bonum in natiuitate significat
vniuersaliter semper z vbiq bonum: ex bonis eniz
sunt plures qui naturaliter z vniuersaliter semper z
vbiq significant bonuz sicuti venus que semper ha
bet significare de desponsationibus z nuptiarum ce
lebrationibus z alijs factis mulierũ in omni hora z
z in omni terra z similibus: z luna que habet signifi
catum in factis matrum z in omnibus alijs nostris
factis vt alias dicitur: similiter z sol sup factis digni
tatum: z iupiter qui naturaliter semper z vbiq in
omni hora z in omni terra est significator substãtie.
Et sic semper cum fortificamus fortunas vel stellas
significantes id quod intendimus reseruamus ali
quid boni illi cui eligimus quod nõ accidit de infor
tunis. Preterea mali naturaliter sunt tantum duo
saturnus scilicet z mars: boni vero naturaliter sunt
quinq Jupiter scilicet sol venus mercurius z luna.
Unde cum ipsi boni sunt plures numero quã mali
oportet vincant in fortitudine: z sic magis debe
mus considerare de multo bono timere de non
multo malo. Et in hoc errant illi qui dicunt non
debemus vti electionib9: sicut enim alias dicitur ele
ctio non potest nocere: sed potest prodesse. Impossi
bile enim est quin bona hora sit bona z mala sit ma
la. Exquo enim possumus discernere bonam a ma
la quare non debemus assumere bonaz horam: z vi
tare malam. ¶ Si quis volens ire ad prelium q for
te fuerit in precinctu eundi quesierit a te consiliũ
eligas ei bonam horam: vel dixerit videas ei si ho
ra illa est bona vel non: z tu videris significatorẽ ma
le dispositum in hora illa: ita si tunc iuerit ad pre
lium interficietur: z videris aliam horam in qua po
terit ire sine periculo z non dixeris ei non vadat:
tunc z expectet horam in qua poterit ire securus:
vel dixeris ei vade: q2 nõ nocebit tibi hec hora si de
us voluerit: nõne tu si ille iuerit tunc z fuerit interfe
ctus es effectus inde homicida scias sic: hoc dico si
tu denegasti ei cõsilium tua culpa: hoc est si ipse vole

bat tibi satisfacere alioquin cecus est: non enim tene
ris ei seruire gratis si potest satisfacere: potest eniz ele
ctio illa esse fortis ꝙ ne dum auertat malum illius
cuius natiuitas ignoratur nec questio habetur: ve-
rum etiam si per natiuitatem vel questionem signi-
ficetur ei malum poterit auerti ab eo per ipsam for-
tem electionem. Similiter si aliquis viator quereret
a te de aliqua triū viarum que esset ei melior ⁊ secu-
rior: in vna quarum dicebatur publice ꝙ nūꝗ̄ sta-
bant latrones: in alia vero aliquādo erant latrones
aliquādo non: in tertia quidem erant semper latro-
nes ⁊ tu diceres ei: vade per istā viam scilicet in qua
semper erant latrones: q̄r non obuiabis latronibus
si deus voluerit nōne si ipse iuerit per illam viam ⁊
fuerit depredatus tu teneris ei ad restitutionez eius
quod ipse amisit cum potuisses eum docuisse illam
in qua dicebatur nunꝗ̄ fuisse latrones per quam si
iuisset etiam si foret depredatus non teneris ei. Ele-
ctio enim operatur ſm magis ⁊ minus: naz si elige-
remus ei cuius natiuitatez sciremus: vel cuius inter
rogationem habemus ⁊ natiuitas vel interrogatio
significaret ei aliquod bonum in radice sua ⁊ electio
concordauerit cum aliqua illarum significat bonuz
⁊ perfectum finem illius rei atq̄ʒ ipsius effectū: si au
tem vna discordauerit ab altera minuet illud bonū.
Et si natiuitas vel questio significauerit malum ⁊ ele
ctio significauerit bonū minuet electio bona de ma-
lo quod significauerit natiuitas vel questio: aut for-
te dirimet ipsum ex toto: sicut bona tyriaca minuit
vel tollit aliquando totum nocumentū veneni: ⁊ vi
demus aliquādo medicos dare medicinas quibus-
dam egrotantibus ad mortem ⁊ de quibus non ha
betur spes ꝙ possint euadere: tamen possibile est ꝙ
tanta sit aliquādo virtus medicine ꝙ natura confor
tatur inde necnon ⁊ liberatur eger: ⁊ si medicina nō
liberauerit egrum ad minus non nocebit ei: ⁊ sic bo
na hora semper est eligenda.

¶ Capitulum quintum ꝙ electio debeat conuenire
cum natura rei pro qua eligitur.

Caue tamen ꝙ electio tua cōueniat cum natu-
ra alicuius rei pro qua tu eligis: quoniā effe-
ctus ⁊ impressiones superiorum corporum natura-
liter non adaptantur nisi subiectis aptis posse illos
suscipere nec potest electio dare aliquid vlli subiecto
nisi quod suum est ⁊ quod ad ipsum pertinet ſm or
dinem naturalem sue speciei: non enim posset aliqs
homini talem eligere horam que faceret eum volare
nec que faceret eum currere sicut currit lepus vel ca-
priolus: nec etiā que faceret eum ire in die vno. 500.
vel. 1000. miliaria: sed est ei eligēdum solum ad illa
que possunt ei adaptari ſm ordinem naturalem. Al
tissimus enim opifex mundi statuit ordinem cuili-
bet creature ſm suam naturam ⁊ ſm ꝙ sibi conue-
niens fuit: tantum enim potest vnaqueq̄ʒ creatura ⁊
vnumquodq̄ʒ indiuiduum quantuz sua naturalis
forma permisit: virtus namq̄ʒ debet respondere figu
re: nihil enim potest habere aliquid per suam natu-
nisi qđ ꝑ ipsam pōt ei dari nisi forte sit mōstruosum:
Non ergo eligas impossibile alicui quoniam layci
⁊ etiam quidam tunicati ⁊ quasi omnes indifferen-
ter nituntur deridere astrologos ⁊ fingunt ad eorū
derisionem mendacia inaudita. Non eligas mulie
ri octuagenarie vel nonagenarie horam vt concipi-
at: quoniam senectus prohibet. Non eligas puero
decem vel. 12. annorum vt gignat: quoniam etas nō
patitur nec permittit. Non eligas volenti equitare
equulum duoꝝ vel trium mensium: quoniam eius
teneritas non patieṫ. Iuxta illud: qđ nā negat nemo
feliciter audet. Non eligas volenti seminare frumen
tū in planicie ytalie in iunio vel iulio: nec volenti se
menare faseolos vel milium in vngaria vel in teuto
nia in mense octobris vel nouembris: quoniam re-
gio vel aeris dispositio non affectat. Nec etiam eli-
gas volenti seminare in littore maris: quia locus nō
est ad hoc aptus. Agens enim non produceret nisi
qđ a sua nā procedit. Non eligas nesciēti natare vo-
lēti se proijcere in aquam profundam: quoniaz suf-
focabiṫ. Nō eligas volēti se proijcere in fornacem ar
dētem: quoniam cremabiṫ. Nō eligas volēti se proij
cere de turri alta in terram: quoniam frangeṫ ei col-
lum. Non eligas in heremo volenti preliari cuz leo
ne: quoniam lacerabiṫ. Non eligas debili volēti pre
liari cū multū se fortiori: vel paucis volētibus prelia
ri cum multis: quoniam succūbent. Fiet enim vio-
lētia v̄tuti: sed eligas equali vel paruz debiliori. Ra
tio enim naturalis non inclinat nisi ad ea ad que ꝑ
tinet naturaliter: bene tamen eligitur aliquādo pau
cis contra multos ⁊ vincunt pauci: sed tamen quod
aliquando accidit non est assumendum pro regula
generali. Sufficit enim illi cui eligis si eligeris ei cō-
tra quartam vel tertiam partem maiorem sua. Si
enim ab inde suffuerit nō erit electio bene tuta: quo
niam vis facit rationem multotiens retrogradari.
Corpora nāq̄ʒ supcelestia non operantur aliud nisi
quod eis prestitum est a nā. Sunt enim octo specie-
rum: naz quilibet planeta est sue proprie speciei: stel-
le fixe simil'r sunt sue proprie speciei. Et posset etiam
dici ꝙ quelibet stella fixa esset sue speciei ⁊ q̄r species
sunt diuerse: sic ⁊ operationes ⁊ significata: licet eq̄li
ter sint incorruptibilia. Uerum est tamen ꝙ ego ele-
gi quadam vice comiti Guidoni nouello de tuscia
contra florentinos qui expulerūt eum de florētia ⁊
strauerūt ei omnia sua castra que habebat in tuscia
⁊ expoliauerant eum omnibus suis bonis: qui ha-
bebat ex parte sua. 3200. milites ⁊ forte. 13000. pedi
tes ⁊. 300. balisterios: ⁊ aduersarij habebant. 5300.
milites ⁊ forte. 12000. pedites ⁊. 5000. balisterios ⁊
vltra: ⁊ tamen debellauimus eos ⁊ vicimus ex toto:
⁊ fuit hoc in valle arbie apud montem apertum:
verumtamen ego habebam primo per questionem
ꝙ debebamus obtinere ⁊ post habuimus electionē
fortissimam in eūdo ad prelium: ⁊ sciebam exitum
eorum per priuatos nūcios missos ad illud qui erat
malus imo pessimus. Tu tamen debes considerare
in omnibus tuis electionibus ſʒ ꝙ nā ⁊ esse vnius-
cuiusq̄ʒ rei videtur posse pati sic fieri ⁊ non errabis.
¶ Oportet enim ad hoc vt electio tua ꝑficiat quod
intendis ⁊ ille cui eligis perueniat ad bonū finez rei
fac ꝙ aptes omnia hec que tibi dico si potes videli-
cet primam ⁊ eius dominum: quartam quoq̄ʒ ⁊ eꝰ
dominum: necnō ⁊ ambo luminaria: partez quoq̄ʒ
fortune: similiter ⁊ dominos dominorum in quibꝰ
fuerint: ⁊ domum significantem rem pro qua eligis
atq̄ʒ ipsius dominum ⁊ planetam cui primo iunge
retur luna post electionem siue inceptionem tuaz ⁊
dn̄m quarti signi a signo in quo fuerit luna: quoni-
am ⁊ ipse habet participationem in significatione fi
nis rei: ⁊ dominum etiaz quarti signi a signo in quo
fuerit pars pars fortune: ⁊ dominū domus in qua
fuerit dominus signi in quo fuerit luna tam in om
nibus supradictis ꝗ̄ʒ in vrbium vel castrorum seu
domorum edificationibus ⁊ similibus. ¶ Quando

ergo volueris aptare aliquam electionem vtputa si
velis edificare turrim vel castrū vel quicquid aliud
incipere volueris oportet ꝙ sis intentus circa rem ⁊
circa personam illius cui eligis: quoniā primam pri
ma ⁊ eius dominus sunt aptādi pro persona ipsius
⁊ debes etiam aptare primaz ⁊ eius dominum ⁊ lu
nam ⁊ partem fortune ad rem que incipitur vt finis
eius sit bonus. Unde si fuerit incepta res aliqua siue
fuerit edificiuz siue iter siue aliud ⁊ significatores illi
fuerint bene dispositi pro te vel pro illo cui eligis erit
bonum. Si vero fuerint omnes impediti erit cōtra
rium. At si fuerint impediti dominus prime ⁊ luna
⁊ pars fortune fuerit salua erit bonū pro re pro qua
fit electio: sed non pro illo cuius res fuerit: sed tamē
non erit tāta virtus partis fortune licet prosit ꝙ pos
sit ita defendere negocium quin participet cum eis
in impedimento.

¶ De dirimendo aliquod edificium.

SI autem fuerit electio tua vt velis dirimere
aliquod edificium, domum scilicet aut castrū
vel aliquod tale debilitandi sunt eius significatores
⁊ specialiter dn̄s quarti ⁊ planeta cui iungit luna: ꝓ
pterea qꝛ significat qđ futurū est de re: ⁊ pre ceteris si-
gnificatoribus debilitandus est mars: quoniaz ipse
habet significare reiterationem dirupti edificij ⁊ ma-
xime in contrarinm illius qui dirimit edificium vel
fecit illud dirimi. Si autem fuerit intentio dirimen
tis vt reiteret: vel fuerit eius intētio dirimere cū leui
tate atqꝫ velocitate: vel forte nō erit ei cure vtrū reedi
ficet edificium diruptū vel non: sit luna sepata a ma
lo ⁊ iuncta fortune que sit orientalis directa vel sit iū
cta domino domus in qua ipsa fuerit a trino vel sex
tili aspectu descendens in circulo suo.

¶ Capitulum sextum ꝙ principium rei non est an-
teqꝫ res incipiatur.

SCito etiam ꝙ inceptio vel principium alicu-
ius rei non potest esse anteqꝫ res illa incipiat
nec est postqꝫ fuerit incepta: sed est in ipso principio
rei prout tibi dicam: non quando est factum princi-
pium: non qn̄ non est factum: non est etiaz quando
est in fieri: sed solūmodo qn̄ fit sicut qn̄ edificamꝰ tur
rim vel domū vel qđlibet aliud edificiuz cum dura-
bilitatez querimus ⁊ inicimus primū lapidem ⁊ lo
camus ipsum locatione debita: ⁊ illa talis prima lo
catio potest dici principium edificij seu edificationis.
¶ Quod si diceret aliquis ꝙ fodere vel metiri foret
principium edificij nō videtur mihi rectū: quoniaz
omne principiuz cōstituit principiatū seu intrinsecū
est rei quā incipere volumus vel intendimus: sed ex
trinsecum est qđ non est de ipsa: qm̄ aliqn̄ potest qs
edificare sine fossione vt qn̄ edificamus in saxo vel si
milibus: sed sine primo lapide nūqꝫ possumus edi-
ficare rem quaz incipere volumus vel intendimus.
Manifestū est igitur positionem, primi lapidis ⁊ ip
sum primum lapidē eiusqꝫ debitam locationem esse
principium rei intrīsecū atqꝫ edificij qđ intendimus
facere vel incipere: ipsiusqꝫ actus edificationis: metiri
autem ⁊ fodere licet preparatoria sint ad edificandū
non tn̄ sunt de edificio: nisi vt congregatio lapidum
⁊ consparsio calcine atqꝫ similia: nec tn̄ blasphemo si
tu posses aptare omnia illa. Et si oportuerit edificiū
quod facere voluerimus fundare super lignis sicut
aliqn̄ accidit in pontibus ⁊ similibus vbi aliquādo
non potest principium edificij fieri cum lapidibus
apta primum lignū quod locatur in illo fundamen
to est principium illius edificij qm̄ est de edificio.

¶ Quando edificatur sine muro faciendo.

ET si fuerit aliud edificiū qꝫ muros pono prin
cipium locationem prime colūne in fouea fa-
cta illa de causa locatione vltimata ⁊ debita ⁊ silia.
Et quia videtur quasi quoddam impossibile apta-
re tot significatores quod nominaui tibi si nō pote-
ris eos aptare omnes apta illos quos aptare potes:
qꝛ nō aptabis: ita paucos ex eis quin prosint electio
ni tue licet nō tantum quantum velles. Nam si pos
ses eos aptare omnes esset res vndiqꝫ beata: beabi-
tur tamen sm̄ quantitatem significatorum quos ap
taueris. Unde si poteris aptabis primam ⁊ eius do
minum lunam quoqꝫ ac dominum domus in qua
ipsa fuerit ⁊ planeta cui luna vel dn̄s prime iungi-
tur: ⁊ partem fortune dominumqꝫ domus in qua
ipsam inueneris: ⁊ planetam significantem rem quā
facere intendis necnon ⁊ dominum hore. Et si non
poteris aptare istos omnes apta dominum prime ⁊
lunam ⁊ planetam significantem rem illam ⁊ domi
num hore. Si autem non poteris aptare ipsos ite-
rum omnes apta lunam ⁊ dominum hore. Quod
si facere non poteris considera super qua re sit electio
tua: nam si fuerit iter vel exitus ad venandum ⁊ simi
lia tunc aptabis dominum hore potius qꝫ aliquod
aliud ⁊ fac lunam cadere ab ascendente: vt non sit in
eo nec aspiciat illud. Si autez fuerit aliud qꝫ iter aut
venatio apta lunam prout quiueris ⁊ proderit tibi
in re quam facere vel incipere intenderis. ¶ Si aūt
diceret aliquis ꝙ non debemus electiones: ita elon-
gare sicut dixi cum omnes fere videantur velle dice
re aliud ab isto: posset ei sic responderi: quoniam sa-
pientes voluerunt: ita beate suas electiones ꝙ essent
vndiqꝫ perfecte: ⁊ considerauerunt electiones quas
non posset aliquis semper expectare donec significa
tores possent omnes: ita vt ipsi dixerunt aptari: sed
nos vt plurimum non habemus tempus expectā-
di: vn̄ oportet ꝙ eligamus in spacijs que habemus
⁊ cōmisere illud boni quod possumus in electione
nostra.

¶ De fortificando solem.

SIt autem tibi cure semper fortificare solem in
rebꝰ durabilibus prout melius poteris ⁊ ma
xime nobilium ⁊ magnatum quorū mentio fit alias
etiam in alijs electionibus in quibus euz aptare po
tes. Uerūtamen electiōes prout alias tibi tetigi sunt
diuerse videlicet sm̄ nobilitatez: sm̄ tempus: sm̄ eta
tem: sm̄ locum: officium seu magistratum: sm̄ natu
ram ⁊ speciem rei eligende. In his autem quorum
natiuitates scimus vel quorum habemus interro-
gationes nō debemus debilitare aliquem ex plane-
tis qui habeat fortitudinez in radice natiuitatis vel
interrogationis alicuius eorum. ¶ Et dixit Haly ꝙ
ista concordant in omni initio preter ꝙ quibusdaz
hominibus debemus ponere quedam ex sequenti-
bus que non sunt vniuersaliter ponenda in omni-
bus alijs: quoniaz sunt eis exceptata ⁊ sunt quasi ne
cessaria in eorum factis prout nunc tibi dicetur.

¶ Capitulum septimum quomodo diuersis perso-
nis aptant diuersi planete.

IN electionibus ad reges aptādus est sol ⁊ de-
cima ⁊ eius dn̄s: nec sunt ista de illis que exe-
quuntur: sed sunt de necessarijs ⁊ radicalibus: qm̄
velis nolis oportet te aptare ista in factis regū poten
tum ⁊ similium hoc est factis spectantibus ad regnū

⁊ alias dignitates laycales: est etiam aptandus sol
babilonis ⁊ romanis orientalibus. Scribis ⁊ mer-
catoribus aptandus est mercurius: significat enim
scripturas ⁊ mentes naturaliter ⁊ res tales propter
suam conuertibilitatem: ⁊ indis quoniam eius for-
titudo est in terra illa. Pugilibus becarijs furnarijs
fabris ⁊ similibus est aptandus mars quoniam na-
turaliter significat contentiones ⁊ ea que operãtur
per ferrum ⁊ ignem: ⁊ romanis occidentalibꝰ quo-
niaꝫ fortitudo eius est in partibus illis. Religiosis
secularibus est aptandus iupiter ⁊ mercatoribꝰ iu-
ste mercarij volentibus: quoniam significat substã-
tiam ⁊ specialiter bene acquisitam ⁊ alirachensibus:
quoniam fortitudo eius est in partibꝰ alirach. Mu-
lieribus est aptanda venus quoniaꝫ naturaliter ha-
bet significare facta mulierum: ⁊ arabibus quoniaꝫ
naturaliter habet significare gentem illaꝫ: ⁊ fortitu-
do eius est in partibus illis. Judeis agricolis seni-
bus religiosis induentibus nigras vestes ⁊ similibꝰ
est aptandus saturnus propter grauitatem sui mo-
tus: ⁊ ethiopibus quoniam significat gentem illaꝫ.
Unde sicut pluries tibi iaꝫ dictũ est apta illos signi-
ficatores quos potes licet non possis aptare omnes
quos volueris ad hoc vt electio nostra possit auge-
re aliquid boni ⁊ minuere aliqd mali qđ possumꝰ
licet non possumꝰ facere quicquid volumꝰ. ¶ Haly
vero dixit ꝙ in omnibus nostris electionibꝰ debe-
mus considerare dominum ascendentis: ⁊ lunam ⁊
facere significatorem rei nostre fortioreꝫ ex eis: ⁊ lau-
dauit hoc quoniã significat quid sequatur ex initio
illo. Et dixit cum dñs ascẽdentis fuerit fortunatus
scilicet iunctus cum fortunis ⁊ fuerit debilis. s. cadẽs
ab angulo vel ab ascẽdente: ⁊ luna fuerit fortis. s. in
angulo ascendentis vel in succedenti angulũ in vn-
decima vel in quinta aspiciens ascẽdens ⁊ fuerit in-
fortunata. s. iuncta malis ꝙ nõ debemus ob hoc iu-
dicare malum: imo debemus iudicare bonuꝫ: quia
dicit ꝙ tunc luna paucam habet participationeꝫ in
re illa. Sed si dñs ascẽdẽtis esset tũc fortis ⁊ fortuna-
tus non esset facienda magna vis in luna imo dixit
ꝙ aliqñ nos oportet eam infortunare hoc est debili-
tare: ⁊ fortunare dominũ ascẽdẽtis vt in venatione.
Uerumtamẽ çahel ⁊ ahomar vident dicere ꝙ luna
sit in venatione fortunãda: sed ꝙ haly dixit ꝙ luna
sit ĩfortunãda in venatione ideomatice locutus est.
Nam ipse intellexit qñ dixit ĩfortunãda hoc est de-
bilitãda qm̃ qlibet planetaꝝ põt esse fortis ⁊ ĩfortu-
natꝰ debilis ⁊ fortunatus ꝓut alias dr̃: ⁊ ꝙ dixit ꝙ
ponit cũ malis: ⁊ cũ malis põt poni sine ĩfortunio:
⁊ sunt qdã mali cũ qbꝰ opꝫ nos eã ponere in vena-
tione: aliqñ opꝫ nos etiã eam debilitare ⁊ ĩfortuna-
re sicut in inuestigatione fugitiui sicut alias dicet. Qđ
alij dixerũt ꝙ sit fortunanda nõ ĩtellexerũt ꝙ sit for-
tificanda.

¶ Capitulum. 8. qualis finis speratur de re quam
incipimus.

Albumasar vero dixit ꝙ ad hoc vt sciamꝰ fi-
nem electiõis nr̃e nos cõsiderare. 5. ⁊ posuit
primũ ex eis dominũ. 4. nõ tanq̃ꝫ precedentem sed
tanq̃ꝫ digniorẽ qm̃ ip̃e significat finẽ ⁊ finis dignior
est ꝑncipio. Secũdũ posuit dñm signi in quo fuerit
luna. Et si fuerit tũc luna in cancro cõsiderabit ipsa
tũc. s. post dñm. 4. Et posuit tertiũ planetã cui pri-
mo iũget luna ad primã ꝯiũctionem quã fecerit cuꝫ
aliquo planetaꝝ post rem ĩceptam. Quartũ posuit
dñꝫ domꝰ siue signi in quo fuerit ꝑs fortune. Quĩtũ
posuit. 4. signum a signo in quo fuerit tũc luna. Et
quidam voluit vt dixit haly ꝙ adderet dominꝰ. 4.
a loco partis fortune. Sed quia non pñt de leui oĩa
hec simul ⁊ semel aptari ideo dixi tibi ista. Et licet
dominꝰ. 4. habeat nãliter significare finem rei quaꝫ
aliqs vult ĩcipere siue iter sit siue aliud accidit aliqñ
ꝙ ipse nõ significat finem vñ opꝫ te querere alium.
Uerbi grã: dñs ꝑme significat rẽ tanq̃ꝫ ꝑcedẽs alios
significatores ⁊ dñs q̃rte respicit finem eiꝰ sicut dixi
pre oĩbus alijs. s. si aspexerit q̃rtam. Vñ ĩceptum est
aliquod iter vel aliqđ edificiuꝫ ⁊c̃. dñs. 4. aspicit. 4.
modo q̃rit finis rei ab eo. Sed si nõ aspiciat. 4. que-
rit a dño domus in qua fuerit luna: qui si aspexerit
lunã significat finẽ rei: si autẽ nõ: q̃re tũc finem rei a
planeta cui ꝑmo iũget luna post rem ĩceptaꝫ si ipsa
iũgat dico alicui aut petat ꝯiunctionẽ alicuiꝰ quere
tũc finẽ rei a planeta in cuiꝰ domo fuerit pars fortu-
ne: qui si aspexerit eã erit significator finis rei sin aũt
nõ remanebit significatio tunc sup luna ⁊ sup domi-
no domus in qua ipsa fuerit: ⁊ ipse erit fortior ea in
participatione ⁊ ꝑticipabũt etiam cuꝫ ipso aliquali
participatione oẽs ꝑdicti significatores ⁊ dñs prime
cum eis: sed ipse erit autẽtior oĩbꝰ. s. dñs domus in
qua fuerit luna. Et dixit haly ꝙ si daret significatio
dño. 4. signi a loco ꝑtis fortune ꝙ eẽt oĩbꝰ alijs post-
ponẽdus. Et dixit ꝙ si luna fuerit iũcta corporaliter
gradu ꝑ graduꝫ alicui planete in signo in quo est ꝙ
ipse erit significator finis rei siue habeat ibi dignita-
teꝫ siue nõ: ⁊ preponet dño signi in quo est luna: q̃re
si sic inueneris ꝯsidera tunc participationem predi-
ctorum significatoꝝ cum planeta cui iungit luna cor-
poraliter in signo in quo est gradu ꝑ graduꝫ ⁊ reuer-
tet ad dominũ prime prout alchindi visuꝫ est quo-
niam ipse habet significare querẽtem seu ĩcipienteꝫ
⁊ quid accidat ei a principio de re illa. Et dñs signi
in quo ipse fuerit habet significare qđ accidat ei de
ipsa in medio. Et si ipse fuerit in domo sua significa-
bit medium sicut ⁊ principium. Et dominꝰ signi in
quo fuerit ille in cuiꝰ domo fuerit dominꝰ ꝑme ha-
bet significare qualis sit finis rei ⁊ quid inde accidat
incipiẽti. Vñ vide quale fuerit esse illorum. 3. ⁊ ꝓm il-
lud iudica de esse rei in quolibet predictoꝝ tempo-
rum. Sapiẽtes aũt nostri voluerũt aptare tot signifi-
catores si fuisset possibile illud quod ipsi dixerũt ꝙ
omnia nostra negocia perficissemus ad nostrũ velle.
Uerumtamẽ nos nõ possumus oĩa sic aptare sicut
possumus dicere ipsa esse aptanda: nec habemus cõ-
modum semper expectãdi tãtuꝫ ꝙ possumus ea sic
aptare: quia forte toto tempore vite nostre nõ possu-
mus facere vnam ita ꝑfectã electionẽ cui nõ deessent
aliqua ex predictis. Oportet ergo ꝙ aptemus no-
stras electiones prout melius possumus: ⁊ si nõ pos-
sumus habere totum quod volumus: habeamus
tamen illud melius quod habere possumus vt no-
ster labor nõ sit frustratorius: q2 sicut dixit ille reuerẽ-
dus predecessor noster albumasar qui fuit melior in
hac arte q̃ꝫ vnq̃ꝫ latini habuissent qui studuit athe-
nis vbi studium tũc vigebat vt ipse idem fatetur in
quodam suo libro impossibile est nobis aptare. 12.
domos: qm̃ mali nõ possunt remoueri a celo: vnde
oportet ꝙ aptemus ea que possumus aptare ⁊ facia-
mus illud boni quod possumus. Et serua modum
quẽ superiꝰ dixi tibi in aptando significatores illos
quos aptare potes: ⁊ sic faciendo sequeris vtilitateꝫ

quaꝫ quis ex electionibꝰ potest seq. Et dixit haly ꝙ
aptatio domꝰ finis rei. s. 4. sit valde necessaria postq̄ꝫ
aptaueris alias res radicales. s. dn̄m prime ꝛ lunā ꝛ
dn̄m. 10. ꝛ partē fortune: ꝛ dixit ꝙ ista sunt corporis
incipiētis. Et planeta significās rem quā qs icipere
intēdit ꝛ domꝰ eiusdem rei ꝛ dominus illiꝰ domꝰ si
gnificant vtrum res ꝑficiatur ꝛ ob hoc dixit eos esse
aptandos.

¶ Capl'm. 9. qualr aptet signū.

Dixit haly ꝙ debemꝰ aptare signū significans
rem quam facere vel icipere intendimꝰ: ꝛ ꝙ
eius aptatio est vt sit remotum ab eo omne impedi
mētum hoc est vt sit liberꝫ ab īfortunis ꝛ earuꝫ aspe
ctibꝰ quadratis vel oppositis: nec sit obsessuꝫ a duo
bus malis vel ab eorum radijs. sed sit mūduꝫ ab eis:
ꝛ hoc modo significabit signum bonum ꝛ maiꝰ bo
num significabit si fuerit in eo aliqua fortuna vel eiꝰ
radij: ꝛ eo meliꝰ si asperxerint illud a trino vel sextili
aspectu. Et si plures fortune fuerint in eo vel aspexe
rint illud quātūcūqꝫ plures fuerint tāto magis aug
mētabit eiꝰ significatuꝫ in bono. Et dixit ꝙ si fuerit
signum ita fortunatum sicut dictū est ꝙ etiam si fue
rit cadēs ab angulo vel fuerit obsessum a malis nō
poterit ob hoc impediri: ꝛ si fuerit impeditū paruū
erit illud impedimētum ita ꝙ quasi modicum aut
nihil nocebit. Sed si asperxerint fortune illud signuꝫ
a quarto aspectu vel ab oppositione dixit ꝙ nō tm̄
proderit ꝛ est verum. Et dixit si asperxerint illud bo
ni ꝛ mali vel fuerint in eo simul ꝛ semel ꝙ est cōmi
scēda virtꝰ vtrorūqꝫ atqꝫ ꝭm multitudinem fortitu
dinuꝫ bonoꝝ vel maloꝝ iudicat de bonitate vel ma
licia illiꝰ signi. Si aūt asperxerint vel fuerint in eo eq̄
liter fortune atqꝫ infortune dicēdum est de ipso ac si
nullus esset bonꝰ vel malus in eo: ꝛ si planeta q aspe
xerit vel qui fuerit in eo habuerit ibi aliquaꝫ digni
tatem erit bonum: quoniam si fuerit bonus augmē
tabit bonum si fuerit malus minuet malitiam. Et
dixit ꝙ est aptandus dominus signi illius ita ꝙ ha
beat ibi duas significationes vnaꝫ scꝫ ex dn̄io qđ hꝫ
in eo: aliā ex bono loco in quo fuerit.

¶ Capl'm. 10. qualr aptet planeta.

Dixit haly ꝙ aptatio planete est de quo nihil
mali dicit: ꝛ a quo remouet omne ipedimen
tum sed est vt sit mūdus a malis. s. ab eorum ꝯiun
ctionibꝰ atqꝫ aspectibꝰ: ꝛ vt sit directꝰ non retrogra
dus neqꝫ combustꝰ neqꝫ cadēs: nec in signo cadenti
vel alio modo impedito neqꝫ aliquo alio modo de
bilis: q si fuerit ita dispositꝰ fortificat ꝛ fortunat rem
quam volumꝰ facere vel incipere. Atqꝫ locum signi
ficantē rem illam ꝛ eius finem si fuerit eiꝰ significator
siue fortuna fuerit siue non: ꝛ in quocūqꝫ loco fuerit
ꝛ in quocūqꝫ signo semper erit principiuꝫ illius rei
beatū medium ꝛ finis. Et si fuerit mundus a malis
ꝛ ita dispositꝰ sicut dictuꝫ est ꝛ fortis ꝛ in bono loco
dicit esse in ꝑfectione bonitatis: tamen si aliqua for
tunarum iuuerit eum dicit augmētare eius ꝑfectio
nem. Et si aspectꝰ illius fortune fuerit ante erit iterū
melius: si vero fuerit a tergo nō tantū augmētat licet
augmentet. Si autem asperxerit euꝫ aliqua ex in for
tunis minuit ei aliqđ de ipsius bonitate ꝛ plus mi
nuit si asperxerit anteq̄ꝫ a tergo. Cūqꝫ aptauerimus
signum ꝛ planetas qui habent significare rem quaꝫ
volumus incipere sicut dictum est erit electio nostra
ꝛ eius hora bona ꝛ perfecta ꝭm ꝙ signum vel pla
neta fuerint aptati. Et etiam conueniens est si fieri
potest vt signum ꝛ planeta a quibꝰ accipimꝰ signifi
cationem conueniant in natura cum re quaꝫ volu
mus incipere vel saltim vnus eorum: hoc est si volu
mus eligere rei faciende in aqua vel per aquam vel
in ꝯtiguitate aque vt est ire piscatū nauigare naues
facere: molēdina edificare: puteos fodere ꝛ similia, ꝙ
debemꝰ aptare signū aquaticum ꝛ planetā humidū
vel humiditatē significātem. Et si fuerit electio in ter
ra vel per terram ꝙ debemꝰ aptare signū terreum ꝛ
planetā qui magis ꝯueniat ei sicuti est ire venatum
per terrā fodere fossata: euellere lapides vel saxa de
suis mineris vel facere muros qui nō velint multū
a terra eleuari ꝛ sil'ia. Et si fuerit electio in rebus que
spectent ad aereꝫ vel que fiant in eo sicuti est venari
aues cum auibꝰ vt accipitribꝰ falconibꝰ çiri falcis ꝛ
similibꝰ aut velimꝰ edificare molendina ad ventum
vel alia edificia multuꝫ eleuata que ad aerē spectent
vel similia debemꝰ aptare signum aereum ꝛ plane
tam qui magis ꝯueniat ei. Et si fuerit electio nostra
in rebus que spectent ad ignem vel que operentur
per ignem vel cum igne debemꝰ aptare signū igneū
ꝛ planetaꝫ ꝯuenientem ei sicuti est eligere fabris vel
furnarijs ꝛ similibus. ¶ Et si fuerit res cui eligimus
quam velimꝰ cito ꝑfici erit aptandum signuꝫ quod
ꝯueniat velocitati ꝛ rei quaꝫ nolumus prolongari
scꝫ mobile vt in desponsationibus mulierum quia
volumus in breui celebrare nuptias ꝛ in operibus
que volumus scribere vt cito ꝑficiat opus inceptū ꝛ
in seminibus ꝛ plantationibus vinearum ꝛ in ven
ditione vini ad minutum: ꝛ in omnibus his quoꝝ
velocitatem desideramus ꝛ que cito perfici volumꝰ.
Et si fuerit electio vt velimus agere rem animaliuꝫ
quadrupedum oportet ꝙ aptetur signum quadru
pes ꝭm speciem illius animalis ꝛ ponamꝰ illud do
mum significātē animalia illa vt si velimꝰ emere bo
ues vel alia aīalia maiora que sint vngulam findē
tia vel agere rem eorum vt domare vel castrare vel
aliqđ sil'e facere qđ ad eos ꝑtineat facere aptemꝰ. 12.
ꝛ ponamꝰ eam si possumꝰ signū significās aīalia pre
dicta vt sunt taurꝰ ꝛ vltima medietas sagittarij. Et
si velimus agere rem aīaliū paruoꝝ debemꝰ aptare
sextā ꝛ ponamꝰ eā signū q̄drupes significās aīalia il
la vt sunt canes aues cū qbus venamur ꝛ etiā alias
aues ꝛ sil'ia sicuti aries capricornꝰ qui hn̄t significare
aīalia minora findētia vngulā ꝛ maxime in q̄drupe
dibꝰ minoribꝰ findētibꝰ vngulaꝫ vt sunt porci oues
arietes capre atqꝫ hirci. Et possumꝰ etiā ista eadē par
ua findētia vngulā attribuere. 12. domui cū agimus
res eoꝝ preterq̄ꝫ in emptione eoꝝ: qꝛ tūc significant
per sextā sicut ꝛ alia minora: significant etiā p. 12. eq
muli ꝛ asini ꝓut alias dictū est. Et si velles exire ve
natū aīalia findentia vngulā vt sunt cerui caprioli ꝛ
sil'ia ponēdū esset aliqđ ex illis signis findētibꝰ vngu
lam in domū significantem venationem. Et si esset
exitus ad altera animalia vnguibus vel dentibus
offendentia vt sunt leones vrsi lupi ꝛ similia ponen
duꝫ esset aliquod ex signis in domū venationis que
significat illa aīalia si fieri posset. Sꝫ nō eēnt fortificā
di domini eoꝝ in venatione sed potius debilitādi
ꝓut ifra suo loco dicet. Dixit etiā haly quoniā debe
mus aptare arietē ꝛ leonē ꝛ sagittariū in factis regū
ꝛ magnatū: qm̄ ꝯueniunt eis ꝛ est verum: qꝛ illa tri
plicitas est nobilior ceteris triplicitatibꝰ rōne actio
nis sicut ignis est nobilius elementum iter elemēta
propter suam actionem ꝛ quia leo est fortior inter il
la tria aīalia est merito preponendus in rebus regū
propter eorum excellentiam inter alios hoīes aries

est ponẽdus secũdo post eum quoniam primuz est
iter ignea: vltimo vero ponẽdus est sagittarius qm̃
vltimus in triplicitate minꝰ fortis in caliditate pro-
pter suam biformitatẽ. Vñ semp si facere possemus
esset ponẽdus aliqd̕ illoꝝ signorum ascẽdẽs in factis
reguz vbi ꝯueniret eis ascẽdẽs vel.10.vbi ꝯueniret
eis.10. Similiter debemꝰ ponere si possumꝰ in pre-
dictis signis significatores reꝝ eligẽdarum dũmo-
do nõ debilitent ex hoc alia de causa vt est dñs ꝑme
⁊ luna ⁊ locus significãs rem illã ⁊ planeta significãs
eam silr̃. Et dixit haly ꝙ domꝰ planetaꝝ significant
idem qd̕ dñi eaꝝ sicut domus saturni que significãt
obscuritatẽ ⁊ ꝓfunditatẽ sicut saturnus domꝰ iouis
que significãt bonitatez ⁊ honestatẽ sicut iupit̃. Silr̃
domꝰ martis q̃ significãt bella ⁊ ꝯtẽtiões sicut mars.
Domꝰ veneri q̃ signt̃ ludos ⁊ alacritates sicut venꝰ.
Silr̃ domꝰ mercurij que significãt scripturã ⁊ ph̃iaz
sicut mercuriꝰ. Domꝰ luminariuz q̃ significãt subli-
mitatẽ ⁊ claritatẽ sicut luminaria. Ista.n.qñ ꝑñt fie-
ri sunt de augmẽtãtibꝰ bonũ ⁊ fortunaz.s.vt sit dñs
domus significãtis rez significãs idem quod domꝰ
illa vel ad minus sit eiusdem nature planeta cum si
gno: ꝙ si nõ poterit esse ꝙ planeta sit eiusdem natu
re cũ domo significãte rem sit de natura ascẽdẽtis vel
eius dñi vel sit significãs idem quod alterum eoruz
vel ad minꝰ aspiciãt se aspectu laudabili. ¶ Est etiã
in omni electiõe ⁊ in omni initio cauẽdum sũmope
si fieri potest ꝙ natura ascẽdẽtis ⁊ eius dñi nõ sit cõ-
traria nature domus significãtis rem nec eius dñi.
Est etiam bonuz vt sit dñs hore de ayz ascẽdẽtis vel
saltim eius dñi si esse potest ⁊ quotcũqꝫ de significa-
toribus sit de ayz ascẽdentis vel eius domini vel de
ayz domus significantis rem vel eius dñi tãto erit
melius. Similiter est studẽdũ ꝙ significator rei ma-
sculinus sit in signo masculino: ⁊ si fuerit femininꝰ
sit in signo feminino. Et si fuerit res durabilis cuius
finis nõ expectetur nec velit icipiens ꝙ finiatur cito
sit ascẽdẽs taurus vel leo vel scorpio siue Aquariꝰ: ⁊
dominus ascẽdẽtis ⁊ luna ⁊ dominus domꝰ signi-
ficãtis rem ⁊ dominꝰ hore: ⁊ pars fortune ⁊ dñs do
mus eius in signis fixis ⁊ si nõ poterunt esse omnes
in signis fixis sint quot ex eis esse poterũt: quia om-
nia hec faciũt ad bene esse rei. Si autẽ fuerit res quã
nõ velit quis diu durare sit ascẽdẽs aries cãcer libra
aut capricor. ⁊ eius dñs in tali signo ⁊ luna ⁊ domꝰ
significãs rem sit signum mobile vel eius dominus
si esse potest in signo mobili. Si vero fuerit res quaz
velit quis alterari vel mutari aut reiterari sicut sunt
societates ⁊ participationes ⁊ emptiones rerũ qua
rum desideramus venditionem sicut faciunt nego-
ciatores vel similia sit ascẽdens gemini aut virgo vel
sagittarius aut piscis. Est etiam bonũ si possumus
ponere cum alijs aptatiõibus ascẽdẽs aliquod ex si
gnis directe ascẽsionis quoniam iuuant rem ⁊ spe-
cialiter in iquisitione veritatis quãdo eam volumꝰ
inuestigare: ⁊ si potes ponere lunam vel alios signi-
ficatores in illis signis que nominaui tibi erit bo-
num. Et fac similiter ꝙ dñs domus in qua fuerit lu
na vel exaltationis vel aliarum duarum dignitatũ
minoꝝ aspiciat lunaz vel quẽcũqꝫ potes ex significa-
toribus trino vel sextili aspectu vel saltiz quadrato
decimi si potes: qm̄ hoc significabit ꝙ erit rex cōgru
us ⁊ affabilis ⁊ ꝙ bn̄ cedet ei ab eo: ⁊ si feceris eos iū
gi a trino vel sextili aspectu erit bonū vel ēt a quarto
cū receptione: ⁊ si nō poteris hoc facere pone ip̄m in
in nono: hoc enim significabit ꝙ viator inueniet in
illo itinere bonū ⁊ vtile ⁊ vn̄ gaudebit ⁊ videbit sibi
placibilia: ⁊ eo melius si iupiter saluus ⁊ liber ab im
pedimentis fuerit. Et vitabis ip̄m ponere in quar
to: qr licet quartū significat fineꝫ rei: tn̄ in isto casu est
tibi vitandū ne ponas ip̄m in eo: ⁊ fac ꝙ aspiciat ip
sum luna de decimo si fuerit ipse iupiter in ꝓmo vel
de septimo si ipse fuerit in nono. Caue tn̄, a sexto ⁊ a
duodecimo: sed si nō poteris hoc vitare erit minus
horribile in tali casu q̄ꝫ in alijs. Et non poteris hoc
facē testificeť ei ven⁹ de p̄io vł de septimo vł de decio

vel de quarto siue cum receptione siue sine receptione: vel a sexto vel a tertio cum receptione. Et caue a saturno ꝛ a marte ne sit aliquis eorum in primo vel in aliquo ex angulis. Et caue siłr ne luna sit impedita ꝛ maxime infortunio combustionis: vel sit cū cauda vel aliquo maloꝝ vel ipedientiū: qm̄ hoc significat ꝙ nihil vtilitatis erit in itinere illo īmo timet̄ ne nō reuertat̄ viator: etiā si fuerit aliud iter timet̄ illud idē: Et si ifirmat̄ timet̄ ei mors: ꝛ si iuerit ad ꝑliū tūc succūbet: vel forte iterficiet̄: ꝛ vt ibi breuiter fatear veritatē magnū erit ꝛ q̄si miraculosum si euaserit pericula supradicta.

Caplm̄ qntū cū aliq̄s voluerit inimicari regi vel duci vel alicui simili.

Accidit aliqn̄ ꝙ aliq̄s vult nimicitiā hr̄e cū rege vel duce seu aliquo magnate de his q apti sunt regno vel eoꝝ filijs qui sunt eis in dignitate seu hereditate successuri: pone ascēdens aliquā ex domibus iouis vel martis: sitqꝫ dn̄s ascēdētis fortis ꝛ fortunatꝰ liber ab ipedimētis: sitqꝫ dn̄s septimi ipeditꝰ atqꝫ ifortunatꝰ ꝛ debilis in loco maligno ab ascēdēte qbꝰ deteriora sunt ei sextū ꝛ duodecimū: nec aspiciat aliquā ex fortunis nec ipsa eum: nec ex luminaribus aliquod.

Caplm̄ sextum in recōciliatione cum rege vel duce vel similibus.

Inimicat̄ aliq̄s aliqn̄ regi vel duci vel siłibꝰ ꝛ vult ꝙ recōciliet̄ sibi rex ꝛ q̄rit a te vt eligas ei horā sibi ad hoc aptā. Vn̄ si volueris eaꝫ sibi eligere pone illi q̄lecūqꝫ ascēdēs ꝛ fac illud ipeditū atqꝫ dn̄ꝫ eiꝰ ꝛ sit ifortunatꝰ ꝛ debilis: sitqꝫ luna ipedita ꝛ planeta a quo ipsa separ̄ sitqꝫ deficiens lumine atqꝫ numero: sit ēt fortunatū septimum ꝛ forte siłr ꝛ eiꝰ dn̄s fortunatꝰ ꝛ fortis ꝛ planeta cui iūgit̄ luna: sitqꝫ dn̄s septimi in bono loco ab ascēdēte liber a malis ꝛ ipedimētis: hoc.n. significat fortitudinē rei quā queris.

Caplm̄ septimū in priuatione alicuiꝰ dignitatis.

Accidit aliqn̄ ꝙ ille qui ꝓmouit aliquē ad dignitatē pp aliq̄ que aliqn̄ accidere ꝯsueuerūt nitit̄ ꝛ vult a dignitate remouere eū ꝛ ēt aliqn̄ alius nitit̄ facere illud idē: tn̄ siue sit ille q ꝓmouit euꝫ siue alius ꝛ q̄sierit a te vt eligas ei horā aptam ad hoc faciendū: ꝯsiderabis si eius intētio est remouere ipm̄ a dignitate in eiꝰ odiū vel eiꝰ fauorem: qm̄ si fuerit in eiꝰ odiū ponēda erit luna ifortunata ꝛ debilis cōbustione cū alio magno ipedimēto: sitqꝫ minuta lumine atqꝫ numero ponēdo eā in sexto vel duodecimo: sitqꝫ in signo fixo in domo vel exaltatione iouis aut veneris vel solis seu mercurij ipsis existētibꝰ ifortunatis ꝛ debilibꝰ: ascēdente tn̄ ꝛ eiꝰ dn̄o existentibꝰ fortunatis ꝛ fortibꝰ. Si v̄o fuerit eiꝰ intētio remouere ipm̄ in eiꝰ fauoreꝫ.s. vt restituat̄ ad hoc vt maiorē locū obtineat vel vt ad maiorē dignitateꝫ ꝓmoueat̄ sit luna i v̄gine vel sagittario vel piscibꝰ vel saltiꝫ in geminis sed erit ifra alia: sintqꝫ ipsa ꝛ dn̄s ascēdētis aucti lumine ꝛ numero: sitqꝫ ascēdēs in septētrionē: sit etiā luna in domo vel exaltatione alicuiꝰ fortunarum ipsa fortuna existēte fortunata ꝛ forti ꝛ dn̄o decimi si fuerit dignitas laycalis: vel noni si fuerit dignitas clericalis: nec est hoc ꝯtra illud qđ dictum est alias ꝙ luna sit significatrix negocij deficiente domino ascēdētis q: hic itelligit̄ ascēdēs liberuꝫ ꝛ eiꝰ dn̄s saluus siłr ꝛ fortunatꝰ ꝛ ob hoc dn̄s ascēdentis erit significator ꝓut significatio ptinet ad ascēdēs ꝛ eius dn̄m: luna v̄o erit significatrix rei quā aptare itēdis: ꝛ hꝫ ꝓpriū significatū separatū a significato dn̄i ascēdentis ꝛ ita intellige in siłibus.

Caplm̄ octauū in moraliū eruditione.

Si aliq̄s voluerit dogmata moralia doceri vt eligas ei tp̄s ad hoc aptū te ꝯsulerit fac ꝙ ascēdēs sit gemini aut virgo vel libra vel ꝓma medietas sagittarij vel aq̄rius ipm̄qꝫ liberꝝ ꝛ fortunatū ꝛ luna in aliquo signoruꝫ apta: sitqꝫ dn̄s decimi in decimo eius dn̄s de nā dn̄i ascēdētis vel saltim de ipsiꝰ amicitate: sit ēt luna iūcta mercurio ꝑ corpus aut ꝑ trinuꝫ vel sextilē aspectū: sitqꝫ mercurius saluus ꝛ liber ab impedimentis fortunatꝰ ꝛ fortis. Et si poteris facere ꝙ aspiciat dn̄m ascēdētis aspectu amicitie erit bonum: sit etiā luna in auge sua vel vadēs ad ipsaꝫ nec sit descēdens ab ea: aptabis etiā nonū ꝛ eiꝰ dn̄m si ꝑ aliquē modū facere potes. Et dixit haly ꝙ in eruditione scribendi aptanda est domꝰ decima cuꝫ his omnibus: quoniam hꝫ significare scripturaꝫ. Et dixit ꝙ scriptura est scientia ꝛ opus: ꝛ dixit comprehēdamus in hoc cap̄. vias.

Caplm̄ nonū in documēto pugnādi seu preliandi vel certandi.

Si volueris eligere horā alicui volenti doceri preliare seu pugnare vel certare pone ei ascēdens arietē vel leonē siue sagittariū: ꝛ pone martem fortē ꝛ fortunatū: sitqꝫ luna fortunata ꝛ fortis: ꝛ melius erit vt sit in tauro dūmodo alias sit fortunata. Et caue ne ponas eam in scorpione vel capricorno ꝛ maxime in documēto pugne militaris. Ponat̄ ēt dn̄s ascēdentis in sua exaltatione atqꝫ in loco forti. Et caue ne sit ipse vel luna cadēs ab angulo vel ascēdente. Et si hoc facere nō poteris pone lunā ꝛ dn̄m ascendentis vel alterum eorum in decima vel euntem ad ipsum. Et dixit haly quosdaꝫ dixisse ꝙ sit luna in geminis.

Caplm̄ decimū in documēto natandi.

Si aliquis volens doceri natare vt horam ad hoc sibi aptam eligas te ꝯsulerit fac vt ascendēs sit cancer vel scorpio aut pisces: sint etiaꝫ dn̄s ascēdentis in angulo decimi vel vadēs ad illū nō distās ab eo plus. 15. gradibꝰ: sitqꝫ fortunatꝰ ꝛ fortis: sit etiā luna in aliqua suaꝝ dignitatū iter quas cancer obtineat principatum: ꝛ taurus est ifra cancrū: alie sue dignitates sunt infra tauꝝ: sit etiam ipsa ascendens in septentrionem: ꝛ si fieri pōt sit in auge vadens ad longitudineꝫ proprie ad ꝯtactum linee epiciculi cū linea ecentrici.

Caplm̄ vndecimū in omnium operum documēto generali.

Si fuerit electio tua generalis ad opera quibꝰ homines generaliter vti cōsueuerunt vt sunt opera fabrilia ꝛ siłia qualecunqꝫ ascēdens posueris apta decimū ꝛ eius dn̄m ꝛ lunam siłr: ꝛ pone planetam significātem nāliter opus qđ aliquis itendit incipere fortunatuꝫ ꝛ fortem: vt si fuerit opus graue ꝛ laboriosum seu protensum vt cultus terraꝝ vel opera aquaꝝ seu que prope aquaꝫ fiunt vt pontes molendina ꝛ siłia apta saturnū. Et si fuerit opus quod ptineat ad iudices seu arbitros iuste iudicare volentes ꝛ siłia aptabis iouem. Et si fuerit opus fabri vel carnificis ꝛ similiū aptabis martē. Et si fuerit opus aurificis vel campsoris ꝛ similium aptabis solē. Et si fuerit opus ornamenti mulierum apta venereꝫ ꝛ pone mercurium iunctū cū ea siłr ꝛ alijs per corpus vel per aspectum fortunatū ꝛ fortem: qm̄ ipse hꝫ participationem in omnibus his. Et si fuerit opus pictorum vel scriptoꝝ vel imaginem formantium vel

ſtampas denariorum ꝛ ſimilium que operanť per
ſubtilitatem ingenij vt aſtrolabiuȝ ſeu quadrans ꝛ
ſiſ̄ia apta mercurium ꝛ ſac eum iungi cuȝ luna: ſitqꝫ
fortunatꝰ ꝛ fortis ꝛ bene diſpoſitꝰ. Et ſi fuerit opus
quod pertineat ad nautas ꝛ precipue ad minores vt
nauigatio ꝛ ſiſ̄ia aptabis lunam ꝛ pone eam auctaȝ
lumine atqꝫ numero: nec ſit deſcẽdens ab auge: ſitqꝫ
in omnibus ſupradictis iuncta planete ſignificanti
rem quã incipere intendis aſpectu amicitie recepta
ab illo vel etiam ab alio ꝛ maxime in domo ſignifi-
cante rem illam ſitqꝫ in aliqua ſuarum dignitatũ: ſit
etiã ſignũ aſcẽdens atqꝫ ſignum in quo fuerit luna
conueniens rei que incipitur: vt ſignum terreum in
rebus terrenis: ꝛ aquaticum in aquaticis: ꝛ igneum
in igneis: ꝛ aereum in aereis ſi vnqꝫ hoc facere pote-
ris. Quod ſi non feceris erit opus tuum infra illud
quod intendis ſm̄ diminutioneȝ eoꝝ que tibi dixi.

¶ De vndecima domo.

¶ Capitulum primum in his de quibus habemus
ſpem ſeu fiduciã laudari atqꝫ bonam famã adipiſci.

ILlud capitulum videtur poſſe comprehendi
ſub decima domo eo ꝙ ſit de illis de quibus
acquiritur bona fama que acquiritur ꝛ ſequitur ex
ſpe primo habita: ſed videtur conuenientius vt ſub
vndecima comprehendať. Unde cum hoc facere vo-
lueris pone aſcendens ſagittarium vel piſces vel ſal
tim cancrum ſed erit cancer infra ſagittariuȝ ꝛ piſces
ꝛ aptabis iouem ꝓut melius queris aptabis quoqꝫ
vndecimum ꝛ eius dominum toto poſſe tuo. Et ſi
poteris ponere iouem in .11. erit valde vtile rei tue.
Et ſi non poteris ponere iouem in .11. pone ipſum
in primo. Quod ſi hoc iterum nõ poteris facere fac
ꝙ ipſe aſpiciat aliquod illoruȝ aſpectu laudabili: ꝛ
pone ipſum fortunatum ꝛ fortem atqꝫ liberum ab
impedimentis. Et ſi poteris ponere dominum pri-
mi in vndecimo: vel dñm vndecimi in ꝓmo erit lau
dabile: ſitqꝫ ſol in decimo liber ab impedimentis ſi
fieri poterit vel in primo dũmodo nõ ipediat iouem
vel dominuȝ primi vel dñm vndecimi: ſit etiã luna
iuncta illi a trino vel ſextili aſpectu vel ſaltiȝ a quar-
to cũ receptione ꝛ ipſa libera fortunata ꝛ fortis: ſepa
retur quoqꝫ a ioue cũ iungať ſoli vel dño primi vel
vndecimi ſi fieri poterit ꝛ erit melius: ꝛ fama ꝛ laus
illa magis diuulgabiť ꝛ cadet in aures hoium ꝛ in
eorum laudationes: ꝛ quocũqꝫ poteris aptare de ſi-
gnificatoribus erit melius: ꝛ maxime ſi poteris face
re ꝙ luminaria ſemet inuiceȝ aſpiciant: vel dñs pri-
mi cum dño vndecimi a trino vel ſextili aſpectu vel
ſaltim a quarto cum receptione. Et ſi poteris facere
ꝙ ſe inuicẽ reſpiciant erit melius.

¶ Capiťm .2. cuȝ voluerit qs petere ab aliqua perſo-
na ꝙ eum diligat.

SI voluerit aliqs petere ab aliqua perſona vt
eum diligat ſicut aliqs aliquam per modum
amicitie diligit ꝛ non per modum ſtupri: ꝛ vt horã
ad hoc aptam ei eligas te conſulerit: pone aſcẽdens
qualecunqꝫ volueris ꝛ pone lunam in domo vnde
cima: ꝛ ſi poteris ibi ponere dominum aſcendentis
erit melius: ꝛ fac ꝙ omnes iungať cuȝ venere ſi po
tes. Et ſi non potes hoc facere: fac ꝙ iungať venus
cum luna ꝛ cum dño vndecimi. Quod ſi nõ poteris
iterum hoc facere fac ꝙ luna vel dominus aſcendẽ-
tis iungať cum domino vndecimi a trino vel ſexti-
li aſpectu cum receptione vel cum venere vel ipſe re
cipiat alterum eoruȝ de tauro vel libra vel piſcibus
ꝛ ſit libera fortunata fortis ꝛ bene diſpoſita. Et ſi hoc
iterum facere non poteris fac ꝙ venus recipiať a lu
na in tauro vel cancro ꝛ luna recipiatur a ioue rece-
ptione perfecta vel etiã a domino ſecundi. Et ſi ite-
rum hoc non poteris facere pone lunã in tauro vel
in prima medietate libre vel piſcibus vel in duabus
de minoribus dignitatibus veneris liberam fortu
natã ꝛ fortẽ. ¶ Si autem petierit quis dilectionem
alicuius vt lucretur illa de cauſa ꝛ ſequatur inde vti
litatem: pone lunam in primo vel ſaltim in eius tri
plicitate liberam fortunataȝ fortem ꝛ receptam a do
mino domus vel exaltationis ſigni in quo ipſa tũc
fuerit ꝛ ſit ibi pars fortune ſimiliter. ¶ Si aũt fuerit
eius intentio vt acquirat aliquam hereditatem vel
aliquod predium domuȝ. ſ. aut terram vel ſimile ſit
luna in octauo cum ipſa parte fortune recepta. Et ſi
fuerit cauſa paruorum animaliuȝ ſit in ſexta domo
ſi fuerit cauſa equorum vel aliorum magnoruȝ ani-
malium ſit in duodecima ꝛ ſic intellige de qualibet
domo ſm̄ ſubſtantiam ſuam ꝛ ſm̄ ſignificatuȝ ꝛ ſit
luna ſemper recepta ꝛ cum parte fortune. Si autem
non poteris facere hec que dicta ſunt ſeruabis hunc
alium modum videlicet ꝙ ſi voluerit aliquis petere
ab aliqua pſona vt det vel faciat ſibi aliquid: pone
aſcendens qualecũqꝫ fuerit forunatum ꝛ ſit ſignum
fixum vel cõmune ſaltim: ſitqꝫ dominus eius cuȝ eo
vel in eius triplicitate aſpiciens illud aſpectu lauda
bili trino. ſ. vel ſextili. Et caue ne ſit luna iuncta ma-
lis vel alio modo ipedita: ꝛ fac ꝙ aſpiciat dominuȝ
domus in qua ipſa fuerit: quoniaȝ ſi non aſpexerit
illum non perficieť res de qua agitur: ſitqꝫ luna au-
cta lumine ꝛ numero in talibus principijs ꝛ iuncta
fortunis: dñs quoqꝫ aſcendentis fortunatus ꝛ fortis
liber ab impedimentis. Si vero fuerit fortuna cui
luna iungitur directa aucta numero erit vtilius: ha
bet enim ſignificare ꝙ augmentabiť querenti queſi
tum. Et caue ſemper ne ſit mercurius impeditus vel
mali eſſe: ſignificat enim impedimentũ vel eius pro
hibitionem niſi foret receptus cuȝ impedimento il-
lo. Nam ſi fuerit receptus ſignificat pfectionem rei
ſed cum petitione atqꝫ importunitate ꝛ duritia atqꝫ
labore ꝛ inuolutione ꝛ vix tñ pficieť ſi perfecta fue-
rit: ꝛ ꝙ recedent inuicem ſeparatione vili ꝛ feda. Et
ſemp pone ſignificatricem que eſt luna iunctam pla
nete ſignificanti rem de qua agiť prout dixi tibi ſu-
pra vt eſt ſol in factis magnatum: ꝛ ſimiliter mars
in factis bellorum: ꝛ ita de omnibus ſignificatoribꝰ
intellige. ¶ Si volueris eligere alicui volenti amici
tiam cũ aliquo facere pone lunã mundã a malis ꝛ
ſpecialiter ab eorum quadratura vel oppoſitione: ꝛ
pone eam iunctam planete qui ſignificet rem quam
facere velueris vel quis intendit ſicut dictum eſt vt
venꝰ in factis mulieꝝ: ꝛ mercuriꝰ in factis ſcriptoꝝ:
ꝛ ita itellige de ceteris ſignificatoribꝰ: ſitqꝫ dñs vnde
cimi aſpiciens aſpectu laudabili: ꝛ ſi aſpexerit eius
dñm vel lunã erit melius.

¶ Capitulum tertium cum aliquis petere voluerit
ab aliqua pſona rem aliquam ſiue fuerit ei promiſ-
ſa ſiue non.

SI aliquis propoſuerit ab aliqua pſona rem
aliquam petere ſiue res illa ſibi iam promiſſa
fuerit ſiue non vt ſibi horam ad hoc aptam eligas te
conſulerit: apta aſcendẽs qualecũqꝫ ſibi poſueris ꝛ
eius dñm lunam quoqꝫ ac dñm domꝰ in qua ipſa
fuerit: ꝛ aptabis etiam ſecundum ꝛ eius dominum

vndecimum etiam ⁊ eius dominum : lunaꝫ quoqꝫ
vel saltim alterum eoruꝫ aspectu laudabili aspiciat
dñs ascẽdentis ⁊ recipiat eos vel saltim vnuꝫ ex eis:
⁊ dñs dom⁹ significantis illum a quo res petit̃ reci-
piat dñm septimi ⁊ lunam vel saltim vnũ ex eis: vt
si peteret quis rem aliquaꝫ a fratre sit dñs tertij reci-
piens dñm primi vel lunaꝫ: si a patre sit dñs quarti
recipiens dñm primi vel lunaꝫ: si a filio sit dñs q̄nti
recipiens aliquem eorum: si a seruo sit dñs sexti reci-
piens aliqueꝫ ex ipsis: si ab vxore vel socio sit dñs se-
ptimi recipiens dñm primi vel lunam vel aliquem
ex ipsis: si ab episcopo vel sisi sit dñs noni recipiens
eos vel aliquem ex ipsis: si a rege sit dñs decimi reci-
piens aliquem ex ipsis: si ab amico sit dñs vndecimi
recipiens aliquem ex ipsis vt dictũ est. ¶ Si aũt fue
rit petitio ab illis que significant̃ p saturnuꝫ vt sunt
senes iudei vel viles persone sit cuspis vndecime do
mus in Capricorno vel aquario vel libra vel saltim
in alia eius dignitate. Si v̊o fuerit petitio facienda
scribe vel puero sit dñs vndecimi in aliqua dignita
tum mercurij q̄bus oĩbus debilior est facies. ¶ Et
dixit athabari sit mercurius iunct⁹ ioui aut veneri ⁊
sit ipse vadens ad dñm ascendentis ⁊ aptent̃ semper
predicti significatores significãtes res que petunt̃. Et
si nõ fuerit aliq̄d inter illum qui petit ⁊ illum a quo
petit̃ de predictis tunc prima significat illuꝫ qui pe-
tit ⁊ septima illum a quo petit̃. Et semp pone ascẽ-
dens mundum a malis sil̃r ⁊ septimuꝫ vel saltim se
primum ⁊ ab eorum aspectib⁹. Et si hoc nõ euitaue
ris significat ꝙ res destruet̃ ⁊ frustrabit̃ ⁊ annihilat̃
etiaꝫ postq̃ꝫ videbit̃ directa. ¶ Et si fuerit res petita
pecunia vel res eis similis tunc aptabis secundum ⁊
eius dñm cum aptatione predictorum quorum po
teris: sitqꝫ dñs ascẽdentis aspiciens dñm secũdi: nec
sit aliquis malorum inter eos nec eius radij: sit etiaꝫ
dñs vndecimi ⁊ dñs domus in qua fuerit pars for
tune aspiciens secundum aspectu laudabili vel alter
eoꝝ si potes. ¶ Et dixit haly si fuerit res mulieris q̄
petitur vel que pertineat ad nuptias sit septimum
⁊ eius dominus sicut dictum est de secundo ⁊ eius
domino.

¶ De duodecima domo.

¶ Capl̃m primũ de cursib⁹ equoꝝ seu aliorum ani-
malium tam rationalium q̃ꝫ aliorum ad brauium
currentium.

CUm voluerit aliquis equuꝫ vel aliud animal
facere currere ad brauium vel ad aliam reꝫ cã
acquirendi vel vincẽdi eam ⁊ volueris eligere ei ho-
ram ad hoc aptam: apta illi ascendens ⁊ eius domi
num lunam quoqꝫ ac dñm domus in qua ipsa fue-
rit ⁊ similiter illum cui iungit̃ si potes: sil̃r ⁊ partem
fortune ⁊ eius dñm: ⁊ ꝙ dñs primi ⁊ luna aspiciant
eam vel vnus eorum. Et postq̃ꝫ aptaueris hec pone
dñm hore in ascendente quãdo ille pedeꝫ extraxerit
ab ostio dom⁹ sue. Uidebis etiam quot sunt aĩalia
que currunt a sc̃do vsqꝫ ad duodecimũ vt possis vi
dere qualr̃ disponet̃ illud aĩal pro quo eligis: naꝫ si
posueris dñm hore in primo vt dixi veniet primũ:
si in decimo sc̃dm: si in vndecimo tertium: si in septi-
mo quartum: si in quinto quintũ: si in nono sextũ: si
in tertio septimũ: si in secũdo octauum: si in octauo
nonuꝫ: si in sexto decimũ: si in duodecimo vel quar-
to veniet vltimum vel equipollens vltimo. Si aũt
fuerint plura aĩalia duodecim venient alia mixtim
seruatis primis significatis. Et si hec omnia nõ pote
ris aptare apta dñm hore ⁊ ascendentis atqꝫ lunam.
Et si hoc nõ potes semp sit tibi cure aptare dominũ
hore ponendo ipsum in primo ⁊ aptare lunaꝫ simi
liter. ¶ Et dixit alchindi ꝙ aptatio lune sit ipsaꝫ po
nere in sagittario vel in p̃ma medietate libre. Et est
cauendum ne dñs ascẽdentis vel domin⁹ hore aut
luna sit in casu suo: quoniam timet̃ ne cadat equus
vel qui cum eo currit.

¶ Capl̃m secũdum in emptione maiorum anima-
lium tam equorum q̃ꝫ aliorum de ipsis equitãdis
vel domandis.

CUm volueris alicui eligere horam ad emẽdũ
animal seu equitandum vel domãdum apta
ascẽdens ⁊ eius dominum ⁊ lunam: poneqꝫ ipsam
iunctam alicui fortune directe que sit orientalis ascẽ
dens in circulo sue augis si facere potes vel saltim sit
directa: ⁊ caue ne illa fortuna vel luna sit iuncta ĩfor-
tune per corpus vel per aspectum: quia imittit timo
res animali vt si fuerit emptio minat̃ damnuꝫ ⁊ ꝙ
non habebit ex eo bonum forum. Si fuerit equita-
tio vel domatio nõ sequet̃ inde quis q̄d intendit ⁊
ꝙ vitabit̃ animal: ⁊ eo magis si malus impediens
fuerit in duodecimo. Uide tamen si fuerit equus iaꝫ
equitatus vel aliud animal iam domatũ: pone illĩ
ascendens emptionis signum cõmune sitqꝫ luna in
tauro vel leone: fac quoqꝫ ipsam iungi planete dire
cto qui sit septentrionalis ascẽdens vel saltim meri-
dianus dũmodo ascẽdens hoc enim significat ꝙ ani
mal augmẽtabit̃ in precio ⁊ corpore. Si enim fuerit
retrogradus significat ꝙ animal augebit̃ in precio
sed non tantum ⁊ diminuet̃ in corpore. Et si fuerit
directus descendens siue septentrionalis fuerit siue
meridian⁹ significat ꝙ augebit̃ in corpore sed dimi-
nuet̃ in precio. Similiter si fuerit meridianus descẽ-
dens significat ꝙ minuetur in precio ⁊ corpore: ⁊ eo
magis si fuerit meridianus. ¶ Si quideꝫ fuerit ani
mal indomitum pone illi ascendens signũ cõmune
sitqꝫ luna in signo mobili ĩfecta alicui ex fortunis ꝯsi
deratis conditionibus supradictis s̃m ascensum ⁊
descensum siue directionem ⁊ retrogradationem vt
dictum est. ¶ Est tñ considerandũ si aliquis volue-
rit emere aliq̄d aĩal equum. s. aut bouem seu asinuꝫ
vel camelũ causa lucrandi seu meliorandi luna exi-
stente in capite cancri vsqꝫ in finẽ sagittarij nõ lucra-
bitur ex eo de leui emet enim care vendetqꝫ viliter.
Si aũt emerit ipsa existente a capite capricorni vsqꝫ
in finem geminorum contrariũ eueniet: emet enim
viliter vendetqꝫ care ⁊ ne duꝫ accidet hoc ex anima-
libus predictis verum etiam ex qualibet re quam
tunc aliquis emerit: hoc tamen non pretermisso ꝙ
fortune semp prestent ⁊ augebunt bonũ: minuentqꝫ
malum. Infortune vero econtrario augebunt ma-
lum ⁊ minuent bonum vnũquodqꝫ s̃m suaꝫ natu-
raꝫ ⁊ s̃m ꝙ sua interest iuuare vel nocere: augere, vel
diminuere.

¶ Incipit tractatus de reuolutionibꝰ annoꝝ mundi. Et primo ponit prohemium.



Uoniã post tra-
ctatũ electionuꝫ
nihil cõuenien-
tiꝰ q̃ꝫ subsequẽ-
ter tractare de re
uolutionibꝰ an
noꝝ mundi vi-
deat: de ipsis est
merito differen
dũ atqꝫ tractatũ
edere spãlez. Sꝫ
qd sit reuolutio
primo breuiter
est vidẽduz. Est
autez reuolutio anni circularis cursus solis ab vno
minuto cuiuslibet gradus alicuiꝰ signi vsqꝫ ad eius
reditũ ad idem punctũ: lꝫ possit aliter forte diffiniri
ꝓut qbusdã visuz est. Et illud ꝯsiderat ꝓꝫ duos mo
dos. s. ꝓm reuolutionez annoꝝ natiuitatũ siue aliaꝝ
inceptionũ. ¶ Reuolutio. n. ãni mũdi est ab itroitu
solis in ꝑmũ minutũ arietis vsqꝫ dum ipse reuoluat
⁊ circulariter ptrãseat totũ çodiacũ ⁊ reuertat ad idẽ
punctum. Reuolutio aũt ãni natiuitatis siue alioꝝ
principioꝝ vel alteriꝰ iceptiõis est a minuto in quo
erat sol in ntitate alicuiꝰ nati vsqꝫ duz ipse reuoluat
⁊ circulariter trãseat totũ çodiacũ ⁊ reuertat ad idez
punctũ: ⁊ ita de oĩbꝰ alijs reuolutionibꝰ est dicẽduz.
Reuolutio siqdẽ est inter ceteras res vtilis valde: ip
siusqꝫ sigta ceteris altiora sicut ⁊ ad ipsiꝰ certitudinez
inueniẽdã fortis atqꝫ iplicita. Per reuolutionez. n.
annoꝝ mũdi scit qd in anno illo sit futurũ de bono
aut malo vtꝝ. s. annꝰ sit futurꝰ trãqllus an iportunꝰ:
⁊ vtꝝ sint guerre future an nõ in ãno quẽ reuoluis.
Silr̃ de pace dicẽdũ. Et q̃lis sit statꝰ regũ vel ꝑncipũ
diuitũ seu magnatũ futurꝰ. Silr̃ ⁊ pploꝝ atqꝫ viliũ
religiosoꝝ ẽt vniuscuiusqꝫ i suo eẽ vniuscuiusqꝫ gñis
vl'r ꝓm hoĩum ritꝰ. Scit silr̃ qd de terrenascẽtibꝰ sit
futuꝝ vtꝝ ex eis abũdãtia vl' penuria expectet qõqꝫ
ex eis sit eaꝝ futuꝝ aut vile seu mediocri ꝑcio habitu
rũ ꝓut in caplo de ptibꝰ suo loco dicet. Per reuolu-
tionẽ. n. natiuitatuz sciunt accñtia cuiuslibet nati in
anno suo. Uñ cũ volueris reuolutionũ annoꝝ sigta
scire taz mũdi q̃ꝫ natiuitatũ seruabis hũc ordinẽ ꝓm
ꝙ tibi trado: nec est tibi negligẽdus hic liber sꝫ est ti-
bi neçe ipm scire atqꝫ in mẽte tua eũ hr̃e ꝑceteris alijs
libris cũ ad eũ bñ sciẽdum atqꝫ itelligẽduz grãdis sit
industria vt distinguẽdo tpa ꝯcordes scripturas: ne
forte credas in eo ꝯ̃ria eẽ qm̃ nõ sunt si bñ ꝯsideraue
ris que tibi ꝯsiderãda occurrẽt. Quia lꝫ iuenias ali-
qñ dictũ cũ tale qd fuerit sigt talẽ euẽtũ aut sigt mul-
titudinẽ talis rei: ⁊ in illo eodẽ caplo iuenias signifi
cat paucitatẽ eiusdẽ rei nõ accipias illud ꝓ ꝯ̃rio sꝫ di
stingue vt ꝯcordes: qꝛ vna itentio erit gñalis: altera
erit ꝑticularis: ⁊ spãle derogat gñali. Accidit tñ ali-
qñ ꝙ loquit derogãs ꝓm latitudinẽ: ꝓm orientalita
tem aut ꝓm occidẽtalitatem: aut ꝓm directionez vel
ꝓm retrogradationẽ ⁊ silia. Ista. n. accidẽtia variant
significata nec ob hoc ꝯ̃riant inuicẽ capla. ¶ Cuz sci
re volueris reuolutionem anni mũdi qua hora sol
ingredit primum minutum signi arietis. s. a primo
secũdo eiusdez minuti vsqꝫ in. 4. ad plus vsqꝫ ad. 5.
secũduz ipsius. Et cũ hoc iueneris ingsitione certissi
ma equabis planetas ⁊ domos ad illã horã atqꝫ ad
minutũ eiusdẽ hore. Inueniesqꝫ ascẽdens q̃ꝫ certius
poteris: ⁊ cõstrues. 12. domos ꝑ gradus suos ⁊ mi-
nuta ad minutuz illius hore ꝓut meliꝰ ⁊ certiꝰ que-
ris. Equabis silr̃ oẽs planetas ad idẽ minutũ ipsius
hore: ⁊ inuenies certissime loca ipsoꝝ ꝑ gradus ⁊ mi
nuta silr̃ atqꝫ secũda vniuscuiusqꝫ ipsoꝝ ne incidas
in aliquẽ errorẽ. Et ꝯsiderabis eẽ ipsoꝝ qualr̃. s. sint
dispositi ⁊ in qbꝰ domibꝰ ⁊ in qbꝰ signis sint. Et qui
eoꝝ sint directi ⁊ qui retrogradi: ⁊ qui stationarij: ⁊
qui veloces cursu ⁊ qui tardi: ⁊ vtrũ aliq eorum sint
septẽtrionales vel aliq meridionales iter se vel a via
solis. Nam cuz planeta fuerit septẽtrionalis ab alte
ro dicit ire sup eũ siue fuerit de supioribꝰ siue de infe
rioribꝰ: ille qui fuerit septẽtrionalis ab altero dicit
ire super euz. Silr̃ ⁊ si fuerint meridiani ille qui fue
rit minus meridionalis dicit ire super illuz qui fue
rit magis meridionalis. Et qualr̃ vnus eoruz aspi-
ciat alium vel qualr̃ aspiciat ab eo: ⁊ qualiter ꝓiciat
vnꝰ radios suos super corpus vel radios alterius: ⁊
qualr̃ aspiciant angulos: quoniam boni aspectꝰ si-
gnificant bonũ: mali aũt ecõtrario. Et cũ hoc feceris
videbis silr̃ qõ signum sit ascẽdens: quoniã tũc pote
ris accipere dñm anni atqꝫ significationẽ vniuersita
tis vulgi a dño signi ascẽdentis nisi aliud impediat
qõ priuet dñm ascẽdentis dominio anni. Nec tamẽ
credas semper dominũ ascẽdẽtis reuolutionis fore
dñz ãni absolute sicut aliq̃ vident velle dicẽ vt leuiꝰ
se expedirent sed accipies eum prout iferiꝰ tibi dicã.

¶ Caplm̃ primũ qualr̃ iueniat dñs anni.

Postq̃ꝫ certificatꝰ fueris ad vnguem de tꝑe in-
troitꝰ solis in arietẽ ꝓut dictũ est: ⁊ de ascẽdẽ-
te ipsiꝰ introitꝰ ⁊ de oĩbꝰ alijs domibꝰ ⁊ de locis pla
netaꝝ: vide qs planeta sit dñs ascẽdentis: ⁊ qualiter
ipse sit dispositꝰ ⁊ vbi fuerit. Nam si fuerit directꝰ ⁊
liber a combustione fueritqꝫ in ascendente tribꝰ gra
dibꝰ ante lineã vel quatuor post non queras alium
qm̃ ipse erit dominꝰ anni seu reuolutionis: ⁊ signifi-
cator eẽ vulgi ⁊ nihil aliud poterit eũ priuare dñio
illo. Si vͦ fuerit retrogradꝰ vel cõbustꝰ iaz nõ pote
rit eẽ dñs anni: seu reuolutiõis: qm̃ planeta retrogra
dus vl' cõbustꝰ nõ põt eẽ dñs ãni: annichilat. n. virtꝰ
eiꝰ nisi ex maxima causa que rarissime põt euenire.
Quere tunc dñium ab exaltatione. Nam si fuerit si
gnum ascendens exaltatio alicuiꝰ planete quere do
minatorem ab illo: qm̃ si fuerit in gradu ascendentis
vel tribꝰ gradibꝰ ante vel. 4. retro ipse erit dñs anni
vel reuolutiõis: ⁊ significator esse vulgi si fuerit liber
ab impedimentis supradictis. Si vero fuerit impe
ditꝰ vt dixi de domino ascendentis non erit domi-
nus anni siue reuolutionis. Si quidem non fuerit
exaltatio alicuiꝰ planete vel si fuerit ⁊ nõ poterit dñs
exaltationis esse dñs anni: quere tũc dñatorez a sole
si fuerit reuolutio in die vel a luna si fuerit in nocte:
qm̃ luminare cuius fuerit auctoritas si habuerit ali-
quã dignitatẽ in ascẽdente erit dñs anni vel reuolu
tionis. Qõ si iterum luminare cuiꝰ fuerit auctoritas
non poterit esse dñs anni quere tũc significatorem a
domino termini: qui si fuerit in ascẽdente tribꝰ gra-
dibꝰ ante lineam vel. 4. retro ⁊ fuerit liber ipse erit
dominꝰ anni. Et si nõ poterit iterũ dominꝰ termini
esse dominꝰ anni q̃re tũc dñatorem a dño triplicita-
tis predicto modo quez dixi tibi de alijs. ¶ Et si nõ
fuerit aliquid de his que dixi tibi de dño domꝰ vel
exaltationis ascendẽtis vel termini vel triplicitatis
vel luminaris cuius fuerit auctoritas. s. solis in die
⁊ lune in nocte: quere tũc dominatorẽ anni vel reuo-

lutionis a dño decimi: ⁊ vide si dñs decime domus
fuerit in decimo vel tribꝰ gradibꝰ ante vel q̃tuoꝛ re-
tro nec fuerit retrogradus vel cõbustus ipse erit dñs
anni seu reuolutiõis ⁊ significatoꝛ eẽ vulgi ⁊ rustico
rũ. Si aũt dñs decime domꝰ fuerit retrogradus vel
cõbustus vel alias ipeditꝰ ita ꝙ nõ possit eẽ signifi-
catoꝛ q̃re tũc dñatorẽ a dño exaltatõis decime domꝰ
si fuerit exaltatio alicuiꝰ planete: qui si fuerit in deci-
mo liber ab ipedimẽtis predictis ⁊ fuerit tribꝰ gra-
dibꝰ tm̃ ante lineã decime domꝰ vel q̃tuoꝛ tm̃ retro
ipse erit dñs anni ⁊ significatoꝛ esse vulgi. Si aũt nũ
fuerit exaltatio alicuiꝰ planete vel si fuerit ⁊ dñs exal
tationis nõ poterit esse dñs anni q̃re tũc a luminari
cuiꝰ fuerit auctoritas: qm̃ si fuerit ibi ⁊ habuerit ibi
aliquã dignitatem ipm erit dñs anni. Si iteꝝ lumi-
nare cuiꝰ fuerit auctoritas non poterit esse dñs anni
quere tunc dñatorez a dño termini gradus decime
domꝰ: qui si fuerit in gradu decime domꝰ vel tribus
gradibꝰ ante vel quatuoꝛ retro ⁊ fuerit liber ab im-
pedimẽtis ipse erit dñs anni ⁊ significatoꝛ esse vulgi.
Quod si iteruz dñs termini nõ poterit esse dñs anni
quere tunc dñatorem a dño triplicitatis decime do
mus qui si fuerit in linea decime domꝰ vel tribꝰ gra
dibus ante vel quatuoꝛ post ipse erit dñs anni ⁊ si-
gnificatoꝛ esse vulgi seu rusticoꝝ. ¶ Si aũt nõ pote-
ris hr̃e significatorem ab ascẽdẽte vel a decimo quere
ipm per illum eundẽ modũ quẽ dixi tibi de primo
⁊ decimo a septimo. Et si nõ poteris hunc habere a
septimo quere ipm per illum eundez modũ a quar
to. Et si iteꝝ non poteris illũ habere a quarto quere
ipm per illũ eundem modũ ab. 11. Et si iteꝝ nõ pote
ris eum hr̃e ab. 11. quere ipm per illũ eundẽ modũ
a. 9. Et si iterum nõ poteris eũ hr̃e a. 9. quere ipsum
per illũ eundem modũ a. 5. Et si iteꝝ nõ poteris euz
hr̃e a. 5. nouissime q̃re ipm a tertio icipiendo semp a
domino domꝰ: deinde a dño exaltatiõis: postmodũ
a luminari cuiꝰ fuerit auctoritas: deide a dño termi-
ni: vltimo a domino triplicitatis. Et visuz est cuidã
ex antiquioribꝰ ꝙ possis hoc idẽ facere per dñm faciei.
Et qualẽcũq; planetã inueneris in aliquo p̃dictoꝝ
locoꝝ post casum predictoꝝ significatoꝝ a dominio
anni si habuerit ibi aliquã dignitatez: ⁊ si habuerit
ibi faciem tm̃: ⁊ fuerit liber ab ipedimẽtis vt dictum
est de alijs ipse erit dñs anni seu reuolutionis. Et si
fuerint plures planete in aliquo predictoꝝ locoꝝ il-
le qui fuerit autẽtioꝛ seu almutẽ per multitudinem
fortitudinũ in loco illo erit dñs anni seu reuolutio-
nis. Et si fuerint equales in fortitudine ille qui fue-
rit magis ꝓpe lineã preferet. Et si fuerint orientales
ille qui fuerit ꝓpioꝛ soli excedet aliũ. Et si ambo fue
rint eque distãtes lune vel soli erit tũc p̃ferẽdus ille
qui citius mutabit a gradu in quo est. Et si aliqs ex
planetis predictis aspexerit aliquã ex domibꝰ noia-
tis a trino vel sextili aspectu duobꝰ gradibꝰ ante vel
tribꝰ post ⁊ habuerit ibi aliquã dignitatem ipse erit
dñs anni postq̃ alia predicta nõ inueneris. Et si fue
rit ascẽdẽs domꝰ vel exaltatio alicuius luminaris ⁊
ipm aspexerit ascẽdẽs a trino vel sextili aspectu duo
bus. s. gradibus ante vel. 3. post vel fuerit in scđo ab
ascẽdẽte ipm erit dñs ãni. Si aũt nõ fuerit hoc aspi-
ce dñm ascẽdẽtis ⁊ dñm exaltationis: eiꝰ: ⁊ vide si lu
minare cuiꝰ est auctoritas fuerit i domo alicuiꝰ eoꝝ
⁊ aspexerit eũ a trino vel sextili aspectu nec fuerit ca-
dens ab ascẽdẽte ⁊ fuerit i loco forti qm̃ ipse erit dñs
anni. Et qdã p̃ferũt luminare cuiꝰ est auc̃tas plane-
te almutẽ. Ego aũt nõ video cãm q̃re illud sit ꝓponẽ

do semp ascẽdẽs. 10. ⁊ ceteris alijs domibꝰ. 10. 7°. 7.
4°. 4. 11°. 11. 9°. 9. 5°. 5. 3°. vt dictũ est. Et si non fue-
rit aliqđ ex luminaribꝰ in aliquo p̃dictoꝝ locorũ vi-
de si planeta in cuiꝰ domo fuerit luminare cuius est
auc̃tas sit in aliquo illoꝝ locoꝝ: qm̃ ille erit dñs ãni
seu reuolutiõis siue hẽat ibi dignitatẽ siue nõ. Qđ si
hoc iteꝝ nõ fuerit aspice dñm hoꝛe illiꝰ reuolutiõis
qui si fuerit i aliquo ex p̃dictis locis ipse erit dñs an-
ni seu reuolutiõis: ⁊ significatoꝛ eẽ vulgi seu rustico-
rũ. Et semp itelligas de quolibet significatoꝛe si fue-
rit in linea domꝰ in qua fuerit vel tribꝰ gradibꝰ ante
vel. 4. retro p̃ferẽdo semp dñm domꝰ dño exaltatio
nis ⁊ dñz exaltatiõis dño termini dñm termini dño
triplicitatis. Dñs. n. domus hz. 5. fortitudines: dñs
exaltatiõis hz. 4. fortitudines: dñs termini hz. 5. for-
titudines: dñs triplicitatis hz. 3. fortitudies. Et licet
dñs termini hz hic tot fortitudines quot dñs domꝰ
⁊ plẽs q̃z dñs exaltatiõis tñ illi pp excellentiã prefe-
runt. Qđ si iteꝝ hoc nõ fuerit scito loca dñoꝝ signoꝝ
in qbꝰ fuerint luminaria: ⁊ locũ dñi signi in quo fue
rit luminare cuiꝰ est auc̃tas ⁊ mitte ipm in numero
cũ alijs significatoribꝰ: qm̃ si ceciderint oẽs significa-
tores a dño reuolutiõis ille ex istis q fuerit autẽtioꝛ
pre multitudine fortitudinũ geret vicez dñi anni, sal
tim donec dñs ascẽdẽtis vel. 10. dirigat si fuerit retro
gradus vel euadet si fuerit cõbustꝰ. Qđ si iteꝝ aliqđ
hoꝝ nõ fuerit reuertet tũc dispõ ad luminare cuius
fuerit auctoritas. Et si fuerit reuolutio in nocte fue-
ritq; luna sub radijs solis sol tũc geret vicẽ eiꝰ. ¶ Al
bumasar dixit cui satis videt mihi ꝯueniens assenti
re ꝙ significata dñi termini ⁊ dñi triplicitatis ⁊ dñi
hoꝛe sunt ꝯsiderãda in. 2. locis tm̃. s. in p̃ma ⁊ in. 10.
domo. Et crederẽt forte aliq ꝙ ipse eẽt ꝯ̃rius sibijpsi.
Dicit. n. alibi ꝙ eoꝝ sig̃ta ꝯsiderant in oibꝰ locis pre
dictis sed nõ est ita. Ubi ipse dicit ꝙ sunt ꝯsiderãda
in primo ⁊. 10. intellexit ꝑ nãm suã. Ubi. n. ipse dicit
ꝙ in oibꝰ alijs locis itellexit ꝑ accidens: ⁊ sunt. 5. testi
nia boni vel mali ⁊ sic vtrũq; imitãdũ est. Preterea
si dominꝰ termini vel triplicitatis vel hoꝛe fuerit in
ascẽdente vel in. 10. ⁊ dñs ascẽdentis vel. 10. fuerit in
gradu exaltatiõis sue vel in vno gradu ante vel vno
retro nec poterit esse significatoꝛ ⁊ aliqs illoꝝ habue
rit dñium anni acqret sibi de significato dñi primi. s.
dominꝰ triplicitatis tertiã ptem: dñs v̄o termini ha
bebit qntam: dñs quoq; hoꝛe septimã ꝫm ꝙ ip si fue
rint fortes. In alijs v̄o locis nõ accidet hoc eis imo
diminuũt fortitudinẽ suã in eis. Et quãuis noiaue
rim tibi loca ⁊ domos a qbꝰ põt sciri dñs anni seu
reuolutiõis volo te scire ꝙ ipsa nõ sunt eq̃lis fortitu
dinis. Nã ascẽdẽs ⁊. 10. excedũt alias domos in for-
titudine: septima est ifra decimã: q̃rtam est ifra septi
mã: vndecima ifra quartã: nona ifra vndecimã: qn-
ta ifra nonã: tertia ifra qntam. Unde ꝫm domum a
qua fuerit acceptꝰ dñs anni ꝫm illaz erũt significata
fortioꝛa vel debilioꝛa in ãno illo seu medietate vł q̃r
ta illa in regionibus super quibus fuerit reuolutio
illa. Quare opoꝛtebit te considerare ꝫm partem cli-
matis in quo fueris vel cuiꝰ fuerit reuolutio. Põt
enim esse reuolutio que nõ est annus sicut quando
reuoluit annꝰ ꝫm medietates vel ꝫm q̃rtas. ¶ Re-
stat ergo ꝙ testimonia ꝑ que sciunt significata i his
locis sunt. 4. quoꝝ primũ est dñs domꝰ: scđm domi
nus exaltationis: tertiuz est luminare cuiꝰ est aucto-
ritas: quartũ est planeta almutem in loco a quo acci
pit reuolutio: per naturaz ⁊ locũ circuli in hoꝛa illa
qua reuoluit annꝰ. Postq̃ nõ poteris operari per

dñm aſcēdētis vel per dñm exaltatiōis eius vel per
luminare cuius fuerit auctoritas: vide ſi aliqͦd ex eis
fuerit in aliquo angulorum poſt caſuȝ predictorum
fueritqꝫ in gradibꝰ cuſpidis vel. 2. gradibus ante vel
tribus poſt nec fuerit īpeditus ipſe erit dñs anni. Et
ſi planeta almutē fuerit īpeditus ita ꝙ nō poſſit eſſe
ſignificator tūc accipe pro ſignificatore planetam in
cuiꝰ domo fuerit luminare cuiꝰ eſt auctoritas ſi fue
rit aptus recipe ſignificationē. Et ſi nō fuerit aptꝰ re
cipere ſignificationē ſeu dñium anni tūc reuertiť di-
ſpoſitio atqꝫ dñium anni ad luminare cuius eſt au
ctoritas poſt caſum oīum ꝑdictoꝝ. Et ſi aliqͦd ex lu-
minaribꝰ cōmiſerit diſpōnē ſuā dño aſcēdētis ipſe
erit dominus anni ſeu reuolutiōis nec oportebit te
aſpicere aliū. Uidebis etiā poſtqꝫ videbiť tibi inue-
niſſe dñm anni ſi ipſe fuerit in domo alicuiꝰ planete
⁊ iūctus fuerit ei ex aſpectu laudabili qm̄ dat ei vir-
tutē ſuā ⁊ efficiť ille dñs ānī ſi fuerit in optimo loco
ab aſcēdēte: ⁊ eo fortius ſi aliqͦd luminare aſpexerit
eos vel alteꝝ eoꝝ vel dñs domꝰ in qua fuerit lumi-
nare. Et poſſet etiā eē ſol dñs anni cū ipſe ſit recipiēs
atqꝫ colligēs lumina ſeu fortitudines planetaruȝ vt
ſi fuerit reuolutio in nocte ⁊ planeta qui dȝ eſſe dñs
anni fuerit nocturnus ⁊ fuerit ſub radijs ſolis. Et ſi
oīa ꝑdicta defuerint reuerteť diſpō ſeu dñiuȝ ānī ad
dñm aſcēdētis q̄lecūqꝫ fuerit eiꝰ eſſe ⁊ in quocūqꝫ lo
co fuerit. ℭEt qm̄ eſſet tibi difficile cūcta que dicta
ſunt ſemꝑ penitꝰ ītueri abbreuiabo tibi regulaȝ ali-
quātulū: ⁊ repilogabo tibi ꝯſiderationes ⁊ modos
qͥbus debes iuenire ſignificatoreȝ ſeu dñm anni ſiue
reuolutionis. Et ſunt. 12. modi ⁊. 54. ꝯſideratiōes.
Primꝰ modoꝝ eſt vt ꝓſpicias dños domoꝝ a qͥbꝰ
regiť dñs anni. Secūdus eſt vt ꝓſpicias dños exal
tationis eaꝝ. Tertiꝰ vt ꝓſpicias luminare cuiꝰ eſt au
ctoritas. Quartꝰ vt ꝓſpicias dños terminoꝝ eoruȝ.
Quintꝰ vt ꝓſpicias dños triplicitaꝝ eaꝝ. Sextus vt
ꝓſpicias almutē ſuꝑ loca illa. Septimꝰ vt ꝓſpicias
dñm hore reuolutionis. Octauꝰ vt ꝓſpicias plane-
tam in cuius domo fuerit luminare cuiꝰ eſt auctori
tas. Nonus vt ꝓſpicias ſi aliqͥs planetaruȝ aſpiciat
aſcēdens. Decimꝰ vt aſpicias vtrū ſit aſcēdens reuo-
lutionis domꝰ vel exaltatio alicuiꝰ luminariū ⁊ lu-
minare aſpiciat illud. Undecimꝰ vt aſpicias ſi lumi
nare cuiꝰ eſt auctoritas fuerit in domo dñi aſcēdētis
vel dñi exaltatiōis eiꝰ. Duodecimꝰ vt ꝓſpicias dñm
domus in qua fuerit planeta in cuius domo fuerit
luminare cuius eſt auctoritas quale ſit eē eiꝰ. Poſ-
ſent tandem haberi alij qͥdaȝ modi ſed hij ſunt prio
res ⁊ principaliores.

ℭEpilogus.

COnſiderationes vͦo ſunt. 54. vt dictū eſt: qua
rū ꝓma eſt dñs gradus aſcēdētis. Scd̄s eſt dñs
exaltationis gradus aſcēdētis. Tertius eſt luminare
cuiꝰ eſt auctoritas. Quarta dñs termini gradus aſcē
dētis. Quinta eſt dñs triplicitatis gradus aſcēdētis.
Sexta eſt dñs gradus decime domus. Septima vͦo
eſt dñs exaltationis eius. Octaua eſt luminare cuiꝰ
eſt auctoritas gradus decime domꝰ. Nona eſt dñs
termini gradus decime domꝰ. Decima eſt dñs tripli
citatis gradus. 10. domꝰ. Undecima eſt dñs gradus
7. domꝰ. Duodecima eſt dñs exaltatiōis eiꝰ. Trede-
cima eſt luminare cuiꝰ eſt auctoritas gradus. 7. do-
mus. Quartadecima eſt dñs gradus termini. 7. do-
mus. Decimaqͥnta eſt dñs triplicitatis eiuſdē. Deci-
maſexta eſt dñs gradus. 4. domus. Decimaſeptima
dñs exaltatiōis eiuſdē. Decimaoctaua eſt luminare
cuiꝰ fuerit auctoritas gradus. 4. domꝰ. Decimano-
na eſt dñs gradus termini. 4. domus. Uigeſima eſt
dñs triplicitatis eiuſdeȝ. 21. eſt gradus. 11. domꝰ. 22.
eſt dñs gradus exaltatiōis eiꝰ. 23. eſt luminare cuius
fuerit auctoritas gradus. 11. domꝰ. 24. eſt dñs termi
ni eiuſdē. 25. eſt dñs triplicitatis ipſiꝰ. 26. eſt dñs gra-
dus. 9. domꝰ. 27. eſt dñs exaltatiōis eiꝰ. 28. eſt lumi-
nare cuiꝰ eſt auctoritas gradus. 9. domus. 29. eſt dñs
termini gradus. 9. domꝰ. 30. eſt dñs triplicitatis eiꝰ
31. eſt dñs gradus. 5. domꝰ. 32. eſt dñs exaltatiōis eiꝰ
33. eſt luminare cuiꝰ fuerit auctoritas. 34. ē dñs gra
dus termini eiꝰ. 35. eſt dñs gradus triplicitatis eius
36. eſt dñs gradus. 3. domꝰ. 37. eſt dñs exaltatiōis eiꝰ
38. eſt luminare cuiꝰ eſt auctoritas. 39. eſt dñs termi-
ni eiꝰ. 40. eſt dñs triplicitatis gradus illiꝰ. 41. eſt pla
neta almutē in gradu domꝰ a qua ſuſcipiť dñs anni
ſeu reuolutiōis. 42. eſt planeta qͥ fuerit magis ꝓpe
lineā domꝰ ſi planete fuerit eq̄les ī fortitudine. 43. ē
planeta oriētalis qͥ fuerit magis ꝓpinquꝰ ſoli. 44.
eſt planeta qͥ velociꝰ mutať a gradu ī quo eſt qn̄ plu-
res fuerint oriētales. 45. eſt planeta qͥ magis aſpexe-
rit gradum domꝰ ſignificantis dñium anni. 46. eſt
qn̄ fuerit aſcēdens domꝰ vel exaltatio alicuius lumi
naris ⁊ illud luminare aſpexerit aſcēdēs a trino vel
ſextili aſpectu vel fuerit in. 2. 47. eſt planeta in cuiꝰ
domo fuerit luminare cui eſt auctoritas. 48. eſt qn̄
aliqͦd ex luminaribꝰ cōmiſerit diſpōnem dño aſcen
dentis. 49. eſt quādo dñs anni cōmittit diſpōnem
alicui ex planetis. 50. eſt dñs hore illius reuolutiōis
51. eſt dñi ſignoꝝ in qͥbus fuerint luminaria. 52. dñs
ſigni in quo fuerit planeta in cuius domo fuerit lu
minare. 53. quādo planeta qui debuerit eē ſignifica-
tor fuerit ſub radijs ſolis. 54. eſt planeta mutans fi-
guram ⁊ eſt ille qui citius mutať de ſigno in ſignuȝ
in reuolutione anni mundi aut qui fuerit orienta-
lis ⁊ citius fiet occidentalis vel qui fuerit ad graduȝ
in quo erat tunc luna vel ad gradum aſcendentem
excepta luna.

ℭCapl̄m. 2. de inuentione ſignificatoris regis.

POſtqꝫ iuueniſti dñm anni ſeu reuolutionis qͥ
vulgi ſeu ſignificator ruſticoruȝ appellať. Re
ſtat tibi adhuc regis ſignificatorē inuenire quoniam
⁊ ipm̄ in reuolutionibus annoꝝ mundi conſidera-
re valde oportunū eſt. Quem in hūc modū poteris
inuenire. Aſpice dñm decime domus figure reuolu
tionis anni quē reuoluis vtrū ſit liber a cōbuſtione
retrogradatione caſu ⁊ alijs impedimētis ſupradi-
ctis: qͥ ſi ſic fuerit ⁊ fuerit in cuſpide. 10. domꝰ vel tri-
bus gradibꝰ ante aut qͥnqꝫ poſt ipſe erit ſignificator
regis abſqꝫ dubio operare per ipſum ⁊ non queras
alium. Si aūt inueneris eum impeditum aliquo ex
predictis impedimētis iam nō erit ſignificator. Que
re tunc ſignificatorem a dño exaltationis ſigni deci-
me domus ſi fuerit exaltatio alicuius planete qui ſi
fuerit liber vt dixi de dño domꝰ ⁊ fuerit in cuſpide
decime domus vel tribus gradibus ante aut qua-
tuor poſt ipſe erit ſignificator regis. Si aūt fuerit im
peditus non erit ſignificator eius. Quere tūc ſignifi-
catorem a ſole qui ſi fuerit liber ⁊ ſaluus vt dixi de
alijs ⁊ fuerit in cuſpide decime domꝰ vel. 3. gradibꝰ
ante aut. 5. retro ipſe erit ſignificator regis. Si aūt nō
fuerit ita iam non erit ſignificator. Quere tūc ipſum
a planeta qui fuerit almutem in ſigno decime do-
mus pre multitudine dignitatum. Qui ſi fuerit in
cuſpide decime domus vel. 3. gradibus ante vel. 5.
poſt liber ⁊ ſaluus ipſe erit ſignificator regis. Si aūt
fuerit

fuerit impeditus nõ poterit esse significatoꝛ. ¶ Albu
masar vero ꝓponebat solem dño exaltatiõis. Si vo
nõ inueneris aliqđ istoꝝ quere tunc significatorẽm
a planeta q fuit in cuspide decime domus vel. 3. gra
dibus añ vel. 4. post ⁊ fuerit alias liber ⁊ habuerit
ibi aliquã dignitatez: qm̃ ipse erit significatoꝛ regis.
Si vero fuerit impeditus nõ erit significatoꝛ regis.
Si aũt nõ habuerit ibi dignitatẽ ⁊ fuerit in cuspide
vel. 2. gradibus añ aut. 3. post: vel fuerit dñs domus
in quam ceciderit pars regni fuerit liber ⁊ saluus ab
impedimẽtis supradictis ipse erit significatoꝛ regis:
¶ Qđ si hoc iteꝝ nõ fuerit dixit albumasar q si fue
rit medium celi domus solis: ⁊ sol in cuspide sua nõ
remotus neq cadẽs ipse erit significatoꝛ regis: ⁊ simi
liter cum fuerit in ascendente receptus a marte ⁊ leo
in medio celi: qꝛ erit ascendẽs tũc scoꝛpio. Et dixit cũ
fuerit mediũ celi aries ⁊ sol in cuspide sua ſm q di
xi ⁊ mars cadens ab eo ipse erit significatoꝛ regis: ⁊ si
aspexerit martẽ erit particeps significatione. Et dixit
si mars fuerit in loco suo foꝛtis bonũq fuerit esse su
um solq iũctus fuerit ei erit mars significatoꝛ regis
⁊ eo dignius si fuerit in capꝛicoꝛno ⁊ sol iunctus fue
rit ei ex medio celi. Et dixit q si euenerit casus eius
in medio celi aut in angulo ab ascẽdẽte ꝓiecerit q
radios suos ad ipm sol erit dignioꝛ significatiõe. Et
similiter cũ fuerit sol in angulo medij celi vel ceteris
locis aspiciẽtib9 mediũ celi aspectib9 amicitatis sub
audi: ⁊ fuerit dñs medij celi erit dignioꝛ significatiõe.

¶ Capitulũ. 2. qñ dñs anni efficit significatoꝛ regis.

Quod si non inueneris sicut dixi tibi vñ si dñs
10. fuerit domus vel exaltatio dñi anni ⁊ ipse
aspexerit eã a quocũq aspectu ꝑterq ab oppositiõe
erit ipse dñs anni seu significatoꝛ vulgi significatoꝛ re
gis. Qđ si hoc iteꝝ nõ fuerit aspice si dñs anni iunga
tur cũ dño. 10. domus vel cũ dño exaltationis eius
de tali loco q recipiat eũ dñs. s. 10. qm̃ cõmittit ei dis
positionẽ: efficit q dñs anni significatoꝛ regis. Etiã si
dñs. 10. domus fuerit in domo vel in exaltatiõe dñi
anni itaq recipiat ab eo dñs. 10. dom9 cõmittit dis
positionẽ dño anni: nõ enim fieret dñs anni significa
toꝛ regis nisi dñs. 10. cõmitteret ei dispositionẽ suaz:
q si hoc iteꝝ non fuerit aspice si sol fuerit dñs anni: ⁊
⁊ vtrũ ipse habeat aliquã dignitatez in. 10. vel fuerit
dñs. 10. sub radijs solis siue sit euasus a cõbustione
siue nõ dũmodo non appareat de sub radijs erit sol
significatoꝛ regis ⁊ maxime in regiõe in qua hoc fue
rit. ¶ Et dixit albumasar si cõmiserit sol dispositio
nem dño ascñtis ⁊ fuerit ei aliqđ testimoniuz in me
dio celi erit dñs ascendẽtis significatoꝛ regis. Et dixit
q si fuerit mediuz celi aliqua domoꝝ saturni aut si
gnum exaltatiõis eius ⁊ fuerit in cuspide sua liber a
cõbustione saturnus erit significatoꝛ regis. Et dixit ⁊
si nõ fuerit soli testimoniũ in medio celi: aspice dñm
medij celi ⁊ dñm exaltationis sue quis eoꝝ fuerit foꝛ
tioꝛ ⁊ plus testrmonio ⁊ melioꝛis eẽ ⁊ plus collectio
ne ac receptiõe luminũ planetaꝝ ⁊ melioꝛis casus ex
medio celi: qꝛ ipse erit significatoꝛ regis. Et si cecide
rint dñs medij celi ⁊ dñs exaltatiõis ei9 ⁊ sol ab aspe
ctibus ⁊ fuerint mali esse nec inueneris aliqđ ex pre
dictis vide si aliqs planetaꝝ aspiciat aliquẽ ex predi
ctis significatoꝛib9 nõ aspiciẽtibus decimã ⁊ aspiciat
ipse decimã: ita q releuet lumẽ illi9 ad illud: qm̃ hoc
confoꝛtabit eũ suꝑ dispositionez regis ⁊ efficit sigtoꝛ
regis ille cuius lumẽ fuerit sic depoꝛtatũ ad decimã
reuolutionis illius. Si aũt nihil hoꝝ inueneris re
uertere tũc ad dñm anni ⁊ ad dñm decime ⁊ ad solẽ
⁊ quem eoꝝ inueneris foꝛtioꝛẽ aut minus debilẽ vel
melius dispositũ aut minus male aut melioꝛi loco a
decima vel minus malo hunc pone significatoꝛez re
gis. ¶ Et dixit albumasar cũ fuerit sol dñs ascendẽ
tis erit mediũ celi taurus. Et si fuerit venus sub ra
dijs eius sol erit significatoꝛ regis qꝛ dñs medij celi est
sub radijs. Si aũt fuerit venus egressa de sub radijs
in lumine suo ipsa erit dignioꝛ significatiõe erit. n. in
ascendẽte aut in domo ex qua aspiciat decimã: ⁊ eo
melius si fuerit in domo vel in exaltatiõe sua. Et di
xit cũ fuerit venus in fine anguli ⁊ pulsauerit foꝛtitu
dinem suã soli q non poterit esse: nisi cũ fuerit ei coꝛ
poꝛaliter iuncta: tũc si fuerit venus dña medij celi iã
pulsauit foꝛtitudinẽ suaz soli ⁊ erit sol significatoꝛ re
gis. Et dixit anguli planetaꝝ sunt vniuersitas equa
tionis eoꝝ veritatis seu certitudinis: ⁊ hoc acceptuz
est diametris circuloꝝ eoꝛum bꝛeuium.

¶ Caplm. 3. qñ dñs ascendentis est dñs anni vñ scit
esse regis ⁊ eius auxiliatoꝝ ⁊ vulgi ⁊ quoꝛũdam ho
minum tam religiosoꝝ q secularium.

Inuento aũt significatoꝛe anni seu reuolutiõis
⁊ significatoꝛe regis restat inuenire significato
rem aliaꝝ diuersaꝝ ꝑsonaꝝ: ⁊ ẽt vnde aspiciant signi
ficatoꝛes regis. Qđ poteris scire vt ait albumasar ex
saturno ⁊ ex sole ⁊ ex decima ⁊ ei9 significatoꝛe. Vñ
si videris istos quatuoꝛ bñ dispositos annũcia ex to
to ⁊ vndiq bonũ esse regis. Si aũt inueneris eos im
peditos annũcia ex toto ꝯrium. Qđ si inueneris al
terum libeꝝ ⁊ alteꝝ impedituz iudica ſm q videris
de impedimento seu liberatiõe: sed saturnus est ma
ioꝛis significati q aliquis eoꝝ taz in bono q in ma
lo ꝑter significatoꝛẽ regis ⁊ significata solis sunt infra
significata saturni ⁊ significata dñi decime sunt infra
significata solis in hoc casu.

¶ Qualiter aspiciatur militibus regis.

Et dixit q debes aspicere militib9 regis ex. 11.
⁊ eius dño vnde si videris. 11. aptũ ⁊ eius do
minum bene dispositum ⁊ martẽ annuncia esse etiã
militum regis bonũ. Si aũt videris illud ineptum
⁊ eius dñm impeditũ ⁊ martem silr annũcia ꝯrium
eius qđ dixi. Si autẽ dñs. 11. vel mars fuerit impe
ditus ⁊ alter fuerit liber annuncia eoꝝ esse mediocre.

¶ Qualiter aspiciatur diuitibus ⁊ magnatibus qui
sunt infra regem.

Esse aũt diuitum ⁊ magnatuz qui sunt infra
regem: accipias ex ioue ⁊ participem fac dñm
in cuius domo fuerit ipse quẽ si inueneris foꝛtẽ ⁊ be
ne dispositum annuncia bonum esse ipsoꝝ. Si autẽ
inueneris cum male dispositum annuncia ꝯrium.

¶ Qualiter aspiciatur episcopis ⁊ alijs clericis secu
laribus.

Episcopis vero ⁊ alijs clericis secularib9 ⁊ pa
pe ⁊ cardinalibus ⁊ etiaz legistis ⁊ decretistis
atq consiliarijs: aspicies ex ioue ⁊ dño domus eius
⁊ ex nono ⁊ dño eius: quos si inueneris liberos ⁊ be
ne dispositos annuncia ipsoꝝ bonum esse. Si autez
inueneris alium foꝛtem ⁊ aliũ debilem ſm debilita
tem vel ſm foꝛtitudinem quaz inueneris mediocri
tatem annunciabis.

¶ Qualiter aspiciatur militibus regis ⁊ auxiliatoꝛi
bus ipsius ⁊ poꝛtatoꝛibus armoꝛum.

Militibus ⁊ auxiliatoꝛibus regis ⁊ poꝛtatoꝛi
bus armoꝛum causa lucrandi ex bello: aspi
cies ex marte quem si inueneris bene dispositum an
nuncia bonum esse ipsoꝛum. Si autem inueneris
eum male dispositum annuncia contrarium.

¶Qualiter aspiciatur religiosis regularibus.
Religiosis vero regularibus deo seruientibus ⁊ qui ad hoc positi sunt vt deo seruiãt: nec credas quẽlibet cappatũ religiosum: sed q se ⁊ sua deo dedicauerũt inter quos cõnumera monachos ⁊ maxime induẽtes nigras vestes ⁊ senibus ⁊ decrepitis ⁊ vilibus grauibus opibus vtẽtibus vt sunt fossiones seu fossores ⁊ similes: aspicies ex saturno quẽ si inueneris liberꝝ fortunatũ. s. atqꝫ fortem annũcia bonum esse supradictorum: si autem inueneris ecõtrario annuncia contrarium.

¶Qualiter aspiciatur mulieribus.
Esse aũt mulierꝝ accipies ex venere ⁊ ipsius loco quã si inueneris bñ dispositã annuncia bonum esse mulierꝝ ⁊ maxime iuuenculaꝝ: si aũt inueneris eam male dispositam contrarium nunciabis.

¶Qualiter aspiciaꝛ mercatoribꝰ ⁊ merçariorībꝰ ⁊c.
Esse quidem mercatorꝝ ⁊ merçariorꝝ ⁊ pictorꝝ ⁊ scribaꝝ ⁊ iudicũ ⁊ sapientũ ⁊ doctorꝝ ⁊ maxime quadruuialiũ ⁊ puerorꝝ ⁊ adolescentiũ ⁊ similium: accipies ex mercurio quẽ si inueneris liberꝝ ⁊ bene dispositũ annũcia eorꝝ esse bonum: si aũt inueneris eũ impeditũ iudica ꝯrium. Variatur tñ esse mercatorum ab esse alioꝝ: qm̃ aspicitur eis ex dño anni ⁊ ex ascendẽte ⁊ eius dño ⁊ ex luna ⁊ ex ioue sicuti ex mercurio sed mercurius ⁊ iupiter preualent alijs in significato mercatorum.

¶Qualiter aspiciatur vilibus ⁊ popularibus.
¶Capitulum octoagesimumoctauum de marte in capricorno.

Et si fuerit mars in capricorno significat bella & depredationes atq tribulatione mortez in hoib⁹ iuuenib⁹: silr & tremores vēturos in partibus orientis: & significat etiā in eisdez partib⁹ pluuias & multiplicationem annone butyri atq vnguenti:& erūt bella predicta inter ciues orientis & ciues occidentis. ¶Et si fuerit latitudo ei⁹ septētrionalis sigt multitudinē niuis in tpib⁹ debitis & cōsuetis. Et si fuerit latitudo eius meridiana significat calorē aeris in suis tpib⁹ & eius obscuritatē. Et si fuerit orientalis significat iterfectionez imperatoris romanor. Et eo forti⁹ si luna fuerit in octaua vel iuncta dño octaue vel ipse mars fuerit in angulo cuz ipsa sit nātr ei⁹ significatrix vbicūq fuerit ei iuncta. Et iter forti⁹ si fuerit iūcta cū eo in octaua vel aspexerit eam dñs octaue ab oppōne vel qrto aspectu. Et iter fortius ac ifallibiliter si fuerit inter eos mutua receptio vel saltim recepit luna dñm octaue:nec poterit iupiter ptra opari solus.n. de⁹ posset hoc auertere. Et sic fuerit occidētalis sigt pustulas antraces quoq ac silia casura i corpora hominū. Et si fuerit retrogradus significat paucitatez annone. Et si fuerit direct⁹ significat abu ndantiam vini & olei.




¶ Capitulum octogesimūnonuꝫ de geminis ⁊ eius triplicitate.

Et si fuerit mars in geminis vel in eiꝰ triplicitate significat ꝙ qcqd ipse significauerit erit euentus illoꝝ significatorum in partibꝰ occidentalibꝰ. Sed si fuerit in geminis significat impedimentum casurum in homines causa tonitruorum ⁊ fulgurum: ⁊ paucitatem pluuiarum: ⁊ grauitateꝫ caloris ⁊ eius nocibilitatem: ⁊ erūt bella ⁊ ꝯtentiones atꝫ latrocinia in partibꝰ septētrionalibꝰ: exaltabiturꝫ rex illoꝝ in reuolutiōe illa: ⁊ habebūt victoriam de inimicis suis: ⁊ erūt dolores auriū siīr ⁊ pustule antraculi ⁊ similia. ¶ Et si fuerit latitudo eius septentrionalis significat multitudineꝫ pluuiaꝝ. Et si fuerit latitudo eiꝰ meridiana significat paucitateꝫ aquaꝝ fontiū ⁊ fluminū. ¶ Et si fuerit orientalis significat multitudinem pustulaꝝ ⁊ filium. Et si fuerit occidentalis significat impedimentū ꝯsiliatorum ⁊ scribaꝝ ac iudicū ⁊ decurionū ⁊ eoꝝ occultationē ac fugaꝫ. Et si fuerit retrogradus significat dissentionem religiosoꝝ ⁊ eoꝝ diuersitatem atꝫ sectaꝝ. Et si fuerit directꝰ significat ꝙ hoies aperient secreta tam sua q̄ꝫ aliena nec bene seruabūt ea.



¶ Caplꝫm nonagesimū cū fuerit mars in libra.

Et si fuerit mars in libra siḡt vētos vēturos ⁊ infirmitates atꝫ mortalitatē in ciuitatibꝰ seu regionibꝰ que sunt in diuisione libre: ⁊ erit hoc potius in viris q̄ꝫ in mulieribꝰ. ¶ Et dixit albumasar si fuerit mars ibi siḡt pluuias ⁊ vētos nubes quoꝫ ⁊ nebulas: significat etiam ꝙ erit in partibus meridionalibꝰ infirmitas atꝫ mortalitas: ⁊ erit modicū vinū atꝫ butirū ⁊ vnguētū: ⁊ multiplicabunt latrones ⁊ abscisores viaꝝ: ⁊ erūt rixe atꝫ mala iter hoies: ⁊ erūt in eis timores atꝫ tremores seu terrores. ¶ Et si fuerit latitudo eiꝰ septētrionalis siḡt fulgura ⁊ coruscationes que venient ⁊ apparebunt in anno illo seu in reuolutiōe illa. Et si fuerit latitudo eius meridiana significat egritudines in hoibus ex parte sinistra. Et si fuerit oriētalis significat guerras ⁊ ꝯtentiones futuras iter diuites ⁊ magnates. Et si fuerit occidentalis significat saluationem diuitū ac magnatū ⁊ scribaꝝ literaꝝ atꝫ sapientū. ¶ Et si fuerit retrogradus significat egritudines vēturas diuitibꝰ ⁊ magnatibꝰ ⁊ scribis ⁊ iudicibꝰ atꝫ sapiētibꝰ. Et si fuerit directꝰ significat volūtates diuitū ac magnatū seu nobiliū differentes inter se.



¶ Capitulum nonagesimūprimum cum mars fuerit in aquario.

Et si fuerit mars in aquario significat grauitates atꝫ tribulationes venturas hoibus reuolutione illa: ⁊ abundabunt niues ⁊ pluuie atꝫ frigꝰ in temporibus suis: ⁊ minuetur annona ⁊ vinum atꝫ butiruꝫ in partibꝰ occidentis ⁊ in terra que dicit negociatorum: ⁊ significat mortem siue mutationē regis seu dn̄atoris illius regionis in qua tu reuolueris annū. ¶ Et dixit albumasar si aspexerit tūc venꝰ ascēdens ⁊ ipsa septētrionalis significat ver bonū: sed vinū erit modicū. ¶ Et si fuerit latitudo eiꝰ septentrionalis siḡt multitudinē niuis ⁊ frigoris in temporibꝰ suis ⁊ in regionibꝰ consuetis: ⁊ locustas in tempore suo. Et si fuerit latitudo eiꝰ meridiana significat obscuritatem aeris ⁊ eiꝰ grossiciem atꝫ grauitatem caloris. Et si fuerit orientalis significat bonū ēsse diuitū ⁊ magnatū atꝫ nobiliū ⁊ eorū gaudiū atꝫ leticiam significat multitudinem ramorum. Et si fuerit retrogradus significat grauitatē caloris et ꝙ cadet ipedimētū in arbores illa de causa. Et si fuerit directꝰ significat ipedimētū arboꝝ et casuꝫ vermiū in eas: et eo fortius si fuerit ibi caput draconis vel in geminis.




¶ Caplꝫm nonagesimūsecūdum de marte in cancro et eius triplicitate.

Et si fuerit mars in reuolutione anni in cancro vel eiꝰ triplicitate: et maxie in cancro erit apparitio eoꝝ que significauerit in partibꝰ septentrionalibꝰ: sed in cancro significat naufragia repēte venientia ex forti atꝫ subito flatu ventoꝝ: et significat rixam atꝫ contentionem et bellum in partibꝰ occidentis: et grauabunt hoies causa redditꝰ tributoꝝ: et erunt febres et alie egritudines: erūt dolores gutturis ac pectoris: et grauabit calor: et minuet pluuia. ¶ Et dixit albumasar et erit annꝰ periculosus eritꝫ modicum vnguentum atꝫ butiꝝ seu pinguedo: et significat etiā morteꝫ quadrupedū sed equorū magis. ¶ Et si fuerit latitudo eiꝰ septentrionalis significat grauitatem frigoris in tempore suo: et paucitatem aquaꝝ fontium. Et si fuerit eiꝰ latitudo meridiana significat ventos venturos ac impedimētū casuꝝ in arbores. Et si fuerit orientalis significat pestilentias casuras in animalia campestria. Et si fuerit occidentalis significat curam atꝫ sollicitudinem vulgi seu rusticoꝝ ac populariū circa propria negocia. Et si fuerit retrogradus significat lasciuiaꝫ: et ꝙ delectabunt homines: et studebunt in cultu venereo et fornicabunt et similia. Et si fuerit directus significat bonam dispositionem aeris et ipsius pulchritudinem ac claritatem.



¶ Caplꝫm. 93. de marte in scorpione.

Et si fuerit mars in scorpione significat multitudinem nubium ⁊ grauitatē frigoris hyemis ⁊ distemperantiam caloris in estate et grauitatem annone illa de causa: et etiam arboꝝ: et erūt oculoruꝫ dolores et multiplicabunt latrocinia et abscisores viarum: ac erūt bella et dolores et alie infirmitates in iuuenibus: et erit paucitas vini et butiri atꝫ pinguedinis: et accident ista magis in partibus septentrionalibꝰ. ¶ Et si fuerit in scorpione fueritꝫ latitudo eius septentrionalis significat paucitateꝫ aquaꝝ. Et si fuerit latitudo eiꝰ meridiana siḡt multitudinē aq̄rū fontiū.



Et ſi fuerit orientalis ſignificat multitudinem infirmita-
tū que cadūt ſup hoīes ⁊ maxime in īferiorib[9] par-
tibꝰ ventris. Et ſi fuerit occidētalis ſignificat paucita-
tem pietatis hoīuꝫ adinuicē. ¶ Et dixit albumaſar
ſi fuerit retrogradus ſignificat bonū in reuolutione illa ⁊
multitudinē negociatoꝝ cū tremore tn̄ atqꝫ timore.
Et dixit ſi fuerit directꝰ ſignificat multitudinē acceptionis
cenſus ⁊ populationem domorum ſubſtantiarum
diuitum.

¶ Caplm̄. 94. cū mars fuerit in piſce.

Et ſi fuerit mars in
piſce ſignificat multitu-
dinem niuis atqꝫ pluuie
⁊ erit mortalitas in ptibꝰ
meridionalibꝰ ⁊ capient
piſces in reuolutione illa
plures ſolito: ⁊ dirimēt
plura regna: ⁊ ſignificat iterſe-
ctionē regū ⁊ magnatū ⁊
diuitum ac nobilium. ſ. qui ſunt apti regno: ſignifi-
cat etiā paucitas annone vt vinū patiet detrimētuꝫ
⁊ diminutionē: ⁊ erit ex eo valde minus q̄ ſperent
hoīes ⁊ patient aīalia volātia ipedientia detrimētū
vt ſunt muſce taffani ⁊ ſimilia. ¶ Et dixit albuma-
ſar ſi aſpexerit venꝰ aſcēdens anni habūdabit mors
in hominibus ⁊ dolores oculoꝝ: ⁊ multiplicabunt
tonitrua ⁊ fulgura: ⁊ franget malitiam fructuuꝫ ter-
re ⁊ ſuſcipient incremētuꝫ. Et ſi fuerit latitudo eius
ſeptentrionalis ſignificat bonitatem aeris ac ipſius
pulchritudinem ſeu puritatem. Et ſi fuerit latitudo
eius meridiana ſignificat abundantiam locuſtaruꝫ
ſed impedient parum. Et ſi fuerit orientalis ſignifi-
cat interſectionem diuitum ⁊ magnatum. Et ſi fue-
rit occidentalis ſignificat infirmitates caſuras in ſer-
uos ⁊ ancillas ⁊ in famulos ⁊ in famulas ⁊ viles ꝑ-
ſonas. ¶ Et dixit albumaſar ſi fuerit retrogradus ſi-
gnificat ſaluationeꝫ ⁊ lucra negociatoꝝ. Et ſi fuerit
directꝰ ſignificat cuſtodiam atqꝫ ſaluationem ouiū ⁊ qua-
drupedum minorum ⁊ ſeruorum ⁊ ancillaruꝫ ⁊ fa-
mulorum ac famularum ac vilium perſonarum.
¶ Sapientes huius magiſterij ⁊ ſpecialiter ille reue-
rendiſſimus predeceſſor noſter albumaſar non cura-
uit ponere latitudines niſi trium planetarum ſupe-
riorum quoniam non inuenit in alijs ita expertam
veritatem ſicut in illis: ideo dixit albumaſar q̄ inue-
nit in eis aliquando errorem ſed in ſuperioribus
nullo modo vnde ipſe ammonet nos eſſe intentos
latitudinibus ſuperiorum ⁊ non inferiorum.

¶ Capitulum. 95. de ſole cum fuerit dominas anni
quid ſignificet.



Cum aūt fuerit dn̄s anni ſol ſeu reuolutionis
⁊ ipſe bene diſpoſitꝰ ac boni eſſe fortunatus. ſ.
atqꝫ fortis liber ab ipedimentis ſignificat ſublimita-
tes atqꝫ exaltationem regū ⁊ gloriā ⁊ honoreꝫ eiuſqꝫ
petitionē: ⁊ q̄ exaltabit rex illiꝰ regionis: ⁊ ſollicita-
bit circa ſui regni augmentationē: ⁊ nedū rex ſed ēt
glibet ſm ſuū eſſe atqꝫ ſm ſuam nām ſeu nationem
ad ſuū ſtatū augmentandū: ⁊ ſignificat vtilitatem ⁊
ꝑfectū eoꝝ: ⁊ q̄ auertent facies ſuas a rebꝰ diſplicibi-
libus deo ⁊ ab iniurijs a rebꝰ īhoneſtis: ſignificat ēt
bonū eſſe diuitū et magnatū atqꝫ nobiliuꝫ et eoꝝ q̄-
bus debet honor ab hoībus. ¶ Et ſi fuerit dn̄s an-
ni ac dn̄s aſcendētis fueritqꝫ liber a malis dixit Al-
bumaſar gaudebūt reges ⁊ habebūt letitiā ⁊ ſecuri-
tem: et augmētabunt annone et q̄drupedia et aues:
et oīa ſup q̄bus habet ſol ſignificatū. Si autē fuerit
īpeditꝰ ſignificat ipedimentū oīum predictoꝝ. ¶ Et
dixit ſi fuerit mercuriꝰ cum ſaturno vel aſpexerit eū
fueritqꝫ ſibi pticeps et recepit ab eo diſpōnē in diuer-
uerſis climatibus patient meſſes detrimentū et ru-
ſtici: ⁊ multiplicabunt latrones et ītrabit ſup hoīes
timor et maxime in eis qui fuerint de natura mer-
curij vel q̄bus fuerit ſignificator: et minuent aīalia
in terra occidentis vel in terra arabuꝫ ſi fuerit in fi-
gura ſignorum quadrupedum ſm ſubſtantiam il-
lius ſigni. ¶ Et dixit aſpice cum hoc luminare cu-
ius fuerit auctoritas: quoniam ſi fuerit fortunatum
⁊ auctum lumine ⁊ numero ⁊ non fuerit impedituꝫ
repellet impedimentum magnum ⁊ prohibebit a
malo. Si autem fuerit impeditum aliquo ſupradi-
ctorum impedimentorum in hora reuolutionis pa-
tient predicta detrimentum ⁊ impedimentum ma-
gnum: ⁊ erunt infirmitates in ruſticis ſeu popolari-
bus. Et accident iſta fortius ⁊ terribilius ſi fuerit in
ſignis hominuꝫ que ſunt gemini virgo libra prima
medietas ſagittarij ⁊ aquarius ⁊ auctoritas fuerit
lune: vel ſi fuerit ſua ⁊ ipſe fuerit in libra. Et ſi fuerit
in tauro vel capricorno ſignificat grauationeꝫ equo-
rum boum taurorum ⁊ bubalorum. Et ſi fuerit in
cancro ſcorpione vel piſce grauabuntur res aquati-
ce. Et hec iudicia habent locum in reuolutionibus
annorum mundi prout ad ipſas reuolutiones per-
tinent. ¶ Et ſi aliquis malorum impedierit euꝫ aſpi-
ce ipſum maluꝫ ⁊ vide in quo ſigno ipſe ſit: ⁊ in qua
domo: quoniam ſecundum ſignificata domus ⁊ ſi-
gni in quo fuerit erit impedimentum. ¶ Et ſi fue-
rit ſol fortunatus ⁊ aſpexerit eum aliqua ex fortunis
ſignificat bonum eſſe atqꝫ bonam diſpoſitionē om-
nium predictorum. Nam vbi ſignificat malum cuꝫ
fuerit impeditus ibi ſignificat bonum cum fuerit li-
beratus: ⁊ ſuper eiſdem ſignificabit vbi falſitatem
ibi veritatem: vbi iniuſticiam ibi iuſticiam: vbi de-
preſſionem ibi exaltationem: vbi indigentiam ibi
abundantiam. ¶ Et adhibe mentem tuam vt intel-
ligas hoc bene ne cadat ſuper eis error. ¶ Et dixit
albumaſar ſi fuerit ſol in ariete vel eius triplicitate
erit in parte orientis. ¶ Et ſi fuerit ſol boni eſſe in
loco ſuo ſignificat rectitudinem diuitum: ⁊ eorum
iuſtitiam ⁊ aptationem eorum: ⁊ victoriam de ini-
micis ſuis ⁊ de his qui contendunt cum eo. ¶ Et
dixit ſi vero fuerit mali eſſe in loco ſuo ſignificat ap-
paritionem diuitum ⁊ magnatum: ⁊ paucitatem
acquiſitionis eorum: ſuper inimicos ſuos ⁊ caſum
honoris eorum in ciuitatibus illis. ¶ Et dixit ⁊
ſi fuerit in tauro vel eius triplicitate erit apparitio
euentuum eorum que dixi ex partibus meridiei
ex ciuitatibus quibus prefuerit ipſum ſignum ⁊
hoc quod eſt eius ex ſubſtantia terre ſeminis ⁊ ar-
borum. ¶ Et dixit ⁊ ſi fuerit in geminis vel eius

triplicitate significat apparitionem eorum que dixi ex euentibus in partibus occidentis ⁊ in omnibus que sunt eius ex rebus altis. ¶ Et dixit ⁊ si fuerit in cancro vel eius triplicitate erit apparitio eorum ex euentibꝰ in partibꝰ septētrionis ex aialibꝰ que significant p ipsuz. Et dixit ⁊ opus in re solis in aspectu planetaꝝ ad ipm erit sicut opus in re saturni in hoc ex bono vel malo equaliter.

¶ Capitulu3.96. quid significet sol in vnaquaq; domo in reuolutione annorum natiuitatum ⁊ annorum mundi atq; in natiuitatibus siue sit dominus anni siue non.



CUm sol fuerit in ariete seu; i reuolutione natiuitatis vel anni mūdi in primo significat principatum ⁊ sublimitatem atq; magnitudinem reꝝ nati: ⁊ ide3 in reuolutione: silr ⁊ in reuolutione annorum mūdi significat statum ⁊ augmentationē boni ciuiu3 reuolutionis in qua reuolutꝰ fuerit annꝰ nisi ꝯtra opet saturnus ⁊ mars vel alter eorū ⁊ ipse malitiosus existēs. ¶ Et si fuerit in scđo significat dilectionem inter homines ⁊ decens esse ipsorum erunt tamē alique turpitudines oculorum. ¶ Et in tertio significat mutationē ex vna regione in aliā ⁊ ꝙ rex illius regionis pficiet res suas ⁊ suoru3 subiectoꝝ in bono ⁊ in bona parte: silr ⁊ natꝰ res suas ex parte regis. ¶ In q̈rto aūt significat laudem inter hoies ⁊ sublimitatem eorum atq; honorem ⁊ apparebunt res que diu steterant occultate nec apparuerant: ⁊ significat etiam inuentionem thesaurorum siue ipsoru3 aggregationem seu acquisitionem. ¶ In quinto autem significat mutationem status plurium hoiu3 causa filioꝝ: ⁊ natus causa propriȷ̄ filiȷ̄ mutabit suum statu3 ⁊ ꝙ reuerebit a populo: ⁊ reuerebunt populares maiores se ⁊ honorabunt eos: etiam erit gaudium causa donationum. ¶ In sexto vero significat īfirmitates ac detrimenta causa seruorum ⁊ alioru3 que significant per sextam domum ⁊ ꝙ inuidebunt rustici seu ignobiles maioribus se: similiter ⁊ nato. ¶ Et in septimo significat contrarietatem que accidet vulgo a nobilibus siue magnatibus seu regibus. Eadem similiter accident nato. ¶ In octauo significat depressionem diuitum ⁊ magnatum seu nobilium atq; potentum eorumq; diminutionem ⁊ mortē ac improperium. ¶ In nono significat bonam dispositionem animi hominum erga se ⁊ in cogitationibus placibilibus deo atq; in his que ad fidem spectant. ¶ In decimo significat honorem regum atq; ipsoꝝ exaltationem ⁊ eorum gloriam atq; profectū. ¶ In vndecimo significat gaudiuum ⁊ leticiam hominū causa amicorum ⁊ mutue dilectionis inter se ⁊ rerū de quibus habetur fiducia boni: similiter accidet nato ex his ⁊ bonum ex magnatibus qui sunt infra reges. ¶ In duodecimo vero significat diminutione3 atq; depressionem diuitum ⁊ magnatum nobiliu3 quoq; ⁊ eorum mortem: eorumq; dignitatum ablationem: ⁊ iniurias eis illaturas ab ignobilibus: ⁊ significat contrarietates que accident nato ex inimicis suis ⁊ etia3 ex aliȷ̄s ⁊ magis a vilibus q̃3 a magnatibus.

¶ Capitulum.97. de venere cu3 fuerit domina anni quid significet.



CUm venus fuerit domina anni ⁊ ipsa boni esse ac bene disposita significat bona3 dispositionē ac signū esse mulierum tam adultaru3 q̃3 puellarum tam corruptarū q̃3 virginū similiter ⁊ eunuchorum. Et si fuerit dña anni ⁊ dña ascendentis fueritq; libera ab impedimentis ⁊ a malis significat annū securitatis ⁊ quietudinis ⁊ aptabunt res: erit bonum in honoribꝰ ⁊ iusticia ⁊ largitas ⁊ rectitudo atq; pax. Si aūt fuerit recepta inuenient rustici bonum a regibꝰ ⁊ diuitibꝰ atq; magnatibus ⁊ diligent rustici rege3 suū ⁊ obedient ei: ⁊ multiplicabunt nuptie ⁊ erit mulieribꝰ gaudiū ⁊ alacritas. Si aūt fuerit impedita significat paucū bonum in anno illo ⁊ erūt terre motꝰ in diuersis terris ex qbꝰ cadent edificia: eritq; bellū l3 modicum ⁊ tristabit rex illius regionis ⁊ accident ista in regione deputata ⁊ eius climate Si v̊o fuerit impedita hora reuolutiōis significat impedimentum ac malu3 esse oiu3 predictoꝝ. ¶ Et dixit albumasar si fuerit i signis humanis impediet qcqd est eiꝰ ex hoibꝰ. Si fuerit in signis terreis destruet qcqd est eiꝰ ex substantia terre. Si fuerit in signis aereis destruet qcqd est eiꝰ ex substātia aereis. Si fuerit in signo aquatico destruet qcqd est eius ex substātia aque. Et dixit ⁊ si fuerit in loco mali fortuna verte sniam tuam ⁊ dic in loco mali bonum ⁊ in loco iniusticie iusticia3. Et dixit aspice quoq; planetam impedientem eam in quali signo sit ⁊ cōmisce eum: ⁊ loquere super eum ꝑm ꝙ patefactum est tibi in re saturni.

¶ Capitulū.98. quid significet venus in vnaquaq; domo in reuolutione anni siue ipsa sit domina anni siue non.



CUm fuerit venꝰ in reuolutiōe in primo ⁊ ipsa boni eē ac bene disposita tūc significat ꝙ erūt hoies silr ⁊ natꝰ in dilectionibus ⁊ gaudiȷ̄s atq; voluptatibus ⁊ delectabunt in cōmestionibꝰ ⁊ potationibus: ⁊ studebūt in pulchro modo viuēdi tam victualium q̃3 indumētorum ⁊ in apparitione atq; ostensione indumētoꝝ seu ornamentoru3 corporis ⁊ vsu annuloꝝ ⁊ moniliu3 ⁊ silium ⁊ reꝝ odoriferaꝝ ⁊ apparitione reꝝ honestaꝝ ⁊ in oibꝰ in qbus delectant hoies. ¶ Et si fuerit in secūdo significat vtilitate3 ⁊ acquisitionē causa mulierum ⁊ ex mulieribus ⁊ profectum causa illius acqsitionis. ¶ At si fuerit in tertio significat obliuione3 religionis ⁊ ꝙ paꝝ curabūt hoies de ipsa silr ⁊ natus:

natus: ꝛ incontinentiam venerei cultus ꝛ irã quam sequunt illa de causa: ꝛ ꝙ ex hoc perpetrabunt multa mala opera ꝛ ꝙ iuuabũt amici amicos ad illa facienda. ¶ Si vero fuerit in quarto dixit Albumasar significat merorem ꝛ tristiciam imerito reruꝫ ex parte matrum ꝛ finis erit laudabilis. ¶ In quinto vero significat detrimentũ causa filiorum in principio reuolutionis: sed in fine laudabit ꝛ vertetur meror in gaudium. ¶ In sexto autem dixit albumasar significat infirmitates ꝛ tribulationes ex parte seruorum ꝛ ancillarum ac etiam matrum ꝛ significat viduas. Unde si dominus sexti fuerit boni esse bene erit eis ꝛ ecõtra. Et dixit ꝛ dñs interrogationis nõ adipiscetur omne quod petierit ex rebus. Et dixit ꝛ si fuerit iterrogatio de infirmo liberabit ab infirmitate sua. Et dixit ꝛ ipse liberationis eius erit causa sm ꝙ exposui tibi in re saturni in initio libri. Et dixit ꝛ scito ꝙ cum fortuna fuerit in domo infirmitatis alleuiabitur infirmitas: sed si fuerit ibi malus grauabitur. ¶ Et dixit si fuerit in septimo significat cõiugium ꝛ gaudium ex parte mulierum ꝛ ex omni re quesita ex participatiõe: ꝛ efficietur ei omnis res quam voluerit. ¶ In octauo vero significat mortem sociorũ maiorum ꝛ matrum atqꝫ nutricum. ¶ In nono autem significat mutationem religiosorũ de vna mansione in aliam ac veritatem somniorũ: ꝛ significat peregrinationes longinquas. ¶ In decimo vero significat gaudium ex rege ꝛ ex parte regis. ¶ In vndecimo vero significat gaudium atqꝫ leticiam ex bonis que accident eis ꝛ fiduciam ꝛ spem bonam ex parte amicorum ꝛ eis fortunam bonam. ¶ At si fuerit in duodecimo significat tribulationeꝫ ꝛ inimicitiã ex mulieribus: ꝛ vt plurimum ex mulieribus vilibus similiter accidet ex nato.

¶ Capitulum nonagesimumnonum quid significet venus in vnoquoqꝫ signo in reuolutione anni.

Si fuerit ven⁹ in reuolutione in ariete fueritqꝫ dña anni ꝛ ipsa boni esse fortunata scilicet atqꝫ fortis libera ab impedimentis significat bonum esse diuitiũ ac magnatuꝫ atqꝫ nobilium: significat etiã temperamẽtum aeris ac ipsius quietudinem in partibus orientis: ꝛ significat pluuias molles ac temperatas nõ nocibiles ꝛ extinctiones belloꝝ in partibus ipsis ꝛ bonum esse arabum: ꝛ abundantiam victuum eorum ꝛ quietudinem inter homines ꝛ pacem atqꝫ tranqllitatem ꝛ ludos ac tribudia in terris que sunt insolui sione arietis: ꝛ exercitium illorum ciuiũ in rebus venereis. Si aũt fuerit impedita significat impedimentũ scilicet ꝙ nõ faciet bona nec poterit resistere malis.



¶ Sed si fuerit in leone significat extinctionem bellorum atqꝫ contentionuꝫ vel saltem eorum mitigationem ac infirmitatum ꝛ mortalitates in ptibus orientis ꝛ erunt alacritates ꝛ delectationes in rebus venereis ꝛ maxime in diuitibus ꝛ magnatibus atqꝫ nobilibus nisi contra operetur mars.



¶ Et si fuerit in sagittario ꝛ ipsa bene disposita significat quietudineꝫ atqꝫ tranquillitatem ꝛ extinctionem bellorum in partibus occidentis et in terra arabum: et bonitatem ac saluationeꝫ corporum ciuium illarum regionum et lucrum negociatorum eorum: et sanitatem puerorum ipsorum nisi contra operetur mars: et habundabunt pluuie aliquãtulum plus ꝙ̃ oporteat et temperabit frigus hyemis eorum: et proficiet mel et vinum ipsorum: et significat paruum lucrum portatorum armorum illarum partium nisi mars oppresserit venerem vel ipsa fuerit alias mulum impedita seu male disposita.



¶ Et si fuerit venus in reuolutiõe anni in tauro et ipsa boni esse significat apparitionem eorũ que significauerit in ptibus meridianis vniuersaliter: apparebunt etiã in partibus hierusalem et in dextera orientis vel in terra thurcoruꝫ et in terra romanorum: significat etiam ventos venturos in illis partibus non tamen nocibiles: et saluationem fructuum arborum: et hoc accidet ex parte sue benigne nature et significat bonitatem aeris et saluationem mulierum et vaccaruꝫ in illis partibus: saluationem etiam annone: similiter et ciues terrarum vtiles nisi contra operet mars vel ipsa fuerit impedita seu male disposita.



¶ Et si fuerit in virgine fueritqꝫ bene disposita significat trãquillitatem et bonum esse in partibus septẽtrionalibus: et abũdantiam vini et annone et butiri atqꝫ piguedinis nec erit mortalitas in eis nisi cõtra operetur mars.



¶ Et si fuerit mars in capricorno significat paucitatem bellorum atqꝫ latrociniorum et depredationum atqꝫ viarum abscisionum et tribulationum: et saluationeꝫ iuuenum: atqꝫ paucitatẽ pluuiarum in partibus orientis meridiei: et abundantiã annone vini atqꝫ butiri: et erit tranquillitas inter oriẽtales et meridionales. At si fuerit impedita vel mars contra operatus tolletur eius significatum nec poterit prodesse.



¶ Et si fuerit venus in reuolutione anni in geminis et ipsa boni esse significat apparitionem euentus significatoruꝫ eius in partibus occidentis: similiter et in terra arabum et in partibus septentriõis et significat saluationem hominum in illis partibus: et temperamentũ aeris



atq͛ pluuiaꝝ: ꝛ diminutionē belloꝝ atq͛ ꝯrietatum ꝛ augmentū alacritatnm in partibus septentrionis.

¶ Et si fuerit venus in libra ꝛ ipsa boni eē ac libera ab impedimētis significat saluationem ciuiuꝫ regionuꝫ que fuerint in diuisiōe libre: ꝛ saluabūtur viri potius q̄ꝫ mulieres: ꝛ significat saluationem hominum in partibus meridiōalibus nisi ꝯ operet saturnus: eritq͛ in ptibus illis vinū ꝛ butiruꝫ atq͛ pinguedo: ꝛ mitigabunt latrocinia ꝛ abscisiōes viaꝝ ꝛ depdatiōes ꝛ cōtentiōes nisi ꝯ operet mars vel ipsa fuerit impedita.



¶ Et si fuerit in aquario ꝛ ipsa boni esse ac bñ disposita significat bonū esse hominum ꝛ ablationem vel saltim diminutioneꝫ grauitatum atq͛ tribulationum que sunt venture hominibus in reuolutione illa: ꝛ diminutionē niuium atq͛ pluuiarū ꝛ frigoris hyemis: ꝛ saluationem vini atq͛ butiri in partibus occidentis: ꝛ in alexandria: ꝛ in tota terra que dicitur negociatoꝝ: ꝛ custodiā regis illius regiōis in qua tu reuoluis annū. Que si aspexerit ascēdēs ꝛ ipsa fuerit septētrionalis sigt paucitatē vini erit tñ ver bonū ꝛ vtile atq͛ suaue nisi ꝯ opet mars vel ipsa fuerit alias male disposita.



¶ Et si fuerit venus in cācro in reuolutione anni significat q͛ erit apparitio eoruꝫ que significauerit in partibus septētrionalib⁹: significat saluationem nauigantium ꝛ quietudinem inter homines in partibus occidētalibus: ꝛ alleuiationem a redditibus ꝛ tributis plus solito: ꝛ erit diminutio febrium ac aliarum egritudinuꝫ: ꝛ diminuetur calor: ꝛ erunt pluuie: ꝛ alleuiabunt pericula vētura i āno illo seu i reuolutiōe illa: similiter ꝛ mors quadrupedū ꝛ maxime equoꝝ nisi ꝯ operetur mars vel ipsa fuerit alias male disposita.



¶ Et si fuerit in scorpione libera ab impedimentis significat attenuationem nubium ꝛ bonam aeris dispositionem: ꝛ alleuiationeꝫ frigoris hyemis ꝛ caloris estatis ꝛ saluationem annone ꝛ arborum: ꝛ minuētur egritudines ꝛ spālr dolores oculoꝝ ꝛ maxie in iuuenib⁹ ꝛ latrocinia ꝛ abscisiōes viaꝝ ꝛ bella: ꝛ saluabit vinū atq͛ butiꝝ: ꝛ accident ista magis in ptibus septētrionalibus q̄ꝫ in alijs.



¶ Et si fuerit in piscibus sigt diminutionem niuium atq͛ pluuiarū ꝛ mortalitates in partibus meridianis: ꝛ captionem piscium ꝛ saluabunt regna earum partiū ꝛ diuites ꝛ



nobiles ꝛ magnates: ꝛ saluabitur annona ita q͛ non patietur graue detrimentum: similiter ꝛ vinū. Que si fuerit impedita ꝛ male disposita ꝛ aspexerit ascendens significat tonitrua ꝛ choruscationes: ꝛ morteꝫ in hominibus ac dolores oculorum: augmentabūtur tñ terrenascentia nisi contra operetur saturnus.

¶ Capitulam centesimum de mercurio cum fuerit dominus anni quid significet.



Cum fuerit mercurius dñs anni seu reuolutionis ꝛ ipse boni esse ac bene dispositus liber ab impedimentis significat bonum esse negociatorum sapientum atq͛ scriptorum ꝛ magnorum operum ꝛ arismetricoꝝ ꝛ numero vtentiū per moduꝫ docendi ꝛ geometraꝝ: significat ēt bonum esse puerorū ꝺm q͛ ipse fuerit iunctus cū planetis. Naꝫ si fuerit iunctus cū planeta masculino accidet hoc in masculis: si cū feminino accidet hoc in feminis: ꝛ eo melius si recepit eum dñs domus sue. ¶ At si ipse fuerit dñs anni ꝛ dñs ascendētis fuerit liber ab impedimētis ꝛ aspexerit eū aliqua fortunarū inuenient hoies a rege bonū: ꝛ qlibet inueniet bonū a suis dñatoribus: ꝛ audiet ab eis ꝛ inueniet ab eis honorē atq͛ laudē ꝛ bonū statū ꝛ laudabilē: eritq͛ annus vtilis dictis psonis. Si aūt fuerit impeditus nec fuerit receptus significat ꝯriuꝫ eius qd̄ dictū est: qꝛ inuenient hoies districtioneꝫ a regibus ꝛ suis dñatoribus ꝛ deprimen̄t ab eis: eritq͛ annus ꝯrius pueris sapiētibus atq͛ negociatoribus ꝛ alijs pdictis. ¶ Et dixit albumasar si aūt cū hoc aspexerit eū malus destruet esse eius de loco quē dixi. Et dixit ꝛ si fuerit luna libera a malis multiplicabūtur pluuie ꝛ frigus: ꝛ legati gaudebūt atq͛ inuenient bonū: ꝛ eo melius ac dignius si fuerit recepta: qꝛ tūc īuenient locū dignitatis a rege ac regib⁹: ꝛ pluet in tpe suo cū necesse fuerit. Si āt fuerit mali eē ac male dispositus significat impedimētū ac malū esse predictorum ꝛ eorum malam dispositionem cuiuslibet ꝺm suum subiectum. Si autem non fuerit iunctus masculinis ꝛ femininis simul significat q͛ accidet hoc vniuersaliter in pueris atq͛ puellis. ¶ Et dixit Albumasar detrimentū patietur quicqd̄ est ei⁹ ex hoc. Secundo erit narratio super ea que ad eū pertinent ꝛ super figura humana terrea aerea ꝛ aquatica ꝛ bestialia: aspectum quoq͛ malorum ꝛ fortunarum ad eum ꝛ indumētum eius ex eis. Et dixit horum omnium erit narratio quemadmodum patefeci tibi in capitulo saturni eq̄liter.

¶ Qui si fuerit i ariete vl̄ eius triplicitate ꝛ maxie in ariete significat abundantiā aquaꝝ siue multā pluuiā: ꝛ paucitatem annone in ptib⁹ occidētis ac detrimentū vini: ꝛ significat vētos validos futuros in illa reuolutiōe ꝛ rores ac tenues ꝛ molles



nubes: ⁊ mortē puerorꝝ vt dixi. Si aūt fuerit ei iun-
cta luna significat multitudinē pisciū. Si aūt fuerit
iūctus soli significat abundantiā vini: ⁊ saluationem
mulierꝝ: ⁊ eo fortius si fuerint mars ⁊ venus tunc cū
sole cū iungit ei mercuri⁹. Si aūt fuerit saturn⁹ in lo
co veneris significat multiplicationē aquarꝝ. Si vō
fuerit cū eo solus mars significat dolores oculorū: ⁊
multitudinē guerrā atqꝫ bellorꝝ.

¶ Et si fuerit in leone sigt
grauitatē estus in tpibus
suis ⁊ ventorꝝ estiualiū.
Et si fuerit vltra decimam
domum vsqꝫ septimā sigt
impedimētū in pte illa: ⁊
paucitatē annone: sed nō
exterminatā. Et si aspexe
rit eum aliqua ex fortunis
tollet malicia illa: ⁊ sigt paucitatē vini atqꝫ pinguedi
nis: abūdabūt tñ dactili in ptibus in qbus creuerūt
eruntqꝫ dolores oculorꝝ: ⁊ erit mors in lupis ⁊ aliis
quadrupedib⁹ de raptu viuētib⁹. Et dixit Albuma
sar deteriorabit esse nobiliū in curacē. Et aspect⁹ ma
lorꝝ auget malū: ⁊ aspectus fortunarꝝ pcit atqꝫ refre-
nat nutu dei.



¶ Si aūt fuerit in sagit-
tario sigt niues futuras
in reuolutiōe illa in suis
tpibus ⁊ ꝯsuetis: ⁊ aeris
diuersitatē ac ipsius incō
stātiā ⁊ paucitatē annōe
atqꝫ fructuū arborꝝ ⁊ ter-
rarꝝ ⁊ paucitatē aquarū:
erit tñ vinū atqꝫ butirꝝ ⁊ vnguentum atqꝫ pinguedo
eruntqꝫ guerre atqꝫ bella in partibus occidentis.



¶ Dixit Albumasar ⁊ si
fuerit Mercurius in tau
ro significat multitudinē
aquarꝝ: ac destructionem
messium ⁊ detrimentū vi
ni: ⁊ posset hoc accidē cau
sa diuersitatis aeris ac di
uersa ipsius alteratione: ⁊
paucitatē butiri atqꝫ vn-
guenti seu pinguedinis: ⁊ dolores oculorꝝ ex pte ori-
entis: ⁊ mortē nobiliū principū. s. atqꝫ magnatum seu
diuitum nisi ꝯ operent iupiter ⁊ venus: qm̄ si aspe-
xerint ascendēs reuolutionis tollēt oēm maliciam ⁊
oē impedimentū qd̄ significauerit mercurius. Si vō
mars aspexerit ascendens reuolutiōis significat gra-
uitatem belli: ⁊ significat etiam mortem vaccarum: ⁊
accidet hoc in ptibus me
ridiei magis.



¶ Et si fuerit in virgine
dixit Albumasar multi-
plicabūtur pluuie ⁊ mes-
ses: ⁊ abundabūt dolores
oculorum: ⁊ mors in par
tibus animorot.



¶ Et si fuerit in capricor-
no significat guerras ⁊ tri
bulatiōes vēturas in pti
bus curacen. ¶ Et dixit
Albumasar si autem fue
rit coniunctus veneri: ⁊
marti ⁊ erit in curacē bel
lum ex viris abagir.



¶ Et dixit Albumasar si
fuerit mercurius in gemi
nis significat guerras ex
parte latinorꝝ ex ciuibus
curacen ⁊ magnatibus: ⁊
multitudinem niuium: ⁊
detrimentum in messibus
atqꝫ vnguentis ⁊ butiro:
⁊ erit multitudo vini: ⁊ si
gnificat pestilentiā ac mortē in mulieribus ⁊ multi-
tudinem pustularꝝ ⁊ flegmonū: significat etiam rores
atqꝫ aeris humiditatē. ¶ Et dixit Albumasar si aspe
xerit sol ⁊ iupiter ascēs anni minuent pestilētie atqꝫ
mors: ⁊ erunt homines fortiores solito in partibus
oriētis atqꝫ ditiores ⁊ magis lucrabunt atqꝫ pficiēt.



¶ Et si fuerit in libra si-
gnificat paucitatem vini
atqꝫ annone: ⁊ significat
ventos validos atqꝫ gra
ues venturos in reuolu
tione illa. Et si aspexerit
vel iūctus ei fuerit satur
nus significat dolores ca
pitis ⁊ ventris vēturos
hominibus. Sed si aspexerit sol tunc saturnum re-
pellet maliciam ⁊ tollet eam nec impediet.



¶ Et si fuerit in aquario
significat locustarum mul
titudinem in partibus in
quibus ꝯsueuerunt esse:
⁊ paucitatem pluuiarꝝ: ⁊
significat pruritus atque
pustulas accidentes ho-
minibus ex corruptione
aeris ac ex ipsius diuersi
tate. Et si fuerit tūc corpalr iūctus cū venere sigt terre
motū vēturꝝ in reuolutiōe illa: ⁊ eo fortius si cum sole
fuerint iūcti: ⁊ iterū fortius si aspexerit eos mars vel
saturnus ex oppositiōe vel quarto aspectu: ⁊ erūt pe
stilentie: ⁊ multiplicabunt latrones ⁊ ex ꝯiunctione
saturni significat abundātiam pluuiarum.



¶ Si qdē fuerit in cancro sigt
interfectionē vēturā in ptibus
occidētalibus: ⁊ ēt in aiarot: ⁊
paucitatē annone ⁊ pinguedi
nis atqꝫ butiri ⁊ q̄ cadet ipedi
mentū in arbores atqꝫ in semi
na silr ⁊ in vinū: ⁊ erunt infir
mitates ⁊ maxie circa ptes col
li ⁊ gutturis ex cā reumatica:
vt sunt squinātes ⁊ similia. Et
si fuerit cōiunctus marti ⁊ ve-
neri simul significat interfectionē diuitum ⁊ magna
tū seu nobiliū in ptibus occidētis nisi ꝯ operet ven⁹
⁊ luna que si aspexerint tollēt maliciam ⁊ repellēt eā.



¶ Et si fuerit in scorpiōe
sigt multitudinē niuis in
suis tpib⁹ in regiōib⁹ con
suetis ⁊ pluuiarꝝ: ⁊ sigt gu
erras ⁊ bella in ptib⁹ occi-
dētis ⁊ septētriōis lz forte
remissius: quē si aspexerit
mars erūt septētrionales
fortiores occidētalibus: ⁊
erūt latrōes atqꝫ abscisores viarꝝ plures solito: ⁊ erūt
pestilentie in partibus septētrionis: ⁊ febres cum fri



gore forti: ⁊ erunt apostemata ⁊ dolores oculorum cum lippitudine atqꝫ rubore ⁊ obtalmie.

¶ Si autē fuerit in pisce significat vētos ⁊ pluuiā ⁊ accidēt hec vt plurimū in ptibꝰ septētriōis. ¶ Et dixit albūasar erit mors in ptibus aiarot: ⁊ multiplicabunt repēntia ⁊ pisces. Dia.n. hec euenient cū mercuriꝰ fuerit solus significator. Sed si aspexerint eū planete erūt significata ꝫm dispositionē planetaꝝ ⁊ aspectus eoꝝ ad eū. Nec mireris si posui tibi existētiā eius in signis: qm̄ reuolutiōes nō fiunt ꝫm introitū solis in arietem tātū: imo fiūt ꝫm introitū eius in qōlibet signū mobile qn̄.s. reuolutiōes fuerint ꝫ medietates vel ꝫm q̈rtas sicut plies accidit: ⁊ tūc posset eē qꝺ dixi lꝫ nō semp.



¶ Caplm. 101. qd significet mercurius in vnaquaqꝫ domo in reuolutiōe mūdi siue in natiuitate siue in natiuitatis reuolutiōe siue sit ipse dn̄s anni siue nō

Cum mercurius fuerit dominus anni fueritqꝫ in reuolutiōe seu in natiuitate in primo si fuerit reuolutio anni mūdi sigt exercitiū hominū quoꝝ interest in sapia silr ⁊ scriptura ⁊ disciplina ⁊ ꝙ erūt facundiores in disputatiōibus ⁊ in scientijs quadruuialibꝰ quā ꝯsueuerunt. Si aūt fuerit natiuitas vel reuolutio significat ꝙ natus erit sapiēs in litteratura facūdus in disputatiōibus ⁊ disciplinabilis in numeris mēsuris ꝯsonātijs et in corpoꝝ celestiū motibus et qd accidat ex illis. ¶ Et si fuerit in scđo significat lucrū atqꝫ profectū et augmētationē sbe et augmentū honoris et bone fame apud regē et ex rege et bonuꝫ statū atqꝫ bonū esse inter hoies tam nato q̈ꝫ alijs. ¶ Et si fuerit in tertio sigt bonū esse fratrū ex fratribꝰ et sororibus et amicoꝝ ex amicis nato si gt abundātiā fratrū et soroꝝ ꝫm naturalē possibilitatē: et multitudinem amicoꝝ et natoꝝ et domesticoꝝ atqꝫ diligentiū eum. ¶ Et si fuerit in quarto significat altricatiōes verborum inter hoies plures solito contentiōes quoqꝫ ac tristitias seu merores casuros inter hoies. Et si fuerit in qnto significat fortunā ex filijs: et ex parte filiorū et alacritatē et ex rumoribꝰ aduenietibus aliūde: et gaudebūt hoies ex tripudijs vel ludis ac rebꝰ delectabilibus: et ꝙ recedēt ab eis tristicie que iā fuerāt et supuenient eis exinde res de qbus gaudebūt et letabunt. ¶ Idē accidet nato tā in natiuitate q̈ꝫ in reuotione si fuerit mercurius tūc sic inuētus. ¶ Et si fuerit in sexto significat ꝯtentiōes que veniēt hoibus similiter ⁊ nato ex pte ignobiliū et deceptiōes ex parte seruoꝝ et ancillarū et silr famulorū atqꝫ famularū et animaliū minorū et deteriorationē et diminutionē rerū ac honoris. ¶ Et si fuerit in septimo significat lasciuiā ac delectationē ex pte mulierū et ex mulieribꝰ et ꝯtentiōes illa de cā. ¶ Et si fuerit in octauo significat cōtentiones q̄ cadūt inter hoies cā rerū iā preteritarū q̄ renouabunt inter illos. Et si fuerit natiuitas vel natiuitatis reuolutio significat ꝙ accidēt nato inimicitie ex vicinis et ex pte vicinorū q̈s vix aut nūq̈ꝫ poterit euitare: et dicēt mēdacia ꝯ eū et accidēt ei contentiōes illa de cā et ex cā sbarū que fuerint ei relicte a mortuis vel pp rem diu antiquataꝫ. ¶ Et si fuerit in nono significat laudē mutuā inter hoies et honestatē: et nato significat sapientiā disciplinā et si adheserit quadruuio bn̄ proficiet in eo et spāliter in astronomia et ēt in alijs scientijs: et ꝙ laudabit ide a suis notis et ēt ab alijs. Et si fuerit in decimo significat ꝙ natus acqret magr̄atus atqꝫ dignitates et honores magnos cā litterarū atqꝫ scripture ⁊ quadruuiū arismetrice musice ac astronomie. Idē significat in reuolutione mūdi illis qui fuerint in illis scientijs periti. ¶ At si fuerit in vndecimo significat mutuā amicitiam inter hoies venturā: et in natiuitate ac in reuolutione natiuitatis significat multitudinē amicoruꝫ et gaudiū ex nobilibꝰ et a nobilibꝰ. ¶ Siqdem fuerit in duodecimo significat in reuolutione anni mūdi insulsitatē hominū in reuolutione illa et eorū ignorantiaꝫ. Si aūt fuerit in natiuitate vel in natiuitatis reuolutiōe significat stulticiā nati atqꝫ diuersitatem sui animi atqꝫ inscientiā sensusqꝫ imbecillitateꝫ atqꝫ ebrietatem ac leuitatem et procacitateꝫ et ineptitudinem in eundo et redeundo et interrogando de rebus ineptis et que carent radice. Et si contigerit euꝫ aliquid scire vel intelligere vel discernere erit hoc in bestijs magis q̈ꝫ in alijs rebus.



¶ Capitulu. 102. de luna cum fuerit domina anni quid significet.



Cum auteꝫ fuerit luna dn̄a anni seu reuolutionis et ipsa boni esse fortunata.s. atqꝫ fortis libera ab impedimentis significat bonum esse vniuersitatis vulgi: et etiā bonum esse nautarum et matrum lectatorum quoqꝫ atqꝫ guliardorū seu glutonum et diurnalem quietudinem ipsorū: eorūqꝫ victus bonitatem. Si aūt fuerit impedita significat contrarium horum que dixi: et malum esse predictorum et omnium significatoruꝫ suorum. Et si fuerit in signis humanis erit impedimentū in hominibus iuxta sexū signi in quo fuerit. Et si fuerit in signis igneis cadet impedimentum super omne quod significauerit ex rebus igneis. Si autem fuerit in terreis cadet super oē qꝺ significauerit ex rebus terreis. Si vō fuerit in signis aereis cadet sup oē qꝺ sig̃uerit ex rebus aeris. Similr si fuerit in signis aquaticis cadet sup oē qꝺ significauerit ex rebus aquaticis. Et si fuerit in signo formato ad similitudinem alicuius alterius animalis cadet super animalibus formatis ad similitudinē illius signi. ¶ Et dixit albumasar in quali signo aspiciūtur erit narratio super omne hoc quemadmodum patefeci tibi in capitulo saturni. Et dixit scito hoc et intellige bene: qꝛ sunt omnia hec ex secretis scientie astrorum. Et dixit nihil erit in eis quod occultetur tibi nutu dei. ¶ Attendere aūt potes quod dam cuius radicem nō inueni nec etiam ab aliquo

sapiente fore dictum ꝙ qualiscūq; fuerit reuolutio anni vel qualiscūq; fuerit eius dñs si pluerit sensibiliter vndecimo die intrāte iunio ꝙ cadet malū atq; detrimentū ⁊ impedimentū in fruges ⁊ terrenascentia eorūq; sexte partis destructionem. Et si fuerit impeditus dñs hore ascendentis reuolutionis detrimētum patietur quinta pars eorū. Si vero fuerit tunc impedita luna quarte parti eorū eueniet. Si vero fuerit impeditus dñs ascendentis reuolutiōis tertia pars predictoꝝ destruetur. Cōsiderabis iterum vtrū in sexto die intranti octobri pluat vel non quoniā si pluat per modum pluuie pluuias futuras nocibiles iudicabit: ⁊ eo fortius ⁊ nocibilius si ꝯiunctio solis ⁊ lune vel eorum opppsitio affuerit eo die: ⁊ eo fortius si coniunctio fuerit in humida mansione.

¶ Capl'm. 103. quid significet luna in reuolutiōe anni mūdi in vnaquaq; domo seu natiuitate vel in natiuitatis reuolutione siue sit ipsa dña anni, siue non.



Cum luna fuerit in pmo in reuolutione anni mundi siue ipsa sit dña anni siue nō significat veloces mutationes hominū in reuolutione illa de loco ad locū: de vna re ad aliā: de vno proposito ad aliud: ⁊ significat effectū rerum de qbus itromiserint se homines: ⁊ significat pncipatus ac dignitates illis quibus ꝯuenerint: ⁊ ꝙ etiam acquirent homines bonū a suis maioribus: ⁊ qui habuerint matres acqrent bonū ab eis: ⁊ gaudebunt homines ex mulieribus. Et si fuerit natiuitas accidet bonū nato. Idē in eius reuolutione. ¶ Si aūt fuerit in scdo significat merorem ⁊ tristiciam que accident nato causa substantie: ⁊ ꝙ ipsi perdēt de suis bonis in reuolutione illa: diminuet similiter ⁊ nato. ¶ Et si fuerit in tertio significat ꝙ amicabunt homines sibi inuicem ⁊ maxime in terris q̄ sunt in diuisione signi in quo fuerit tunc luna: similiter accidet inter fratres: augmētabitur .n. eoꝝ amor. Et si fuerit inter eos inimicitia diminuet ⁊ perficiēt homines res quas incipiunt ⁊ quaꝝ perfectionem affectant ⁊ acquirent etiā bonum a diuitibus ⁊ magnatibus: ⁊ dignitates a regibus ⁊ nobilibus ⁊ diuitibus ac magnatibus q sunt apti regno ⁊ erunt peregrinationes conuenientes ac vtiles nisi contra operetur saturnus aut mars. ¶ Idem dicas de facto nati: ⁊ ꝙ affectabit esse cum nobilibus atq; diuitibus qui non sunt serui pecunie. ¶ At si fuerit in quarto fueritq; reuolutio diurna significat eius principium malum atq; impedimentum finis tamen erit laudabilis. Si autem fuerit nocturna nec principium nec finis laudabitur: ⁊ minuetur res hominum: ⁊ etiam persone patient detrimentum nisi contra operet iupiter. Et si fuerit natiuitas vel reuolutio eius idem accidet nato. Et si fuerit interrogatio tristabit interrogator illa de causa ⁊ letabit sicut dictum est de reuolutione diurna vel nocturna. ¶ Dixit albumasar nisi eēt questio de thesauro acquisito vel de re sepulta qr in hoc optimū est apparebit enim res illa ⁊ deteget. ¶ Et si fuerit in qnto significat adeptionem filiorum in reuolutione illa. Et si fuerit natiuitas significat multitudinem filiorum. Et si fuerit reuolutio natiuitatis significat adeptionē filij in ea si nā fuerit apta hoc posse facere: ⁊ significat hoc masculinitatē in re nocturna. Si aūt fuerit diurna significat femineitatē: hoc idē dicas i natiuitatibus ⁊ eaꝝ reuolutionibus ac interrogatiōibus nec apparebūt multe res horribiles. ¶ Et dixit Albumasar significat aduentū rumoꝝ de longinquis partibus de quibus gaudebūt homines ⁊ specialiter parentes quorum filij absentes fuerint. Et dixit si volueris scire q sint rumores illi aspice planetā a quo separatur luna: quoniā rumores erunt ſm naturam illius. Et si volueris scire vtrum rumores illi sint scripti in carta vel proferat eos legatus ore. Aspice lunā ⁊ mercuriū si iungat ei aut separetur ab eo: ⁊ si separata fuerit a dño septimi ⁊ iūcta fuerit mercurio erūt rumores scripti in carta. Si vero sepata fuerit a mercurio vel a dño eius refert legatus rumores suos. ¶ Et si fuerit in sexto dixit Albumasar significat rixā ⁊ contentionē ex parte patrū ⁊ lucrū ex quadrupedibus ⁊ sanitatē corporis. ¶ Et dixit si fuerit in septimo significat lucrū ex parte mulieꝝ ⁊ ꝯiugij ⁊ profectū cū eaꝝ. ¶ Et dixit si fuerit in octauo significat interitū ⁊ consumationē ⁊ depositionē regis vel mortem eius ⁊ conturbationē in operibus ⁊ contestabunt homines falsitatem vnus .s. cōtra alium: ⁊ rixabunt inuicem ⁊ nitetur vnus fugare aliū ⁊ eicere a loco suo: ⁊ erunt tribulatiōes ⁊ anxietates in hominibus ⁊ infirmitates animi seu mentis: sicuti sunt ille que accidunt furiosis nō veris qr a vulgo lunatici appellantur: significat enim incātatores atq; incantatrices fingentes se scire huiusmodi incantationes vt illa de cā extorqueant aliquid ab aliquibus ex quibus incantationibus quidā tunicati falso blasdhemant astrologos: eruntq; cogitationes male in cordibus hominū. Et si fuerit natiuitas studebit natus in his. Idē significabit in natiuitatis reuolutione. ¶ Et dixit albumasar si fuerit in nono significat participationē itinera ⁊ malas cogitationes ⁊ mutationem regis a regione in regionem ⁊ nutus mulierum ⁊ scientiā dispensatiōis regni ⁊ aliarum rerum. Et dixit si fuerit ipsa domus nona ex domib9 mercurij significat sapientiā astrorum. Et si fuerit ex domibus veneris significat sublimitatē scientiarum ac cantilenarum. Et si fuerit ex domibus martis significat magisterium instrumentorum ⁊ opus armorū. Et si fuerit ex domibus iouis significat diuinū cultum ⁊ scientiā in lege ⁊ principatum iudicū. Et si fuerit ex domib9 saturni signat sciam alchimie ⁊ exercitium in ea: studebunt enim homines in hoc in reuolutiōe illa. Similiter ⁊ natus in cuius natiuitate luna fuerit in nona vel in reuolutione. Et si fuerit fortunata non impedita in secunda vel in quarta sequētur inde lucrum si autem non. ¶ At si fuerit ibi malus sequetur inde damnum. Et si fuerit ille malus impeditus seqntur inde destructionem substantie ⁊ significat multa ⁊ diuersa magisteria. Et si fuerit domus solis significat scientiam ⁊ prouidentiam in omnibus quadrupedalibus. Et si fuerit domus sua significat vniuersalem scientiā omnium rerū que extrahunt de aquis vel que procedunt ab eis. Et dixit ⁊ scito ꝙ has proprietas habet luna inter planetas. ¶ Et dixit Albumasar ⁊ si fuerit in decimo significat effectum rerum in interrogationibus sed erit in hoc mandatum regis si fuerit in die. Si vō fuerit in nocte significat effectum rerum ex parte regis ac mulierum ⁊ erit hoc cito. Et dixit sed res in vtrisq; temporibus .s. in die ac in nocte non erit durabilis. Similiter si inceperit in

eo regnare rex deponet velociter: q̄ꝛ valens est locus
hic in significatione solis: luna vero nō est sufficiens
nisi modicū in hac significatiōe. ¶ Et si fuerit in vn
decimo significat ꝙ sequet vnus amicus ab alio: si
gnificat etiam adeptionē rerum quas homines spe
rabunt ⁊ in qbus hn̄t fiduciam: similiter ⁊ nato tam
in natiuitate q̄ȝ in reuolutiōe. ¶ In duodecimo vō
significat impedimentū ⁊ duriciā ⁊ instabilitatē reꝝ
⁊ rixam ac carceres ex parte inimicoꝝ. ¶ Et dixit al
bumasar si interrogatus fueris de aliqua re qn̄ erit ⁊
fuerit luna significatrix tua fueritq̄ȝ in duodecimo
erit hoc hora exitus lune de eodē loco: per hoc enim
perficiet res ⁊ erit ⁊ veniet absens ⁊ maxime si fuerit
hoc in fine mensis lunaris. Et si luna fuerit impedi
ta a saturno tunc iudica horribile ⁊ malum ⁊ nō du
bites in hoc si deus voluerit.

¶ Capitulū. 104. quid significet caput ⁊ cauda ⁊ stel
le comete in reuolutiōe anni tā mūdi q̄ȝ natiuitatū.

Dictum est
superi⁹ de
significationibus
7. planetaꝝ quid
vnusquisq̄ȝ ipso
rum significet in
vnoquoq̄ȝ signo
ac in vnaq̄ȝ do
mo in reuolutio
nibus annoꝝ taȝ
mundi q̄ȝ natiui
tatū ac in ipsis na
tiuitatib⁹. Restat
nunc dicere de ca
pite draconis qd
significet in ipsis



reuolutionibus ac de ipsius cauda ⁊ de stellis come
tis quid naturaliter significent ipse stelle comete siue
caudate ⁊ quot sint sicut suo speciali capitulo dicet.

¶ Dixit Albumasar sci
to ꝙ cū fuerit caput dra
conis in ariete significat
sublimitatē magnoꝝ ho
minum atq̄ȝ nobiliuȝ ⁊
delectionē villū seu igno
bilium. ¶ Et si fuerit ibi
cauda significat malam
dispositionē ac malū esse



regū ac nobiliū ⁊ iniurias eoꝝ a rusticis seu popula
ribus. ¶ Et fuerit ibi aliqua ex stellis cometis signi
ficat malū ac detrimentū diuitū ac magnatū atq̄ȝ no
biliū in ptibus orientis atq̄ȝ babilonie: ⁊ multitudi
nem tristicie cū rusticis. Et dixit ⁊ si fuerit apparitio
eius in ptibus orientis erit opus eius velociter. Si
vero apparuerit ex parte occidentis erit tardius ⁊c.

¶ Et si fuerit caput in
tauro significat interse
ctionem diuituȝ ac ma
gnatū in ptib⁹ septētrio
nalib⁹ ⁊ significat multi
tudinem diuersitatis in
ter diuites ac magnates
⁊ rusticos partium oc
cidentaliuȝ. Et si fuerit



ibi cauda significat paucitatem pietatis atq̄ȝ miseri
cordie in cordibus hominnm: ⁊ erunt peregrinatio
nes inutiles in partibus illis: ⁊ pauci lucri ⁊ multi
laboris. ¶ Et si apparuerit aliqua ex stellis cometis
in directo eius significat malū esse hominuȝ ⁊ pauci
tatem boni eoꝝ ⁊ iniurias rebellū contra eos q fue
rint in regionibus illis que si apparuerint in parti
bus orientis erit velocius opus eius. Et si apparue
rit in occidente erit tardius ⁊c.

¶ Et si fuerit caput in ge
minis significat infirmita
tes venturas diuitibus ⁊
magnatib⁹ ⁊ accidet hoc
ex causa ventoruȝ ⁊ terre
motuuȝ ⁊ prauarum fu
mositatū terre ⁊ casu bel
lorū inter mediocres ho
mines ⁊ diuites seu nobi



les atq̄ȝ magnates: ⁊ casuȝ vermiū in arbores. ¶ Si
autem fuerit ibi cauda significat ꝙ exaltabunt rusti
ci ⁊ calcitrabunt ⁊ salient cōtra regem ⁊ ꝙ deludent
eum ⁊ insurgent cōtra milites atq̄ȝ diuites eius siue
vicarios. ¶ At si apparuerit ibi aliqua ex stellis indi
recto eius significat apparitionem lasciuie atq̄ȝ forni
catiōis ⁊ incestus venerei cultus in hominibus ⁊ dei
cientur religiosi ⁊ deo seruientes ⁊ vilipendent. Et si
apparuerit in partibus orientis erit velocius opus
eius: ⁊ si apparuerit in ptibus occidētis erit tardius.

¶ Et si fuerit caput in cancro
significat bonitatem operum
regum erga rusticos ⁊ popu
lares ⁊ largitatem eoruȝ erga
eos ⁊ ꝙ colligent regis substā
tiaȝ ⁊ postq̄ȝ fuerit collecta in
locis suis dispergent eā. ¶ Et
si fuerit ibi cauda siḡt multitu
dinem pestitentie ⁊ mortalita
tis atq̄ȝ mortes subitaneas ⁊
fornicatiōes ⁊ abusus cultus



venerei ⁊ paucitatem iusticie: ⁊ fractionem ac perdi
tionem census: ⁊ destructionem domorū substantia
rum ⁊ mutationem diuitum ac magnatum de loco
in locum ⁊ eorum peregrinationē ⁊ malum esse ma
gnarum operationū suis manibus ⁊ scriptorum ⁊
aliorum significatorum Mercurij. ¶ Et si apparue
rit ibi aliqua stella ex cometis significat multitudinē
locustarum destruentium messes: ⁊ casum vermiuȝ
in frumentū ⁊ in arbores paucitatem frugum ⁊ mul
titudinem vermium in eis. Et si apparuerit in par
tibus orientis erit citius opus eius. Et si apparue
rit in partibus occidētis erit tardius opus eius ⁊ si
gnificat bonitatem regis in rusticis ⁊ pietatem eius
super eos.

¶ Et si fuerit caput i leo
ne significat multitudinē
fluminuȝ ⁊ apparitione
cignium in aere: iniurias
multas ⁊ malum atq̄ȝ in
fectionem. ¶ Et si fuerit
ibi cauda significat mul
titudinem obscuritatum
in aere ⁊ terremotus ⁊ au



gmentum aquarū ⁊ detrimentū arborum: ⁊ destru
ctionē messium. ¶ Et si apparuerit ibi aliqua ex stel
lis cometis significat infestinationē lupoꝝ: ⁊ impedi
mentum hominibus ex eis: ⁊ casum vermiū in fru
mentum: ⁊ destructionem domorum substantiarū.
¶ Et si fuerit eius apparitio in partibus oriētis erit
velocius opus eius. Et si fuerit in partibus occiden
tis erit tardius opus eius.

Conſiderabis itidẽ ſignificatorez ſbe nati qua
liſcũqȝ ipſe fuerit ⁊ cõmiſcebis virtutẽ ipſiꝰ cũ
virtute dñi triplicitatis domꝰ ſbe qui fuerit ſignifi
cator tpis in quo natꝰ ſit acqſiturꝰ ſbam: qui ſi ꝯue
nerint ambo ⁊ ipſi boni eẽ augmẽtabit tũc ⁊ in pte
illa vite nati ⁊ habũdãtior fiet. Si aũt fuerint ambo
mali eẽ diminuet in tpe illo plus q̃ȝ videret debere
minui ⁊ idigentior fiet natꝰ. Si ṽo vnꝰ fuerit fortu
natus ⁊ alter debilis minuet bonitas fortunati. Si
qdem dignior ſignificator ſbe fuerit fortunatꝰ ⁊ alter
infortunatus diminuet bonitas boni ⁊ ſignificabit
minor quãtitas ſbe. At ſi fuerit īfortunatꝰ ⁊ alter for
tunatꝰ diminuet mali ⁊ ſignificabit minor paucitas
ſbe. ¶ Et dixit aboali de ſignificatione tpis ſbe nati
ꝙ ſi dñi triplicitatis luminaris cuiꝰ eſt auc̃itas ſue
rint oẽs ſalui ab ipedimẽtis liberi:fuerintqȝ in angu
lis ſigt̃ ꝓſperitatẽ nati cũctis diebꝰ vite ſue. Et eo ma
gis ac fortiꝰ ſi fuerit ſignificator ſbe tpis illius in gra
du cuſpidis anguli ⁊ quanto magis elongatꝰ fuerit
ab angulo vſqȝ ad cõplementũ illiꝰ domꝰ tanto erit
eiꝰ proſperitas atqȝ fortuniũ aliqd minꝰ ſm eiꝰ elon
gationẽ ab angulo:gradatim qdã diminuendo. Si
aũt primꝰ dñs illius triplicitatis fuerit liber ⁊ ſcðs ⁊
tertiꝰ fuerint impediti ſigt̃ fortunã nati ac eiꝰ proſpe
ritatẽ in ꝑma tertia pte vite ſue:in ſcða ⁊ in tertia pte
vite ſue idigebit ꝓut dictũ eſt. Qð ſi ſcðs fuerit ſaluꝰ
⁊ primꝰ ⁊ tertius fuerint impediti ꝓſperabit natꝰ in
ſecũda pte vite ſue:in ꝑma ⁊ in tertia idigebit. Si ãt
tertiꝰ fuerit fortunatꝰ ꝓſperabit in vltima tertia pte
vite ſue:in ꝑma ⁊ ſcða idigebit. Qð ſi primꝰ dñs tri
plicitatis predicte fuerit ipeditus ⁊ alij duo ſalui ſigt̃
impedimẽtũ ac malũ eſſe nati eiuſqȝ detrimẽtum in
prima tertia pte vite ſue:in alijs aũt non. Si ṽo ſcðs
eiuſdem triplicitatis fuerit impeditꝰ ⁊ alij ſalui natꝰ
ille impediet in ſecunda tertia parte vite ſue:in alijs
vero non. Sigdem tertiꝰ tantum fuerit impeditꝰ ſi
gnificat impedimentuȝ illius in vltima tertia parte
vite ſue:in alijs autem vite ſue ꝓſperabit. Et ſi om
nes dicti ſignificatores fuerint ipediti ſignificat ma
lum atqȝ detrimentum nati eiuſqȝ indigentiaȝ toto
tpe vite ſue ⁊ ipſiꝰ vite diminutionem ſicut dictũ eſt
ſupra de dñis triplicitatis domꝰ ſbe. Veruntamen ſi
eum iſtis īfortunijs fuerint fortune in angulis fue
rintqȝ mali cadentes ⁊ luminaria bñ diſpoſita mi
nuet malitia īfortunaꝝ ⁊ qñ ſemp ꝓſperabit natus
nec diminuet ob illð ipſiꝰ vita. Illud idẽ poteris di
cere ſi dñs aſcẽdentis ⁊ luna fuerint in angulis libe
ri ab impedimẽtis maloruȝ vel applicuerint plane
tis in angulis:⁊ eo meliꝰ ac fortius ſi deceptio in
teruenerit.

¶ Quando dñs aſcendentis applicuerit luminari
bus vel ipſa illi.

Si aũt dñs aſcẽdentis applicuerit luminaribꝰ
vel ipſa illi fueritqȝ in ariete vel in leone ⁊ lu
na in tauro vel in cancro cuȝ ſe applicuerit domino
aſcendentis vel dñs aſcẽdentis fuerit in domo ⁊ in
exaltatione ſua cum applicuerit ſe luminaribꝰ: vel
fuerit aliquis eorum in duabꝰ de ſuis alijs minori
bus dignitatibꝰ cum vnus alteri vt dictum eſt ap
plicuerit ſignificat fortunam atqȝ proſperitatem na
ti cunctis temporibꝰ vite ſue niſi dñi triplicitatis do
mus ſubſtantie contra operent: nam ſi dñi triplicita
tis illius fuerint impediti detrahent aliqd huic di
ſpoſitioni:⁊ erit proſperitas atqȝ fortuna ipſius ali
quid infra hoc.

¶ Cũ ps fortune ⁊ eiꝰ dñs fuerint orientales.

Quod ſi ps fortune ⁊ eiꝰ dñs fuerit oriẽtales ⁊
ab ipedimẽtis maloꝝ liberi fuerintqȝ i angu
lis ⁊ aſpexerit aſcñs aſpexeritqȝ ipſos fortune ſigt̃ ꝓ
ſperitatẽ nati ac eiꝰ fortunaȝ durabilẽ ⁊ augmẽtũ bo
nitatis vite:ipſiuſqȝ firmitatẽ ⁊ ꝯſtantiã atqȝ robur.
Et ſi luna fuerit in domo vel in exaltatione ab īfor
tunis ſalua nõ impedita fuerit ſignificat exaltationẽ
nati eiuſqȝ nois magnitudinẽ. Si aũt dicti ſignifica
tores fuerint cadẽtes ac ipediti ſignificat vitam nati
laborioſam ⁊ pauce vtilitatis:⁊ eo magis ſi nõ aſpe
xerint aſcendens. Qð ſi boni ⁊ mali ſimul ptem for
tune ac eiꝰ dñm aſpexerint ipſiqȝ in angulis fortune
atqȝ ꝓſperitatis nati mediocritatem iudicabũt. Cũ
vero domini triplicitatis aſcendentis fuerint iuncti
planetis in angulis ipſiqȝ cadentes ab eis ſignifica
bũt fortunã atqȝ proſperitatẽ nati ſed poſt laborem
atqȝ fatigationẽ. Idem dicas de dño aſcẽdẽtis ſi fue
rit iunctꝰ planete in angulo ⁊ in domo vel in exalta
tione ſua:ipſeqȝ cadẽs ac in deſcẽſione ſua. Nec qdeȝ
vera ſunt niſi predicti ſignificatores ſubſtantie cõtra
operent vel aliqs eoꝝ:qm̃ qlibet interponet ptes ſuas
ſm ꝙ ipſe fuerit diſpoſitꝰ. Si qdẽ fuerit bene diſpo
ſitꝰ augmẽtabit ſignificata bonoꝝ in bono ⁊ minuet
ſignificata maloꝝ. Si aũt male diſpoſitus augebit ſi
gnificata maloꝝ i malo ⁊ minuet ſignificata bonoꝝ.
Nec obliuiſcaris conſiderare ꝑdictos ſignificatores
qualiter fuerit diſpoſiti omnes:qm̃ ſi fuerint omnes
bene diſpoſiti augebitur proſperitas nati ⁊ augmen
tabitur eius fortuna. Si quideȝ fuerint omnes ma
le diſpoſiti diminuetur proſperitas nati ⁊ eius for
tunium. At ſi magis principales ſignificatores fue
rint bene diſpoſiti:minus vero principales fuerint
male diſpoſiti diminuet eius proſperitas atqȝ for
tunium ⁊ minus proficiet. Si vero principaliores
fuerint male diſpoſiti minuſqȝ principales fuerint
bene diſpoſiti minuet eorum infortuniuȝ ⁊ minus
nocebit.

¶ Cum natiuitas fuerit diurna vel nocturna.

Videbis etiam vtrum natiuitas sit diurna vel nocturna nam si fuerit diurna prospicies dominos triplicitatis signi in quo fuerit sol vt supra dictū est. Si aūt fuerit nocturna tunc prospicies dn̄os triplicitatis signi in quo fuerit luna: qui si fuerint in angulis fortunati. s. atqꝫ fortes: aspexerintqꝫ ipsos fortune: ⁊ eo melius atqꝫ fortiꝰ si fortune receperint eos significat fortunam ipsiꝰ nati prosperam atqꝫ felicem. Qđ si fuerint in succedentibꝰ angulorum fortune mediocritatem iudicabūt. Si aūt mali fuerint in angulis ⁊ fortune fuerint in succedentibꝰ significat indigentiā nati ac ipsius laborem in prima ipsiꝰ vite medietate: in vltima vͦo fortunam ⁊ bonū esse. Si aūt fortune fuerint in angulis: mali aūt in succedentibꝰ predictoꝝ ꝯriū iudicabūt. Si vͦo fuerint in cadentibꝰ nati significabūt infortuniū eiusqꝫ maluꝫ esse vitamqꝫ laboriosam nisi dicti significatores ꝯtra operentur.

¶ Qn̄ aspicit domꝰ substantie.

Item aspice domū substātie qđ est signū secūdū ab ascēdēte: ⁊ signū scđm a domo i qua fuerit pars fortune: silr ⁊ signum scđm a domo in qua fuerit sol in natiuitatibꝰ diurnis vel a domo in qua fuerit luna in natiuitatibꝰ nocturnis. Et vide si aliqs maloꝝ fuerit in aliquo predictoꝝ locoꝝ: qm̄ si natus habeat alia significata bona istud hꝫ significare ipsoꝝ diminutionem eiusqꝫ boni esse. Si vͦo nō habuerit alia significata bona significat ipsiꝰ prosperitatis casum atqꝫ fortune detrimentuꝫ ac malū esse nisi malus ille habuerit ibi domū vel exaltationem vel duas alias dignitates minores. ¶ Et dixit aboali ꝙ si nō aspexerit sol ꝑtem fortune vel eiꝰ dn̄m: vel ipse solem in natiuitatibꝰ diurnis vel lunā in natiuitatibꝰ nocturnis significat detrimentuꝫ ⁊ nati fortune ac ipsiꝰ prosperitatis diminutionē. Illud ideꝫ poteris dicere de luna si a malis obsessa fuerit tā in diurnis qꝫ nocturnis. Idem silr significabit alcocoden si fuerit cadens ab angulis vel ab ascēdēte atqꝫ in malo loco ab ipso ⁊ in aspectu alicuiꝰ īfortune. Si qdē inueneris malos in angulis: fortunas vͦo in succedētibꝰ anguloꝝ significat laborē nati ac eiꝰ impedimētuꝫ in vite sue principio: in fine vͦo prosperitatē atqꝫ bonū. Hoc idē poteris iudicare si sol in natiuitatibꝰ diurnis: luna vͦo in nocturnis separet ab īfortunis ⁊ iūgat fortunis. Silr dicas de dn̄is triplicitatis luminaris cuiꝰ fuerit auctoritas si fuerint cadentes ab angulis vel ab ascendente: fuerintqꝫ iūgentes se planetis existētibꝰ in domibꝰ vel exaltationibꝰ suis vel in duabꝰ de suis dignitatibꝰ alijs.

¶ Cum planeta qui fuerit significator substātie fuerit orientalis.

Considerabis etiam vltra si planeta qui fuerit significator substantie sit orientalis atqꝫ super terram: quoniam tūc significabit fortunā ⁊ bonū nati ac ipsiꝰ prosperitatē in principio vite sue. Si vͦo fuerit occidentalis ⁊ subterra tūc significabit eaꝫ in fine vite sue. Qđ si fuerit oriētalis subterra vel occidentalis supra terram tunc significabit eam in medio vite sue.

¶ Caplm. 9. de significatis locoꝝ circuli.

Loca vͦo circuli significātia illa tempora sunt illa: nam ascendens ⁊ secūda significat principium vite nati vsqꝫ in finem adolescentie sue. Decima vero ⁊ vndecima significant iuuentuteꝫ vsqꝫ in in finem collecte etatis. Septima quidem ⁊ octaua significant a fine iuuentutis vsqꝫ ad medietatem senectutis. Quarta aūt ⁊ qnta significant a medio senectutis vsqꝫ in finem vite natiꝰ. ¶ Et dixit aboali pars fortune significat initium vite: dn̄s eius finem. Et quilibet ꝑdictorum significatorum significat esse nati in tempore suo ſm ꝙ ipse fuerit dispositus hora natiuitatis alicuius. Cumqꝫ sciueris accidentia ꝑ ea que percepisti de dispositionibus significatorum eius hora sue natiuitatis quando ⁊ in quo tempore debuerint esse ꝓspera ⁊ vtilia seu fortunia vel cōtraria seu laboriosa siue infortunia vel sinistra: ⁊ videris directionem radiorum planetaꝝ ad loca significantia fortunium vel infortunium ipsiꝰ: ⁊ videris distantiam que fuerit inter eos ex signis gradibus atqꝫ minutis: ⁊ videris in quibus temporibus vite sue debeant ei accidere bona vel mala per significatores illos: aspice tunc partem fortune: quam diriges ad corpora fortunaꝝ atqꝫ malorum vel eoruꝫ radios: ⁊ quando videris eam iunctam fortune ⁊ maxime ioui aut veneri iudica tunc bonum esse nati. Quando videris eam iunctam malis ⁊ maxime saturno vel marti contrarium poteris iudicare nisi cōtra operent predicti significatores: nam cum venerint fortune vel earum radij ad eam: ⁊ significatores fuerint iuncti fortunis vel earum radijs augmētabitur in duplo eius prosperitas: eiusqꝫ fortuna atqꝫ bonum. Si vero venerint ad eam mali vel eorum radij: ipsiqꝫ significatores fuerint iūcti malis vel eorum radijs augmentabitur in duplo eius infortunium ⁊ malum atqꝫ labor eiusqꝫ bona diminuent. Si autem pars fortune fuerit iuncta cum fortunis ⁊ significatores cum malis: vel ipsa cum malis ⁊ significatores cuꝫ fortunis vtriusqꝫ significatū minui non dubitabis.

¶ Ex qua cā natꝰ pecuniā sit acqsiturus.

Uiso in his que ꝑcesserunt vn̄ natꝰ acqrat substantiaꝫ: ⁊ ꝑ quem modū: videndū est vlteriꝰ ex qua cā eaꝫ acqrat. Et licet hoc videat velle assimulari eis que iam ꝑcesserunt non tn̄ est idem cum eis sed aliud.

¶ Cū fuerit ps fortune in dignitatibꝰ saturni.

Considerabis igit partem fortune in hora natiuitatis alicuiꝰ: quam si inueneris in domo vel in exaltatione saturni vel in duabꝰ de suis alijs dignitatibus minoribus: fueritqꝫ iunctꝰ illi saturnus vel aspexerit eam significat ꝙ acqret natus substantiam ex causa seruorum vel ancillarum ⁊ hominum etate mediocrium. s. a quinquagenarijs ⁊ longeuioribꝰ vsqꝫ ad medietatem senectutis ⁊ vilium ꝑsonarum: erit fortuna ipsius in eis ⁊ in eorum cōmixtione: ⁊ erit eius significatuꝫ fortiꝰ si fuerit pars fortune in exaltatiōe qꝫ si fuerit in domo vel in alijs dignitatibꝰ. Qđ si fuerit ps fortune in angulis extollet fortune ipsiꝰ nati ⁊ exaltabit valde.

¶ Cū fuerit ps fortune in dignitatibꝰ iouis.

Et si fuerit in dignitatibꝰ iouis ſm modū ꝑdictū acqret eam cā cōmixtionis atqꝫ vsus magnoꝝ viroꝝ ⁊ nobilium: eꝑorum etiam ⁊ similium atqꝫ aliorum sapientum: ⁊ erit eius fortuna in eis ⁊ cum eis.

¶ Cū ps fortune fuerit in dignitatibꝰ martis.

Et si fuerit in dignitatibꝰ martis ſm eundem modū acqret eam ex causa ducuꝫ exercituū ⁊ hoiuꝫ bellicosoꝝ atqꝫ guerrarioꝝ ⁊ qui delectant in bellis ⁊ belloꝝ exercitijs: eritqꝫ fortuna ipsius in eorum cōmixtione.

¶Cū pars fortune fuerit in dignitatibꝰ solis.

QUod si fuerit in dignitatibꝰ solis ẜm modum
p̄dictū acqret eā ex cā cōmixtionis ꝛ vsus re-
gum ac alioꝝ principū regibꝰ siliū:eritqꝫ fortuna
ipsius in eis ꝛ cū eis ꝛ silibus.

¶Cū ps fortune fuerit in dignitatibꝰ veneris.

SI aūt fuerit in dignitatibꝰ veneris ẜm eundē
modū acqret eā cā mulieꝝ eunuchoꝝ silr ꝛ
hoīum effeminatoꝝ:eritqꝫ fortuna ipsius in eis ꝛ cū
eis ꝛ similibus.

¶Cū ps fortune fuerit in dignitatibꝰ mercurij.

SI aūt fuerit in dignitatibꝰ mercurij ẜm eun-
dē modū acqret eā ex cā cōmixtionis sapien-
tū atqꝫ scribaꝝ ꝛ etiā negociatoꝝ:eritqꝫ fortuna ipsiꝰ
in eis ꝛ cū eis ꝛ silibus.

¶Cū ps fortune fuerit in dignitatibꝰ lune.

SI qdē fuerit in dignitatibꝰ lune ẜm modum
predictū acqret eaz ex cā cōmixtionis iurispe-
ritoꝝ atqꝫ hoīum legaliū:eritqꝫ fortuna ipsiꝰ in eis ꝛ
cum eis ꝛ similibus.

¶Qō predicta significabunt p p̄dictos significatores
qualitercūqꝫ ipsi sint dispositi.

ET scito ꝙ q̄lecūqꝫ fuerit eē predictoꝝ significa-
toꝝ ꝛ vbicūqꝫ fuerit ps fortune in eoꝝ digni-
tatibꝰ ea que dicta sunt significabunt nālr ꝛ ẜm eoꝝ
dispōnē ꝛ ẜm eoꝝ loca in circulo. Nam si fuerint in
angulis ꝛ boni esse ac alias bn̄ dispositi silr ꝛ ps for-
tune significabit fortune ipsiꝰ nati augmētū atqꝫ pro
speritas. Si aūt sint in succedētibꝰ mediocritatē for-
tune ipsiꝰ nati significabūt. Si qdē fuerint in caden
tibꝰ vel alias male dispositi significabit ipsius nati
fortune laboriositas grauamen impedimentū atqꝫ
diminutio.

¶Caplm. 10. de eodē ẜm aboali.

ITez aliud q̄si quodāmō sile supradictis lꝫ nō
simplr ad sciēdū statū vite alicuiꝰ nati i tpibꝰ
per dn̄os triplicitatis ascendētis significatis. Nam
primus dn̄s triplicitatis illius significat initiū vite
nati. s. primā tertiā partem eius. Secūdus vero sigt
medietatē. s. secūdaz tertiā partē illiꝰ. Tertius vero si-
gnificat finē. s. vltimā tertiā ptez ipsiꝰ. Qō si aliqs eo
rū fuerit i domo vel in exaltatione sua vel in duabꝰ
de suis alijs dignitatibꝰ i angulis iūctꝰ fortunis liber
ab ipedimētis sigt bonū esse nati ac prosperū i tēpo
ribus sui significati. Si aūt fuerit i succedentibꝰ erit
aliquid eiꝰ esse ifra hoc. Qō si fuerit in cadentibꝰ sigt
eiꝰ esse multū infra hoc. Ad si aliqs eorū fuerit cadēs
ab angulis:vel in suo casu:vel i descensione sua vel
in malo loco ab ascendente:vel fuerit retrogradꝰ seu
peregrinus siue cōbustus vel iunctꝰ malis significat
malū esse nati ac eius impedimentū i tēporibꝰ eius
significati:sed i cadentibꝰ augmētabit magis. Iterū
magis ac fortius augmentabit impedimētū illius si
dn̄s ascendētis fuerit impeditus cū pmo dn̄o dicte
triplicitatis:vel dn̄s decime cum secundo dn̄o eius.
vel dominus septime cū tertio domino eius. ¶Si
autē primꝰ dn̄s triplicitatis dicte fuerit ipeditus ꝛ
dn̄s ascendentis fuerit saluꝰ vel ecōuerso minuet in
fortuniū impediti atqꝫ fortuniū salui. ¶Si vero se
cundus dn̄s fuerit ipeditus ꝛ dn̄s decime saluus ꝛ
ecōuerso minuet ifortuniū impediti atqꝫ fortuniuz
salui. ¶At si tertiꝰ dn̄s fuerit ipeditus ꝛ dn̄s septime
saluus vel ecōtrario minuet ifortunium impediti ꝛ
fortunium salui. At si oēs fuerint salui augmētabit
eoꝝ fortuniū ꝛ psperabit fortuna ipsius nati. Si vō
fuerint impediti augmentabit eius infortunium ac
malū esse. ¶Aspcies etiam lunam q̄m hꝫ significatū
magnū sup esse fortune cuiuslibet nati: naz si fuerit
boni esse ac bene disposita iūcta fortunis sigt vlr sup
prosperitate atqꝫ fortuna cuiuslibet nati addēdo bo
nitati bonoꝝ ꝛ detrahendo malitie maloꝝ. Si vō
fuerit iūcta malis significat aduersitatem nati eiusqꝫ
malū esse addendo malitie maloꝝ ꝛ detrahēdo bo-
nitati bonoꝝ. Qō si fuerit vacua cursu ꝛ in locis ma
lignis in circulo significat impedimentū nati eiusqꝫ
fortune aduersitatem atqꝫ detrimentuz. ¶Aspicies
etiaz dn̄m signi in quo luna fuerit:quē si videris bn̄
dispositum ac in bono loco a sole in trino. s. vel sexti
li aspectu ipsius fueritqꝫ alias fortunatꝰ ꝛ fortis be-
neqꝫ dispositꝰ iunctꝰ cū fortunis vel ipse cū eo signi-
ficat bonū nati ac ipsiꝰ prosperitatē. At si ꝯriū videris
ꝯtrariū poteris iudicare.

¶Caplm. 11. aliud q̄si qōdam extraordinarium de
habitudine natiuitatis.

HAbitudinē qdem natiuitatis nati pcipies per
dn̄m ascendentis natiuitatis illius ꝛ per eiꝰ
locuz in domibꝰ ẜm ꝙ eū inueneris in aliqua ipsa-
rum. Nam si fuerit in prima significat ꝙ ille natus
erit potens inter propinquos atqꝫ domesticos ꝛ no
tos suos ac inter ipsos natus. Si vō fuerit in secun
da fueritqꝫ boni esse ac bene dispositus iunctus for
tunis fueritqꝫ receptꝰ significat eum fortunatum in
acquisitione substantie. Quod si fuerit in predicti eē
contrario contrarium iudicabis:ipsumqꝫ substan-
tie destructorem futurum. Si autem fuerit in tertia
significat eū fortunatū inter fratres suos:imo, fortu
naciorez extituꝝ:ꝛ ꝙ libenter ipse breuibꝰ itineribꝰ
peregrinabitur:ꝛ aliquādo mediocribꝰ. At si fuerit
in quarta significat eum non esse malitiosuz ꝛ ꝙ di-
liget a patre atqꝫ bonum ab ipso consequet ꝛ a suis
maioribus ascendentibꝰ. Quod si fuerit in quinta si
gnificat ꝙ letabit in filijs ꝛ causa ipsorum ꝛ diliget
ab hominibꝰ bono modo. Si itidem fuerit in sexta
significat ꝙ erit homo laboriosus inuoluens se in
cogitationibus eritqꝫ plurium infirmitatum. In se
ptima significat ꝙ erit homo rixaꝝ ꝯtentionuz ira-
scibilis causator pmittens se huc ꝛ illuc a mulieribꝰ
trahi parens eaꝝ voluntati. At si fuerit in octaua si-
gnificat ꝙ erit pusillanimus deceptor: dolosus tri-
stis:de alijs non curans de incōmodis aliorū gau-
dens:de ipsorum prosperitatibus dolens. Si qdem
fuerit in nona significat ꝙ erit homo scientiaꝝ ipsa-
rumqꝫ amator:erit etiam multaꝝ peregrinationū ꝛ
maxime longoꝝ itineꝝ amans peregrinari. Si aūt
fuerit in decima erit homo libenter habens vsuz cū
regibꝰ ꝛ magnatibꝰ ꝛ his qui apti sunt regno ꝛ vi-
tam suam ducere volens cū eis. Si vō fuerit in vn-
decima significat ꝙ erit homo morigeratus: boni
visus:dilectꝰ ab hominibꝰ inter quos plures sibi cō
numerabit amicos paucos habēs filios. Ultimo si
fuerit in duodecima significat ꝙ eiꝰ vita erit grauis:
laboriosa:impedita:multosqꝫ poterit connumerare
inimicos:amicos vero nullos ꝛ si aliquos paucissi-
mos tamen.

¶Capitulum. 12. de acquisitione substantie iterum
ẜm aboali.

ALius modus acqsitionis substātie nati iuxta
sententiam aboali quasi ad similem finez ten
dens:dixit enim ꝙ aspicienda est secūda domus ab
ascendente ac videndum qui planete sint in ea. Naz
si fuerint in ea fortune:fuerintqꝫ mali absentes simi
liter ꝛ eorum aspectus:fueritqꝫ dominus eius liber

⁊ in bono loco ab aſcēdente ſilr ⁊ a ſole ſiḡt fortunaꝫ ipſiꝰ nati cū ſba ⁊ in ſba. Si aūt fuerit eꝯrio ſiḡt iſfortuniū nati cū ſba ⁊ in ſba. Poſt hoc videbis vtrum dn̄s aſcn̄tis iungat̄ cū dn̄o ſcd̄e ab aſcn̄te: qm̄ ſiḡt natum acqſitoꝝ multitudinē ſb̄e leuiter q̄ſi abſqꝫ ſua fatigatione. Aſpicies ēt leuioreꝫ ex eis illū. ſ. q̄ fuerit in angulo: qꝛ ipſe ſignificabit illaꝫ quātitatem pecunie ſeu ſb̄e venturā ex rebꝰ iam notis vt teſtat̄ aboali nō cauſalr̄ eueniētibꝰ. Qd̄ ſi fuerit in ſuccedēti erit acqſitio ipſiꝰ infra predicta erit tn̄ ex bono ⁊ equo atqꝫ licito. Si aūt fuerit in cadēti vel in alio malo vel prauo loco ab aſcn̄te erit acqſitio ſb̄e vndecūqꝫ poterit ꝑ fas ⁊ nefas eam acqrere: ⁊ erit tenax ipſiꝰ atqꝫ auarꝰ. ¶ Qd̄ ſi nō fuerit inter eos ꝯiunctio ſeu applicatio aſpice tūc dn̄m domꝰ ſb̄e: q̄ ſi fuerit in angulis liber impedimētis ⁊ luna ſilr ſiḡt natū mediocriter ſbam acqſituruꝫ. Si vō fuerit in ſuccedētibꝰ ſiḡt ꝙ erit ei pauca pecunie acqſitio. At ſi fuerit in cadētibꝰ ſiḡt eiꝰ laborē ⁊ anguſtiā atqꝫ grauitatem in acqrēdo vn̄ viuat: ⁊ vix poterit illud ꝯſeq: ⁊ eo deteriꝰ atqꝫ grauiꝰ ſi dn̄s domꝰ ſb̄e fuerit ipeditꝰ a malis vel eoꝝ fuerit iunctꝰ aſpectibꝰ vel radijs. Aſpicias iteꝝ dn̄m aſcn̄tis ſilr ⁊ iouē ꝙ ſi vnꝰ eoꝝ fuerit iūctꝰ alteri ꝑ corpus ſiue ꝑ aſpectū ipſiqꝫ fortunati ⁊ fortes ac boni eē bn̄qꝫ diſpoſiti ſiḡt ꝓſperitatē vite nati eiuſqꝫ ſb̄e multam acqſitionē: ⁊ eo magis atqꝫ fortiꝰ ſi applicās ſe alteri fuerit receptꝰ. Si aūt nō fuerit eoꝝ eſſe tale ſicut dixi erit eoꝝ ſignificatū īfra hoc qd̄ dictū eſt ſm̄ quātitatē diminutionis fortitudinis atqꝫ bonitatis eoꝝ. ¶ Illud idē poteris dicere de p̄te fortune ac eiꝰ dn̄o ſi fuerint in bonis locis ab aſcn̄te liberi a malis ac ab eoꝝ radijs. Silr ⁊ de luna ſi fuerit in bono loco ab aſcn̄te aſpiciens illud: ⁊ maxie ſi fuerit recepta: ⁊ eo fortius ac meliꝰ ſi receptio fuerit a fortuna. ¶ Luna eniꝫ hꝫ iſtā ꝓrogatiuā: qm̄ ſi fuerit in angulis vel in eoꝝ ſuccedētibꝰ aucta lumine atqꝫ numero ⁊ cōmiſerit virtutē ſeu diſpōnē ſuā planeti recipiēti eā ſiḡt bonitatē fortune nati ac ipſiꝰ bonoꝝ multitudinē atqꝫ abundātiā affluent̄ ei venientiū. ¶ Aſpice quoqꝫ ſignuꝫ vndecimū a ſigno in quo fuerit p̄s fortune: in quo ſi fuerit aliq̄ fortuna ſiḡt honeſtatē acqſitionis ſb̄e nati eiuſqꝫ bonū modū acqrendi. Qd̄ ſi fuerit in eo aliq̄ ex iſfortunis ſiḡt ꝯriū ihoneſtū. ſ. modū acqrēdi: nec verecūdabit̄ natꝰ quocūqꝫ mō poſſet eaꝫ acqrere dū mō poſſit eā ſibi vſurpare ⁊ vt plurimū ex iniuſticia ⁊ ex rebꝰ illicitis: ⁊ eo fortiꝰ ſi illud ſignū in quo fuerit illa infortuna fuerit eiꝰ domꝰ vel exaltatio vel habuerit ibi duas de alijs ſuis dignitatibꝰ. Videbis ēt vtrū dictꝰ dn̄s ſb̄e vel dn̄s ſigni in quo fuerit p̄s fortune vel dn̄s ſigni. II. a ſigno in quo erit p̄s fortune intret cōbuſtionē: qm̄ iſtud hꝫ ſiḡare diminutioneꝫ fortune atqꝫ ꝓſperitatis nati eiuſqꝫ ſb̄e ſilr ⁊ eiꝰ boni eē. Aſpicies ſilr vtꝝ p̄s fortune ſit iūcta cū aliq̄ ex infortunis vel fuerit in eaꝝ oppōne vel q̄rto aſpectu: fuerintqꝫ mali cadētes ab ea: qm̄ hoc hꝫ ſiḡare fortunā atqꝫ ꝓſperitatē nati bonā: eiuſqꝫ ſb̄e icremētū. Qd̄ ſi fuerit ecōtra recte poteris ꝯriū iudicare. Cōſiderabis etiā vtꝝ dn̄s aſcn̄tis ⁊ dn̄s domꝰ ſb̄e iūgant̄ vel applicēt ſe ſil' qm̄ hoc ſiḡt bonū eē nati. Si aūt nō iuxerint ſe ſimul ꝑ corpus vel ꝑ aſpectū fueritqꝫ fortune cadētes ab aſcn̄te atqꝫ a domo ſb̄e atqꝫ ab eoꝝ dn̄is ſiḡt detrimētū nati ac ipſiꝰ malū eē ipſiuſqꝫ laborioſam atqꝫ dolentem vitaꝫ ⁊ indigētiam cunctis temporibus vite ſue: ob hoc ꝙ dominus aſcendentis ⁊ dominus ſecunde domus non iungunt̄ nec applicantur ſimul qui habent ſignificare naturaliter queſtum nati ac eius lucrum. ¶ Hec que dicta ſunt accident ita vt dixi niſi predicti nati ſubſtantie ſignificatores contra operent̄ qui ſunt domini triplicitatis domus ſubſtantie: domini triplicitatis luminaris cuius fuerit auctoritas pars fortune ac eius dominus: iupiter ſimiliter ⁊ eius pars. Quod ſi tu iueneris iſtos ſignificatores vel maiorem partem eorum in bonis locis ab aſcendente ⁊ maxime autentiores eorum ⁊ qui plures dignitates habuerint in locis in quibus fuerint operabunt̄ contra malitiam predictorum. ſ. planetaꝝ qui fuerint in ſigno. II. a ſigno partis fortune: domini p̄tis fortune ⁊ planetaꝝ quibus iungunt̄ vel ad quorum coniunctioneꝫ iuerint vel in quorū oppoſitione vel in quarto aſpectu fuerint. Si autem inueneris eos impeditos in locis in quibus fuerint operabunt̄ contra eorum bonitatē detrahendo illis.

¶ Capl'm. 13. de eodem.

Videbis adhuc dn̄m domꝰ ſb̄e vel planetaꝫ q̄ fuerit almuteꝫ ſuꝑ ſbaꝫ nati ⁊ vbi ſit ꝯſidera. Nā ſi fuerit in p̄ma hꝫ ſignificare ꝙ natꝰ acqret ſbaꝫ ſine labore ⁊ fatigatione atqꝫ ſollicitudine: ⁊ eo fortiꝰ atqꝫ vberiꝰ ſi fuerit receptꝰ a fortuna exiſtēti in angulo vel ſuccedēti. ¶ Et dixit aboali ſi fuerit i ſcd̄a erit ex re nati. ¶ Et ſi erit in tertia ſiḡt malitiam fratrū. ¶ Et ſi fuerit in q̄rta ſiḡt bonū eē patrū ⁊ ppl'ationē domꝰ in qua fuerit. Et ſi fuerit in q̄nta dixit ꝙ habebit filios cognitos in palacijs reguꝫ. Et ſi fuerit in ſexta ſiḡt fugā ſeruoꝝ ⁊ amiſſionē aīalium ſuple minoꝝ. Et ſi fuerit in ſeptima ſiḡt ꝯuerſionē reꝝ ex iniuſto ⁊ diſperſionē earūdē cā mulieꝝ ⁊ ꝯtētionū. Et ſi fuerit in octaua ſiḡt acqſitionē reꝝ ex reliquijs mortuoꝝ: nec curabit q̄uo lucret̄ vel q̄uo expēdet eas. Et ſi fuerit in nona ſiḡt acqſitionē cā ꝑegrinationū ⁊ religionū ex ſectis. Et dixit ꝙ nō curabit niſi de rebus abſcōditis: eritqꝫ negociatio eiꝰ ex ꝑegrinationibꝰ. Et ſi fuerit in decima ꝯſequet̄ ſbam a regibus ⁊ ex cauſis eoꝝ. Et ſi fuerit in vndecima iueniet ſbam ab amicis ⁊ negociationibꝰ ⁊ accōmodatiōibꝰ ⁊ a mercibus. Et ſi fuerit in duodecima ſignificat ꝙ lucrabitur pecuniam ex carceribꝰ ⁊ inimicis ſupple occultis ⁊ ex omni vili opere atqꝫ verecūdabili. Et dixit ꝙ erit fur ⁊ raptor.

¶ De tertia domo.

¶ Capl'm primū de re fratrum vtriuſqꝫ ſexus ac de ipſoꝝ multitudine ⁊ paucitate.



Dicto in capitulo precedenti de ſba nati ac de ipſius ꝓſperitate ⁊ ꝑ quē moduꝫ ⁊ vnde ip̄e acqrat: videnduꝫ eſt in iſto p̄ſenti capl'o de re fratrū ⁊ ipſoꝝ eē: ac de ipſorum multitudīe ſeu paucitate ſꝫ ꝙ eā ſcire poſſumus ⁊ a quo ēt rē ipſoꝝ acqrere debeamꝰ. Aſpiciendū eſt igit̄ ſignū tertium ab aſcendente natiuitatis illiꝰ cuiꝰ natiuitatē inueſtigare intendis ⁊ p̄tem fratrum ac eius dn̄m: aſpicies etiam

marteȝ qm̄ ⁊ ipſi participatio eſt in ſignificatione rei
fratrum. Siſr ⁊ dn̄os triplicitatis ſigni in quo ipſe
fuerit: ⁊ planetā almuteȝ ſuꝑ locis predictis ſiue vnꝰ
ſiue pl'es ipſi fuerint planetas etiā qui fuerint in eis
vel q aſpexerint ea ex oppōne vel a q̈rto aſpectu vel
etiam ab alijs. qm̄ ſi fuerint in locis illis fortune vel
aſpexerint ea aſpectu laudabili trino. ſ. aut ſextili: ſi-
ne habeant dignitatē in eis ſiue nō: vel a q̈rto ⁊ ha-
beant in eis domū vel exaltationē vel terminum ſeu
triplicitatem: ſed terminꝰ ⁊ triplicitas ſunt infra do
mū ⁊ īfra exaltationem ſigt̄ bonū eſſe fratruȝ nati ac
ipſoꝝ ꝓſperitateȝ. Si aūt aſpexerint a trino vel ſexti
li aſpectu ⁊ habuerint in eis dignitatē ſignificat iteꝝ
melius eſſe fratrū ac ipſoꝝ ꝓſperitatis augmētū. Si
aūt fuerint in eis mali vel aſpexerint a q̈rto aſpectu
vel ab oppōne predictoꝝ ꝯtrium iudicabūt: ⁊ eo ma
gis ac fortiꝰ ſi nō habuerint in eis dignitatem. ¶ Cō
ſiderabis etiā ſignū tertium ab aſcēdente natiuitatis
ſi fuerit ex ſignificationibus plures filios eiuſq; dn̄s
in aliquo ex ipſis que ſunt cancer ſcorpio ⁊ piſces:
fueritq; inter dn̄m aſcēdentis ⁊ almuteȝ predictum
aliqs ex. 14. modis ſignificantibꝰ effectum atq; detri
mentū reꝝ quos enarraui tibi ſupra in tractatu cōſi
derationum que cadunt ſuꝑ iudicijs ⁊c̄. qui dicunt
16. ſignificat natum plures fratres atq; ſorores habi
bituruȝ. Idem poteris dicere ſi mars fuerit in ſigno
multorum filiorum ⁊ planeta in cuius domo ipm
inueneris orientalis: nec fuerit luna in ſigno pauco-
rum filiorum: quoniam tunc diminuet numerum
fratrum.

¶ Capitulum ſecundum de maſculinitate fratrum
ac femineitate.

ASpicies adhuc ſi loca predicta fuerint ſigna
maſculina ⁊ ſignificatores in ſignis maſculi-
nis: quoniam ſignificabūt hec maiorem ꝑtem fratrū
maſculini ſexus futuram. Si aūt fuerint predicta lo
ca ⁊ predicti ſignificatores vel maior ps eoꝝ in ſignis
femininis ſignificabūt maiorem ꝑtem fratrum nati
ſexus feminini futuram. At ſi fuerint in ſignis pau-
cos filios ſignificantibus que ſunt gemini leo virgo
capricornus ⁊ aquarius paucitatem fratrū ipſi nato
fore ſignificabūt: cetera v̊o ſigna mediocritatē oſten-
dunt. Qđ ſi fuerit domꝰ fratrū ſignum cōmune fue-
ritq; dominꝰ eiꝰ in ſigno cōmuni ⁊ maſculino ſigni-
ficat natum habere fratres ex eodem patre tantum.
Si aūt fuerit vtrūq; ſignuȝ maſculinū ſignificat eos
eſſe maſculos: ſi vtrūq; fuerit femininū ſignū ſignifi-
cat eos eſſe feminas. Si vero fuerit vnuȝ maſculinū
⁊ alterum femininū ſignificat mares ⁊ feminas eos
eſſe. Si aūt domꝰ fratrum fuerit ſignum femininuȝ
⁊ dn̄s eiꝰ in ſigno feminino ſignificat natum habere
fratres de eadem matre tantū. Quod ſi cum hoc ve
nus ⁊ luna fuerint in ſignis femininis ſignificat fe-
minas tantum. Si vero luna fuerit in ſigno maſcu
lino ⁊ venꝰ in feminino vel ecōtra mares ⁊ feminas
natū habere iudicabit. Et eo magis ſi aſcendens fue
rit ex ſignis plures filios ſignificantibꝰ ⁊ luna in ali
quo ex eis. ¶ Iterū dico ꝙ ſi fuerit aſcendens ⁊ do-
mus fratrum ſignum maſculinum vel alter eorum
⁊ eorum domini vel alter eorum vel dn̄s quarte in
eis ⁊ venus ⁊ luna in ſignis femininis vel econtra ſi
gnificat ꝙ illi fratres erunt ex eodeȝ p̄re cū nato ⁊ ex
eadem matre. Aſpicies etiā dn̄m aſcendentis ⁊ dn̄m
domꝰ fratruȝ ſi ꝯcordauerint inuicem vel fuerint de
planetis ſe inuicem diligentibꝰ: nam ſi ſic fuerit vel
de trino vel ſextili aſpectu aſpexerint ſe ſignificat ꝙ
erit ꝯcordia ⁊ dilectio atq; bona voluntas inter na-
tum ⁊ eiꝰ fratres. Si autem inueneris contrarium:
contrarium poteris iudicare ipſoſq; deceptores fu
turos ⁊ inimicos graues dicere. Si quidem aſpere
rint ſe a quarto ſignificat ꝙ erit iter eos amicitia ali-
qualis non tamen perfecta etiam ſi receptio interue
niat. Item aſpice dominum domꝰ fratrum ſi fuerit
combuſtus vel intrauerit in combuſtionem in nati
uitatibꝰ nocturnis: quoniam ſignificat paucitatem
fratrum ipſorumq; detrimentum ac deſtructioneȝ:
⁊ eo fortius ſi luna ſeparat a ſaturno exiſtente in an
gulo vel a marte in natiuitatibus diurnis ipſo ſimi
liter in angulo cōmorante. ¶ Et dixit aboali quan-
do mars intrat combuſtionem ſignificat paucitateȝ
fratrum. Et dixit ꝙ ſi fuerit in ſigno tertio ab aſcen-
dente planeta malus peregrinus paucitatem fratrū
⁊ mortem priorum fratrum ſignificabit. ¶ Et dixit
aomar aſpice vtrum ſit natꝰ maioris dignitatis aut
fratres ex fortitudine almuteȝ ſuper aſcendens aut
almuteȝ ſuper domum fratrum quia fortior eorum
preerit. ¶ Et dixit aboali ſi fuerit mars ⁊ domini
triplicitatis eiꝰ in bono loco in circulo ⁊ a ſole ſigni-
ficat bonum eſſe fratrum: aptationem quoq; ac pro
ſperitatem ⁊ multitudinem ipſorum. Et ſi fuerit in
deſcenſione ſua vel intrans in combuſtionem ⁊ do-
mini triplicitatis eius in locis malis ſignificat pau-
citatem fratrum eorumq; debilitatem ac malū eſſe.
Idem dicas ſi domini triplicitatis aſcendentis fue-
rint cadentes ⁊ ſi fuerint in ſignis paucorum filioruȝ
paucitatē fratrū ſignificabūt ⁊ in mediocriter ſignifi
cantibꝰ eoꝝ mediocritateȝ iudicabūt. ¶ Deide aſpi
ce ꝑtem fratrum ⁊ dn̄m eius ⁊ vide ſi concordauerit
cum domino domus ſubſtantie nati quoniam au-
gmentabit virtutem illius. Si vero contrarium fue
rit minuet virtꝰ domini domus fratruȝ: tamen pre-
ualebit dominio ꝑtis fratrum: etiam ſi eoꝝ virtutes
viderent eſſe vniꝰ qualitatis ſm̄ ꝙ faciunt domini
triplicitatū. ¶ Et dixit aomar aſpice dn̄os triplicita
tis martis primum. ſ. ⁊ ſecūdum atq; tertiuȝ ⁊ vide
quis eorū ſit fortior atq; melioris eſſe: quoniam ille
habet ſignificare rem fratrū: naȝ primꝰ ſignificat fra-
tres maiores: ſecūdus medios: tertiꝰ minores. Aſpi-
cies etiam dominum partis fortune: nam ſi fuerit
cum parte fortune ſignificabit ꝙ fratres maiores ſe
odient.

¶ Caplm̄ tertiū qui ꝑus moriat inter fratres vel qs
ſit longeuioris vite.

ET dixit ad ſciendū qs eoꝝ durabit ⁊ queȝ eoꝝ
ꝯſumet mors ⁊ cetera que accidūt eis. Aſpice
qs fuerit inter mediū celi ⁊ aſcēdens qr ſi ibidem fue
rit planeta fortuna ſignificat ꝙ nati ſunt patri eius
ante eum filij ⁊ adhuc durant. Et ſi fuerit ibi malus
ſignificat ꝙ iam mortui ſunt. Si v̊o fuerint in ſignis
cōmunibꝰ fortune atq; mali fratres qui remanſerūt
vel qui mortui ſunt fuerūt duo. Item dixit aſpice il
lis qui naſcunt poſtea quod eſt inter aſcēdens ⁊ an
gulum terre: ſi fuerint in eo planete naſcent poſt euȝ
fratres ⁊ ſorores ſm̄ quantitatem ſtellaꝝ quas inue
neris. Quod ſi aliquos illorum planetaꝝ inueneris
in ſignis communibus duplicat numeꝝ eorum. Si
autem fuerint in eo mali ſignificat eorum mortem.
Et ſi fuerint boni ſignificat durabilitatem. Et dixit
ſol quoq; ⁊ ſaturnus ſignificant patrem: venus v̊o
⁊ luna ſignificant matrem. Item dixit ſeparatio lu-
ne a planetis ⁊ maxime a ſole vel a ſaturno ſignifi-
cat eos qui nati ſunt ante euȝ. Cōiunctio v̊o lune cū

alijs planetis eos qui nascenẜ post ipsum ⁊ eos qui sunt minores eos. ¶ Et dixit aspicies quoqꝫ dños triplicitatis martis primum. s. ⁊ scōm ⁊ tertiuꝫ: accipiesqꝫ fortiorem eoꝝ: ⁊ qui fuerit pluris testimonij erit aut primus aut quartꝰ aut septimꝰ seu decimus ⁊ sic itellige de ceteris. Et dixit ꝙ qui fuerit in angulo erit primꝰ vel ẜm numerum angulorum sicut dictuꝫ est. Et dixit ꝙ si fuerit in ascendente erit primꝰ vel quartꝰ. Item dixit ⁊ si fuerit in medio celi significat ꝙ sit primꝰ vel quartꝰ vel plus. Dixit iteruꝫ ⁊ si fuerit in septimo significat ꝙ sit septimꝰ vel quartus vel primus. Si vero fuerit in quarto significat ꝙ sit primꝰ vel quartꝰ. Item dixit ⁊ similiter omnia loca significant ẜm qualitatem loci: sed hoc videẜ mihi ꝙ fuerit vitium scriptoris. ¶ Abolai vero dixit aspice dñm triplicitatis ascēdentis qui si fuerit in ascēdente erit primogenitꝰ matris sue: ⁊ si fuerit in medio celi vel in angulo terre erit primꝰ vel quartꝰ: ⁊ si fuerit in septimo erit primꝰ vel septimꝰ. Et dixit ꝙ si fuerit in angulis aspice planetas qui fuerint inter graduꝫ ascendentis ⁊ graduꝫ medij celi: qui si fuerint fortune significat eum habere fratres viuos: ⁊ si fuerint mali significat eum habuisse sed mortui sunt: ⁊ si nō fuerint fortune neqꝫ mali dic ꝙ est primogenitꝰ matris sue.

¶ Caplm quartū de re fratrum.

Ptholomeus qdem est opinatꝰ ꝙ res fratrum regraẜ a re matris faciendo mentioneꝫ de fratribꝰ ex eadem matre nec curauit facere mentionem de eodem patre qm̄ sumꝰ certiores ꝙ fratres sunt ex eadem matre qꝫ ex eodē patre: ꝯtingit aliqn̄ non ita esse veꝝ sicut cōiter opinaẜ. Uisus est velle Ptholomeus ꝙ vndecima domꝰ significet matrem sicut decima ⁊ quia tertia ab ascendente est qnta ab vndecima que significat matreꝫ sicut decima ideo tertia est domꝰ data fratribꝰ nati ⁊ filijs eiusdem matris: qm̄ est quinta ab vndecima. ¶ Unde cōsiderande sunt decima ⁊ vndecima in qbꝰ si fortune inueniant vel in altera earuꝫ multitudinem fratrū ac ipsoꝝ prosperitatem iudicabūt. Si vero mali affuerint indubitanter contrarium eius quod dictuꝫ est pronunciabis. Si fuerit iupiter in eis hoc sine dubij scrupulo dicas aut venꝰ in die vel luna in nocte q̄ ambe cām matrū habent significare. Si qdeꝫ saturnus aspexerint a trino vel sextili aspectu ⁊ ipsi fortunati atqꝫ fortes bonantitatem bonumqꝫ numerum fratrum significabunt: erit tamen infra predictum nec erit ita prosperum esse ipsorum. Si quidem male dispositi fuerint ⁊ in locis predictis ꝑmanserint vel a quarto aspectu vel ab oppositione illa prospexerint paucitatem fratrum ipsorum qꝫ debilitatem monstrabūt: ⁊ eo fortius si sub radijs solis extiterint. Si vero ipsi vel aliqua ex infortunis reperianẜ in aliquo ex angulis sed in ascendente fortius: saturnus in primo genitis: mars vero in postgenitis paucitatem ⁊ malum esse ipsoꝝ iudicabunt. Et mars vt plurimum ipsoꝝ numerum per mortem abbreuiabit. Et licet tetigerim tibi hoc idem superius. Iteruꝫ dico istud ꝙ si planete qui fuerint significatores fratruꝫ sint bene dispositi aspexerintqꝫ locum fratrum a trino vel sextili aspectu habet significare ꝙ fratres nati erunt virtuosi atqꝫ potentes ⁊ inter alios homines exaltati. Si autem illi fratrum significatores fuerint in esse contrario nati fratres imbecilles ac impotentes esse reperienẜ. Qđ si plures infortune fratrū significatores impedierint breuitateꝫ vite ipsoꝝ significabunt.

¶ Caplm qntum de masculinitate natoꝝ ⁊ fratruꝫ ẜm Ptholomeum.

ET dixit ptholomeus masculoꝝ datores sunt planete masculini in suis qualitatibꝰ mundi hoc est in suo eē ab ipedimentis liberi largitores aūt feminaꝝ sunt feminini. Et dixit qđdam v̄bum qđ videẜ q̄si ambiguū cū nō sit: ꝙ si planete significatores ꝯiunganẜ in figura ⁊ associenẜ saturno. s. a trino vel sextili aspectu ꝙ fratres se inuicem diligent ⁊ honorabūt. Si aūt inuicem non ꝯiunganẜ vel a q̄rto aspectu vel oppōne se aspexerint natꝰ aduersitatis illatoꝝ existet: nec expressit causaꝫ q̄re significatores filioꝝ habeant facere in re fratruꝫ. Et dixit orientales iteꝫ primos largiunẜ fratres: occidētales postremos. ¶ Et dixit aboali aspice planetas q fuerint iter ascēdens ⁊ angulū terre: q si fuerint fortune significat ꝙ mater eiꝰ pariet iteꝝ filios post illū ⁊ viuent. Si v̄o fuerint mali significat tūc ꝙ pariet iteꝝ: sꝫ nō viuent qui post illum nascenẜ: vel si ꝯceperit mater eiꝰ abortiet: ⁊ si nō fuerint fortune vel mali significat etiaꝫ ꝙ nō ꝯcipiet mater eiꝰ post ipm natū. ¶ Et dixit aboali aspice dñm domꝰ fratrū qui si fuerit in ascendente vel in septimo dic natuꝫ nō hr̄e fratres: ⁊ si fuerit in medio celi hꝫ fratres maiores se: ⁊ si fuerit in quarto hꝫ fratres qui nascenẜ post ipm. Iterū dico tibi ꝙ si luna fuerit in ascendente alicuiꝰ a fortunis separata significat bonum eē fratrū nati ⁊ maxime lōgeuioꝝ ⁊ ipsoꝝ vite bonaꝫ dispōnē. Et si a malis sepata fuerit significat eorūdeꝫ detrimentū ac ipsoꝝ mortis appropinquationem.

¶ Caplm sextū de ꝓsperitate fratrum.

ASpicies in prosperitate atqꝫ bonitate fratruꝫ ẜm dños triplicitatis domꝰ eorum: de ꝓmo scꝫ ⁊ secūdo atqꝫ tertio: qm̄ primꝰ significat fratres seniores nati: secūdus medios: tertius vero minores: nam talia erūt esse fratrū nati qualia erūt esse dñorū triplicitatis domꝰ eorum hora natiuitatis illiꝰ cuiꝰ natiuitatem inquiris ⁊ talia debent inueniri. Nam si primꝰ illoꝝ fuerit boni esse ac bene dispositꝰ significat bonum esse fratrū maioruꝫ: si secūdus medioꝝ: si tertiꝰ minorum. Nam si primꝰ dominꝰ triplicitatis domus fratrum fuerit in domo vel exaltatione sua vel in duabus de suis alijs dignitatibꝰ vel in angulo vel in succedēti ⁊ in bono loco a sole ⁊ ab ascēdente liber ab impedimentis significat bonū esse fratrum maioꝝ ipsorumqꝫ bonam dispositioneꝫ exaltationem similiter atqꝫ famam. Quod si fuerit iunctus cum aliquo ex planetis boni esse ac bene disposito in domo vel in sua exaltatione vel in duabꝰ de alijs suis dignitatibꝰ existente significat eoꝝ prosperitatis ac exaltationis augmentum ipsorumqꝫ cum principibꝰ ⁊ magnatibꝰ ⁊ nobilibusqꝫ ac regibꝰ ⁊ diuitibꝰ aptis regno vsum ⁊ cōmemorationeꝫ. Si v̄o cum planeta ifortuna non recipiente eum vel infortunato seu cadente vel in sua descensione siue in aliquo suo detrimento existente iungaẜ eorum vilitatem atqꝫ imbecillitatem ⁊ cum vilissimis personis applicationē atqꝫ moram facere cum eis iudicabit. Si qdem secūdus dominꝰ illius triplicitatis sic fuerit impeditus mediorum fratrum: si tertius minoꝝ ẜm ꝙ dictum est de maioribus detrimentum monstrabit. At si fuerit tūc luna vacua cursu significat malum esse fratrum ac ipsoruꝫ impedimentum. ¶ Et dixit aboali si fuerit caput draconis in domo fratrū significat esse nati futurum infra esse omniuꝫ fratrū suoruꝫ ac debilius eo. Et si fuerit ibi cauda significat ꝙ erit

q̄ erit esse nati preualens esse omniũ fratrum suoꝝ. Et si fuerit dñs domus fratrũ fortuna fueritq̄ a malis ꝛ ab impedimentis liber: vel fuerit fortuna libera in domo fratrũ fueritq̄ applicata fortune nõ impedite significat aptationẽ esse fratrum ac ipsius nati. Si quidem fuerit malus ꝛ aspexerit eũ alter malus vel ambo mali: ꝛ fuerit impeditus significat malum esse fratrum ipsoꝝq̄ detrimentum atq̄ destructionem ꝛ ipsius nati malum atq̄ impedimentum. Ad sciendum vero vtrũ natus sit maioris precij aut fratres eius aspice dominos triplicitatis domus fratrum ꝛ dominos triplicitatis ascendentis nam quicunq̄ ipsorum fuerit melioris esse meliusq̄ dispositus ille preferetur eritq̄ melioris valitudinis ac magis exaltatus.

¶ De quarta domo.

¶ Capitulum primum de esse patrum ꝛ eorum accidentibus ꝛ a quo loco circuli accipitur.

Narratione premissa in capitulo precedenti de re fratrũ conueniens videtur mihi subsequẽter de re patrum mentionem facere ꝛ a quo loco circuli res patrum sit accipienda. ¶ Ait eniꝫ aomar q̄ debes aspicere a signo quarto ab ascendente natiuitatis nati ac eius domino: a parte quoq̄ patruꝫ ꝛ a sole atq̄ saturno: a sole in die: a saturno in nocte: a pte patrũ ꝛ a signo quarte domus debemus tam in die q̃z in nocte sibi aspicere. Videbis locum nãq̄ vniuscuiusq̄ istoꝝ in figura natiuitatis p̄dicte ꝛ cõsiderabis almuteꝫ sup loco cuiuslibet eoꝝ: ꝛ quem ipsoꝝ inueneris fortiorem operare p ipsum incipiendo. s. a dño quarte domus deinde a parte patris ꝛ eius dño sic ꝛ a sole postmodum a saturno: vltimo vero a planeta qui fuerit in quarto. Nã per illum per quẽ operatus fueris poteris scire spacium vite patris nati vtruꝫ longa futura sit ꝛ maxime primogeniti ꝛ eo liberi⁹ si natiuitas patris ignoratur: qm̄ variatur vita parentis in natiuitate predicta sicut varianꝭ anni mundi atq̄ natiuitatum per eoꝝ reuolutiones prout tractatum est supra in caplõ de forma ꝛ figura corporis nati: fortior nãq̄ illorum erit ille qui fuerit in angulo non remotus a cuspide anguli plus tribus gradibus ante vel quinq̄ retro vel qui fuerit in succedentibus similiter nõ remotus aut aliquis dominorũ aliarum quatuor dignitatum gradus in quo ipse fuerit. ¶ Postq̃z vero videris quantitatẽ vite patris ꝛ volueris scire quale sit futurum esse vite illius aspicies graduꝫ partis p̄ris ꝛ quarte domus ꝛ gradũ solis aut saturni ꝛ videbis illum qui fuerit magis aptus esse ylez ꝛ illum dirige ad loca fortunaꝝ ꝛ malorum: ꝛ b̄m q̄ videris quantitatem annoꝝ ipsius qui significantur per almuteꝫ predictum dices finem vite patris illius nati que vix aut nunq̃z discordabit ab eo quod significatum est in natiuitate ipsius: ꝛ diriges similiter ad sciẽdum veritatem esse patris omni anno ad gradũ profectionis patris ad gradus fortunarum atq̄ maloꝝ ꝛ b̄m q̄ videris de esse dicti anni profectionis vel ẽt reuolutionis: ita poteris iudicare de ipsius patris ẽẽ atq̄ corporis ipsius incolumitate. ¶ In eius dignitatum atq̄ sublimitatum siue honoruꝫ cognitione. Considerabis dustoriam solis a planetis diurnis si natiuitas fuerit diurna que significatur p planetas qui fuerint oriẽtales a sole. Et si fuerit nocturna cõsiderabis ex dustoria saturni a sole ppriẽ. Quod si dustoria fuerit significat magnas dignitates magnosq̄ honores patri euenturos. At si contrarium inueneris contrarium poteris iudicare.

¶ Capitulum secundum de tempore supradictorũ.

Ad sciendum vero in quo tempore ista debeãt euenire considerabis dños triplicitatis solis si fuerit natiuitas diurna: si autem fuerit nocturna cõsiderabis dominos triplicitatis saturni ꝛ b̄m q̄ videris de ipsoꝝ esse ita pronũciabis primi scilicet aut secundi vel tertij.

¶ Capitulum tertium de genere mortis patris.

Quod si volueris aspicere in re mortis patris in ipsius grauitate siue in ipsius cõuenientia. Considerabis almuteꝫ super re patris vtrum scilicet sit liber ab impedimẽtis: qm̄ hoc significabit q̄ morte decẽti pater in lecto suo migrabit: ꝛ eo magis atq̄ certius si iupiter aut venus in. 8. a domo patris inueniatur. At si fuerit impeditus erit contrarium eius qđ dictum est suspicandum: ꝛ eo magis si fuerit Saturnus aut mars in octaua a domo patris locatus. Nam si fuerit impeditus ã marte in die vel a Saturno in nocte ab oppositione siue quarto aspectu siue presentia siue aspectu alicuius fortunarũ nec ille malus receperit eum significabit hoc malã mortem patris ac ipsius grauitatem. Si aũt fuerit ille malus q ipedierit almuteꝫ dictum dñs ascendentis vel almuteꝫ super ascendens significat q̄ natus ille interficiet patrem vel erit causa mortis ipsius. In cõcordia vero ipsorum aspicies almuteꝫ sup ascendens ꝛ super domum patris qui si cõuenerint simul fuerintq̄ cõcordes significat q̄ erit inter eos cõcordia similiter ꝛ beniuolentia: ꝛ eo fortius si se inuicẽ receperint. Qđ si non sic fuerit fuerintq̄ discordes significabiꝭ q̄ discordia ꝛ lis atq̄ odium futura sint inter eos. ¶ Et dixit aomar q̄ poteris tũc dicere nõ sit legittimus. Et si sol fuerit impeditus a marte in die vel a Saturno in nocte pater suspicaꝭ ne sic eueniat ei ab illo nato. Similiter si luna fuerit impedita in die a marte vel in nocte a saturno non credet se illi ꝛ semp suspicabitur de ipso malum. ¶ Et refert etiam aomar q̄ quidam ex sapiẽtibus dixerunt q̄ cũ dominus partis patrum non aspexerit domum filioꝝ: nec sol tunc aspexerit dñm domus in quã ipse fuerit: nec dñs partis patrũ aspexerit eam non erit natus ille filius illius patris: sed si alter eorum aspexerit erit legitimus.

¶ Capitulum quartum de esse patris ꝛ matris.

Aboali vero dixit q̄ debes aspicere in re p̄ris si natiuitas diurna fuerit a sole: si autem fuerit nocturna debes aspicere a saturno: ꝛ tam in die q̃z in nocte debes aspicere patri a quarta ꝛ parte patrum ac ipsaruꝫ dominis. Et dixit iterum aboali q̄ debes aspicere in re matris a quarta sicut in re p̄ris: ꝛ in die ac in nocte a pte matris ꝛ eius domino que accipitur in die a venere in lunaꝫ ꝛ in nocte econtrario ꝛ proijcitur ab ascẽdẽte. Si quidem inueneris signum patris ꝛ matris vel dños signoꝝ in quibus ipsi fuerint vel plures ex ipsis in angulis vel in eoꝝ succedentibus fueritq̄ aliqua ex fortunis in domo significante patrẽ: dominiq̄ triplicitatis domus in qua fuerit luminare cuius fuerit auctoritas salui ac bene dispositi ꝛ in bono loco in figura natiuitatis significat prosperitatem ac bonũ esse patris eiusq̄ alacritatis ꝛ gaudij multitudinem. Si quidem contrarium videris contrarium de patris esse poteris iudicare eiusq̄ infortunij atq̄ infirmitatis durabilitatẽ. At si fuerit sol i bono loco figure natiuitatis dicoq̄

ꝙ fuerit boni esse ac bene dispositus dñiq; triplicitatis domus in qua ipse fuerit impediti ac male dispositi significat bonũ esse patris tunc.s.tempore natiuitatis filij:in futuro vero indubitanter contrariũ iudicabis. Si autem sol fuerit impeditus eiusq; triplicitatis domini salui reperiantur significat malũ esse patris eiusq; impedimentum tempore natiuitatis filij:in futuro tamen eius fortunium ac bonũ esse bonamq; dispositionem.

¶ Capitulum quintum de esse patris per directionem.

Si aũt esse patris quale sit futurũ ⁊ qualis sit eius dispositio futura ſm directionẽ scire intenderis si natiuitas fuerit diurna dirige a loco solis ⁊ a loco partis patrũ. Si aũt fuerit nocturna dirige a loco saturni ⁊ a loco partis patrum vt facis cum dirigis a loco solis ad corpora fortunaꝝ atq; infortunarum ⁊ ad ipsarũ radios:quoniã illic transumẽt significata bonoꝝ siue maloꝝ accidentium que patri ventura sunt post natiuitatem filij:que cum puenerit ad corpus alicuius fortune vel ad ipsius radios absq; presentia infortune vel radioꝝ ipsius tunc significabit accidẽtia bona ⁊ prosperitates ⁊ proficua ⁊ corporis ipsius incolumitatẽ ⁊ placentia patri ventura debere:⁊ eo fortius si pars patris ⁊ dñs domus in qua ipsa fuerit in angulis vel in eoꝝ succedentibꝰ inueniãt. Cum vero peruenerit ad corpus alicuius infortune tunc significabit contrarium omniũ eorũ que dicta sunt: ⁊ ꝙ patri accident infirmitates atq; impedimenta ⁊ vilitates: ⁊ eo magis atq; fortius si pars prĩs ⁊ eius dñs fuerint in locis cadentibus ab ascendente. ¶ Et dixit aboali ꝙ idẽ est aspiciendũ in rebus matris.s.a venere in die ⁊ a parte matris:⁊ a luna in nocte ⁊ a pte matris. Et dixit ꝙ debemus aspicere gradus ꝯiunctionis atq; ꝑuentionis quẽ si aspexerint fortune: fuerintq; mali cadẽtes ab eo significat bonũ esse patris ac ipsius exaltationẽ. Si autẽ aspexerint eũ mali ⁊ fortune fuerit cadẽtes ab eo sigt eius vtilitatẽ. Si aũt aspexerint eũ fortune sil' atq; infortune sigt mediocritatẽ esse prĩs. Et dixit ꝙ signũ ꝯiunctiõis ⁊ eius dñs significãt cãs patris:signũ vo ꝑuentionis ⁊ eius dñs significãt causas matris. Et dixit aspice quartũ signum qm̃ si fuerit in eo iupiter aut sol aut venus: vel aspexerit ipm aliquis eorum aspectu laudabili significat exaltationem matris ac eius altitudinem ⁊ fortunã. At si fuerit in eo aliqs malorum vel aspexerit ipm malo aspectu absq; presentia vel aspectu alicuius fortune: vel fuerit signũ quartũ domus vel exaltatio planete in cuius domo fuerit dñs quarti significat debilitatẽ ⁊ casum patris ac eius seruitutẽ. Si aũt fuerit idem signũ quartum taurus vel cancer significat malum esse matris eiusq; debilitatẽ ⁊ casum similiter ⁊ seruitutem. Et si fuerit sol ⁊ luna in signis mobilibus significat ꝙ prĩ nõ erit eiusdem generositatis cũ matre:sed erit vnus vilioris parentele q̃ alter:⁊ ſm ꝙ ipsi fuerit in viliori loco atq; debiliori significabit minus generosum nã si fuerit sol significabit patrẽ si aũt fuerit luna significabit matrẽ. ¶ Et dixit aboali ꝙ sol in die ⁊ luna in nocte significat causas patrũ in tempore natiuitatis filij:⁊ domui domorũ in quibus ipsi fuerint significãt id qđ erit de patre in futuro. Et qñ significatores patris qui sunt dñs domus in qua fuerit sol in natiuitatibus diurnis ⁊ dñs triplicitatis ac ipsius exaltationis:⁊ dñs domus in qua fuerit saturnus in natiuitatibꝰ nocturnis ⁊ dñs triplicitatis ac ipsius exaltationis ⁊ ps patris ⁊ dñs domus in qua ipsa fuerit tam in die q̃ in nocte sit in domibꝰ vel exaltationibus suis liberi a malis ⁊ aspexerint ipsos fortune significat exaltationẽ sublimẽq; patris dignitatem atq; substantiarũ acquisitionẽ. Et eo magis atq; fortius si pars fortune atq; dñs domus in qua ipsa fuerit extiterint fortunati atq; fortes. Et iterũ magis si cum hoc ps patris fortunata fuerit eiusq; dñs significabit.s.per hoc ꝙ fortuna patrisq; dignitas atq; honor sit magne durabilitatis atq; constantie post natiuitatem illius filij. Aspicies etiam in valitudine patris similiter ac eius precio in natiuitatibus diurnis si fuerit aliquis planeta diurnus in dustoria solis quoniã significabit hoc magnitudinẽ ac exaltationem valitudinis patris nisi contra operet multũ natiuitas patris ꝙ si sic esset tunc diminuerẽtur predicta Si aũt cõcordauerit augmentabunt. At si predicti significatores fuerint impediti ⁊ in malis locis vacui cursu ⁊ maxime luminaria ⁊ in suis casibus: suisq; descẽsiõibꝰ atq; detrimẽtis significabit casum atq; ipedimẽtũ seu detrimẽtũ patris eiusq; vtilitatẽ miserãq; vitam ac suoꝝ bonoꝝ diminutionẽ atq; amissionem:⁊ eo fortius si venus ⁊ saturnus fuerint mali esse ac male dispositi. Et iterum magis si mars ascenderit post solẽ vel saturnus post lunam ⁊ fortune solem vel lunã non aspexerint. Et semper aspice in esse patris in die a sole ⁊ dño domus in qua ipse fuerit ⁊ dñis triplicitatis ipsius. In nocte vero a Saturno ⁊ dño domus in qua ipse fuerit ⁊ dñis triplicitatis ipsius. ¶ Et dixit aboaly scito ꝙ sol ⁊ luna ⁊ dñi domoꝝ illoꝝ ⁊ dñi triplicitatis eorũdem cũ fuerint in angulis liberi a malis a impedimentis significat fortunitatẽ patris nati ac matris ipsius. Et cũ fuerint impediti ⁊ iuncti malis fuerintq; cadentes ⁊ vacui cursu significat malum esse nati ⁊ parentũ suorum ⁊ destructionem rerum eorundem.

¶ Capitulum sextum de morte patris.

Et dixit Ptholomeus aspice cuius natiuitatis sol in die aspexerit ascendendens: ⁊ dirige eum ad corpora maloꝝ ⁊ ad ipsorũ radios per gradus ascensionũ dans vnicuiq; gradui annũ vnum. Et si non aspexerit sol ascendens ⁊ aspexerit Saturnus dirige eum sicut direxisti solem. Quod si non aspexerit saturnus ascñs dirige tũc gradũ anguli terre. Deinde aspice quantũ ꝓuenerit ei ex annis. Quod si fuerit tantũ illud quod prouenerit quantũ fuerit illud quod significat planeta qui habet maiorẽ dignitatem in die a sole ⁊ a dño domus in qua ipse fuerit in nocte vero a saturno ⁊ a dño domus in qua ipse fuerit inuentus in die autem ⁊ nocte a quarta ⁊ domino eius ⁊ a parte patrum ac ipsius dño vel prope ipsos significat ꝙ pater eius morietur in eodẽ anno.

¶ Capitulum septimum de morte matris.

Et dixit Ptholomeus in vita quidem matris aspice si natiuitas diurna fuerit a venere; que si fuerit aspiciens ascendens dirige ipsam ad corpora maloꝝ ⁊ ad eoꝝ radios per gradus ascensionũ dans vnicuiq; gradui annum vnum. Si aũt venus non aspexerit ascendens ⁊ aspexerit ipm luna dirige eã sicut dictum est de venere. Si autẽ luna non aspexerit ascendens dirige tunc gradũ decime domus. Et incipe in natiuitatibus nocturnis a luna postmodũ a venere: deinde a gradu decime domus. Post hoc prospicies q̃tum prouenerit ei ex annis quod si fuerit equale annis quos significat planeta qui habuerit maiorem dignitatẽ in die a venere ⁊ domino do

mus in qua ipsa fuerit. Et in nocte a luna ⁊ dño domus in qua ipsa tunc ceciderit. In die vero ⁊ in nocte a gradu decime domus ⁊ dño eius ⁊ a parte matris ⁊ dño eiusdeꝫ domus in qua ipsa fuerit vel prope ipsos significat mortem matris in eodem anno.

¶ Capitulum octauum de scientia annoꝝ vite pr̄is.

AD sciendū vero annos vite patris si natiuitas fuerit diurna videbis si sol fuerit in angulo vel in succedēti: fueritqꝫ dñs domus vel exaltationis vel termini seu triplicitatis aspiciens eum: quoniaꝫ tunc poteris accipere ylez ab eo qualiscūqꝫ fuerit aspectus: verum si nullus planetaꝝ aspexerit tunc solem: ⁊ aspexerit eum dñs faciei a trino vel sextili aspectu: fueritqꝫ alias boni esse ac bene dispositus poteris etiā accipere ylez a sole atqꝫ dirigere patri: ⁊ ille q fuerit almutez super gradū in quo fuerit sol dicetur alcocodē ⁊ significator annoꝝ vite patris illius nati. At si nō fuerit quod dictum est de sole aspicies tunc saturnum quē si tu inueneris in aliquo angulorum vel succedentiū: fueritqꝫ aliquis dominoꝝ dignitatum predictarum aspiciens ipsum poteris tunc accipe ylez a saturno: ⁊ planeta dñs dignitatis illius gradus erit significator annoꝝ vite patris. Si autem fuerit saturnus ita dispositus vt dictū est aspicies tunc partem patris: quam si tu inueneris in aliquo ex angulis vel eorum succedentibus: fueritqꝫ aliquis dñorum predictarū dignitatum aspiciens eam ipsa erit ylez. Et planeta qui fuerit dñs dignitatis illius ⁊ aspexerit eam erit significator annoꝝ vite patris illius nati. ¶ Et dixit aboaly ꝙ si nō fuerit de parte patrū quod dictū est aspice gradū domus patruꝫ: ⁊ si aspexerit eū aliquis dñorum dignitatem eius, ille gradꝰ erit ylez ⁊ planeta dñs dignitatis aspiciens erit alcocoden. Si vō natiuitas fuerit nocturna incipies aspicere primum a saturno: deinde a sole: postmoduꝫ a parte patrū: vltimo vero a gradu domus patrum.

¶ Et dixit Ptholomeus si fortune aspicientes solē vel lunam aspexerint parteꝫ fortune in natiuitatibꝰ ꝙ significat substantiā parentum duraturā ⁊ ꝙ ipsa vtiliter saluabitur. Quod si contrariū predictoruꝫ inueneris. s. ꝙ fortune nō aspiciant partem fortune neqꝫ aliquod luminarium: ⁊ eo fortius si aspexerint infortune non gaudebit natus bonis parētum nec proficient ei.

¶ Capitulum nonum de longitudine seu breuitate vite patris.

IN longitudine seu breuitate vite patris aspicies si iupiter ⁊ venus fuerint iuncti soli aut saturno vel fuerit iupiter iunctus cū venere ⁊ sol ⁊ saturnus fuerint iuncti simul tali coniunctione aspectuali. s. aut corporali ꝙ vnus recipiať ab altero mutua receptione: fueritqꝫ vterqꝫ ipsoꝝ fortunatus atqꝫ fortis significabunt longam vitā patris nati. Si aūt contrariū videris contrariū poteris iudicare preter ꝙ non poteris esse certus ad vnguem de longitudine vel breuitate vite patris: erit tamē potius dubitandum de breuitate qꝫ sperādum de ipsius longitudine. Similiter poteris dicere si mars fuerit septētrionalis a sole vel a saturno vel fuerit orientalis a saturno ⁊ occidētalis a sole vel fuerit sequens eos in figura hoc est ꝙ vnus sit in aliqua domo alicuius figure: sitqꝫ mars in alia domo que īmediate succedit illi sitqꝫ similiter saturnus iunctus cū sole a quarto aspectu vel ab oppositione. Si aūt fuerit cōiunctio a trino vel sextili minueť malicia: ⁊ eo fortius si receptio interueniat. Et si sol ⁊ saturnus fuerint cadentes ab angulis significabunt sinistrū esse patris ac eius debilitatem. Et dixit Ptholomeus ꝙ si fuerint sol ⁊ Saturnus in angulis vel in locis ascendentibus ad angulos ꝙ significabunt breuem vitā patris: nec tamē est cōtrarium ei quod dixit superius Ptholomeus ꝙ cum sol vel saturnus fuerint in angulis significāt vitam patris: quoniā ibi loquitur in ylez hic loquitur in vita post ylez: vel aliquod eius detrimentum seu nocumentū ei simile seu equipollens ⁊ eo magis si fuerint in primo vel decimo vel secundo vel vndecimo: quoniam isti duo anguli sunt velociores alijs. Si aūt fuerint in. 7. vel in. 4. vel in. 8. vel in. 5. minꝰ breuem vitam patris iudicabunt. At si mars solem a. 4. aspectu vel ab oppositione aspexerit alteꝝ duorum patri ventuꝝ significabit mortē. s. citam vel subitaneam vel ipsius oculoꝝ detrimentum propinquum. Si qdem fuerit aspectus ab octaua significabit mortem: ⁊ eo fortius si octaua fuerit scorpio. Si autem fuerit a sexta significabit impedimentū predictum ⁊ eo fortius si sexta fuerit virgo. Si vero mars a dictis aspectibus saturnuꝫ aspexerit illius nati patri mortem aut febrem cū typo valde frigido vel mutilationem vel cōbustionem vel damnuꝫ per latrociniuꝫ iudicabit. Qđ si fuerit ꝯiunctio ab octaua mortem: si a sexta febrem si ab alijs locis p̄terqꝫ a. 12. mutilationem. a. 12. vero per latrocinium vel per inimicos occultos. At si tunc saturnus ⁊ sol supradictis aspectibus sine receptione perfecta iūcti fuerint a quibuscunqꝫ domibus illa cōiunctio fuerit causa morborum ⁊ maxime frigidorū mortem patri futuram nunciabunt.

¶ De quinta domo.

¶ Capitulum primum de filiorum ac ipsorum esse.

l Icet visum fuerit quibusdam ex sapientibus antiquoꝝ premittere capitulum cōiugij capitulo filiorum: eo ꝙ filij subsequātur coniugiū: tamen videtur mihi cōueniens post narrationem patruꝫ facere de filijs mentioneꝫ nec incassum cū filij a parentibus tenerius qꝫ coniuges ac affectius diligantur: ⁊ domus significans filios i subseqntia domoꝝ precedat domū coniugiū significātem. ¶ Dixerunt annum ⁊ baruch in capitulo de filijs: nec videnť a sñia Ptholomei discrepasse ꝙ in re filioꝝ debes aspicere decimuꝫ in natiuitate cuiuslibet nati similiter ⁊. 11. primū quoqꝫ ⁊. 7. ⁊ videre si aliquis ex planetis vel alijs significatoribus significātibus filios in aliquo ex predictis locis reperiať qui sunt iupiter ⁊ venus luna etiā atqꝫ mercurius ⁊ dñs quinti: ⁊ pars fortune ⁊ pars filioꝝ ⁊ eoꝝ dñi: vel si fuerit in eis aliquis ex filios denegātibus qui sunt sol mars atqꝫ Saturnus. Nam si fuerint predicti significatores filiorū vel aliquis eoꝝ in locis predictis vel in aliquo ipsoruꝫ vel etiā in quinto ⁊ ipsi fortunati atqꝫ fortes aspexeritqꝫ illos aliqua ex fortunis a trino vel sextili aspectu cum receptione vel sine receptione vel ēt a quarto cum receptione natum filios habiturum indubitanter significabitur: nisi fuerit ille significator cū aliqua de stellis fixis de natura martis vel saturni in eodem minuto. Si aūt debiles fuerint ei paucos filios futuros iudicabūt. At si non fuerint ibi aliquis pre

dictorum significatorū ⁊ fuerit ibi pars fortune aut
pars filiorū asperexeritq₃ illā aliquis maloꝝ filios pe-
nitus denegabit siue debiles fuerint siue fortes: nisi
forte aliqua ex fortunis asperexerit malum a trino vel
sextili aspectu ⁊ cū receptione vel fuerit cū aliqua de
stellis fixis que sit de nā Jouis aut veneris aut lune
in eodē minuto: nec sit in leone aut virgine vel libra
vel capricorno vel aquario siue in tauro. Variat ta-
men hoc in significatione mercurij: qm̄ si fuerit in ali
quo ꝑdictoꝝ locoꝝ iclinabit ad nām illius cū quo iū
ctus fuerit. Et si fuerit vnꝰ ꝑdictoꝝ significatoꝝ signi
ficantium filios in aliquo ex locis ꝑdictis ⁊ ipse va-
cuus cursu significat ꝙ erit nato vnicus filius tantū.
¶ Capl̄m. 2. in qua etate sit natus filios habiturus.

CONsiderabis ēt cum mercurius significauerit
natū habere filios vtrū ipse iungat plancte ori
entali: qm̄ significabit filios in iuuētute. Si āt fuerit
ille planeta occñtalis sigbit eos post iuuētutē. Illud
idē poteris dicē de dn̄is triplicitatis iouis q₃ si ꝓmꝰ
fuerit orientalis significabit in iuuētute: si scd̄s in me
dia etate: si tertius in senectute. Si autē oēs fuerint
orientales in qualibet etate significabūt: sed in ꝓmis
25. annis magis. Si v̄o oēs occidētales significabūt
ei filios post iuuentutē collectā. Similiter si almutez
super domo filiorū aut iupiter aut planeta in cuius
domo fuerit almutez fuerit orītalis vel fuerit pars
filioꝝ in ascendente significabit ꝙ natus ille sit habi
turus filios in iuuētute sua. Qꝗ si planeta ille appa-
rens mane aute solē longe ab eo tribꝰ signis vel plus
vel fuerit ps filiorū in. 10. significabit ei filios in me-
diocri sua etate. Si q̄dem fuerit occidētalis vel fuerit
ps filiorū in. 7. vel in. 4. significabit in sua senectute
filios habituꝝ ⁊ s₃ has domos ceteras ꝯiecturabis.
¶ Aboaly vero dixit ꝙ si fuerit pars filioꝝ in ascen-
dente significabit filios in iuuētute: si fuerit in medio
celi significabit eos in media etate. Et si fuerit in q̄rta
vel in septima significabit eos in senectute: tu tamen
poteris omnia eoꝝ dicta cōmunicare sicq₃ coniectu-
rando poteris rectius atq₃ securius iudicare.
¶ Capitulū. 3. de multitudine vel paucitate filiorū.

IN multitudine aūt filioꝝ aspicies iouem atq₃
venerē ⁊ ꝑm eorū esse iudicabis. In paucitate
vero aspicies saturnū atq₃ martē ⁊ dic ꝑm ꝙ videris
de ipsoꝝ dispositione. In mediocritate siquidē ⁊ lu
nam requires: de mercurio aūt dices sicut de ipso vi
deris vt dcm̄ est supra. Si aūt ꝑdicta loca fuerit signa
cōia dūmodo non de sterilibus: ⁊ significator filiorū
fuerit similiter in signo cōi significabit gemellos tm̄
filios habituꝝ ⁊ illius sexus quē habent significare
loca predicta vel ꝑdicti significatores. Et si fuerint lo-
ca illa in signis que habēt significare filios que sunt
aquatica videlicet cancer scorpio ⁊ piscis que signifi
cant maiorem quantitatē filioꝝ q₃ cetera significabit
natū plures filios habituꝝ. Qꝗ si planeta significans
filios fuerit femininus ⁊ locus significans filios fue
rit signū masculinum vel ecōtra vtriusq₃ sexus filios
habiturum nunciabis. Et si planeta ⁊ locus fuerint
eiusdem sexus illius sexus cuius fuerint filios iudi-
cabunt futuros. Et si datores filioꝝ fuerint in signis
sterilibus supradictis: vel fuerint mali eleuati super
eos vel sint almutez super locis significatnibus filios
in nō dimittendo natū filios habere conabunt. Qꝗ
si non poterunt resistere quin filios habeant vix aut
nunquā plus q₃ vnū filium habere ꝑmittent: vide-
bitq₃ pater mortē illius filij ⁊ non viuet diutius: ⁊ si
vixerit erit infortunatus atq₃ tribulatus ⁊ inueniēt
eum mala. Si autē mars ⁊ saturnus siue sol fuerint
in ascendente siue in. 10. vel. 7. aut etiā in. 11. vel in. 5.
vel asperexerint illa loca siue cōiunctione siue aspectu
alicuius fortune ad loca vel ad planetas ꝑdictos vel
fuerit ascendens signum sterile: ⁊ loca significantia fi
lios fuerint signa sterilia significabit hoc ꝙ natus fili
os nō habebit. ¶ Et dixit Ptholomeus ꝙ si dicte
infortune in signis masculinis vel sterilibus existāt
licet fortune aspiciant eas: eū nullum filiū habiturū
significabunt: quoniā signa masculina quasi vt steri
lia filijs ꝯtradicunt. At si fuerint in signis femininis
vel multoꝝ filioꝝ ⁊ asperexerint eas fortune significa-
bunt natum filiū habiturum cum aliquo vicio per
sonali quod patietur: signa enim feminina veluti ⁊
aquatica filios largiunt: aut filius ille non erit longe
vite sed breuis. At vero si fuerit in aliquo predictorū
locorum significantium filios signum masculinum
vel sterile: in aliquo alio femininū vel multorum fi-
liorum significabitur natū habiturum aliquos fili
os quoꝝ nulli homines familiaritates affectabunt:
imo ipsos penitus abhorrebunt: vel erūt ipsi filij ab
ortiui: ⁊ accidet hoc ꝑm ꝙ maior pars eorū fuerit in
aliqua predictaꝝ naturarum: naꝫ si maior pars fue-
rit in signis masculinis ⁊ sterilibus vel ꝑm ꝙ illorū
planetarū vnus fuerit altero fortior vel super ipm
eleuatus: vel fuerint plures numero vel fuerit in lo-
cis illis fortiores vel ꝑm ꝙ ex eis fuerit maior pars
orītalis vel magis prope angulos predictos vel ad
ipsos euntes conditionibus predictis ita quātitas
illorum significatorū erit maior. ¶ Et dixit aomar
post hoc aspice signū filiorum ⁊ signū almutez super
res esse nati ⁊ ascendens que si fuerint signa multoꝝ
filiorum habūdabit natus filijs. Si nulla cōcordia
fuerit inter almutez ascendentis ⁊ almutez super do
mum filiorum fueritq₃ iupiter cōbustus ⁊ venus im
pedita significat natū futuꝝ sterilē absq₃ filijs: ⁊ hoc ī
vtroq₃ sexu seruabis. ¶ Et dixit Ptholomeus res
aūt filioꝝ particulares ꝑ extimationem deprehendi
possunt cū planetam datorem filiorum in loco ascē-
dentis posuerimus: tunc etenim cuncta filiorum par
ticularia quēadmodum ex natiuitate sciunt genera
liter agnoscemus. ¶ Aomar vero dixit aspice plane
tas qui fuerint almutez super domum filiorum siue
vnus fuerit siue plures. Qꝗ si aliquis vel plures eo
rum conguerint dn̄o ascendentis erūt filij boni ⁊ iu
sti diligentes patrē si vero cōtrarium fuerit erunt im
pedientes. Et dixit si fuerit significator filiorum mul
tum impediens ascendēs ac dn̄m eius erunt filij im
mittentes patri diuersa impedimēta. Et si impedie-
rit lunam ingerent matri diuersa impedimenta. Et
dixit si vero salui fuerint significatores filiorū salua
buntur filij ⁊ nō peribunt. Et si īpediti fuerint signi
ficatores filiorum raro erunt cōcordantes filij. Idē
poteris dicere de parte filiorum que si fuerit in angu
lis vel succedentibus decime aut q̄rte significat mul
titudinem eorum ac bonitatem ⁊ gaudiū cum eis.
Si aūt fuerit in alijs sex locis significabit paucitatē
filiorum atq₃ citam mortem ipsorū. Quod si fuerit
vacua cursu significat mortem primogeniti nati illi-
us vel forte abortiet eum mater sua tristabiturq₃ sup
filijs vel causa filiorum. ¶ Et dixit Aboaly ꝙ si dn̄s
ascendentis fuerit applicatus cum dn̄o septimi signi
ficat multitudinem filiorum ex cōcubinis. Si autē
fuerit applicatus cū domino sexti significat eos ex
proprijs pedissequis vel ancillis. Aspicies etiam do
minos triplicitatis Jouis qui si fuerint in angulis

vel in succedentibus angulorum significat multitu-
dinem filiorum. Si autē sint in alijs locis preter. 6. ⁊
12. in suis dignitatibus siue impedimentis infortu-
narum significabit cōpetentem filiorū quātitatem.
At si fuerint cadentes ab angulis vel alias impediti
a malis: vel fuerint cōbusti significat filiorum pauci
tatem ac ipsoꝝ ineptitudinem. ¶ Item dixit Aboa
ly iupiter ⁊ Mercurius fuerit in domibus vel in ex
altationibus suis in angulis vel eoꝝ succedentibus
⁊ dñi triplicitatum eoꝝ in bonis locis ab ascenden-
te nō impediti fortunati. s. atq; fortes significat mul-
titudinem filiorū ⁊ bonum atq; gaudium cum eis.
Idem poteris dicere de parte filioꝝ si fuerit in bonis
locis bene disposita. s. ꝙ sit in angulis vel in eoꝝ suc-
cedentibus: quoniā significabit tunc multitudinem
filiorum eorum habilitatē atq; eorum bonam ꝯuer
sationem. Et si fuerit cadens ab ascendēte ⁊ maxime
in sexto vel in. 12. significat paucitatē filiorum ⁊ ipso-
rum vite breuitatē. At si aliqua fortunarū que sit li-
bera fortunata. s. atq; fortis ptē filioꝝ a trino vel sexti
li aspectu aspexerit: ⁊ maxime cū receptione multitu
dinem magnam filiorū significabit. Si autem ex di
ctis aspectibus sine receptione vel a quarto cū rece-
ptione illa fortuna partem dictā aspexerit erit signi
ficatum satis infra predictum erit tamen in quanti-
tate conuenienti. Si aūt a quarto aspectu sine recep
tione ipsam aspexerit significabit filios: sed erit eius
significatum multū infra hoc. Si āt illa fortuna im-
pedita fuerit vel aspexerit infortuna partem filiorū:
⁊ eo fortius si a quarto vel ab oppositione ille aspe-
ctus fuerit erit iterū eius significatū debilius ⁊ pau
ciores filios indicabit. Quod si iupiter partem filio-
rum nō aspexerit: fueritq; venus a saturno impedi-
ta sterilitatem nati poteris vel paucissimos filios nū
ciare: ⁊ iterum magis si cum hoc luna fuerit impedi-
ta. ¶ Et dixit Aboaly ꝙ si iupiter ⁊ venus ⁊ mercu-
rius fuerint liberi a malis ⁊ retrogradatione atq; cō
bustione erit natus plurīū filiorum. Si autē fuerint
impediti a malis vel in detrimēto suo: vel in descen
sione sua vel sub radijs solis nō habebit filios: vel si
habebit premorientur patre. Aspicies etiam quintū
si fortuna fuerit in eo ⁊ dñs eius liber ab impedimē
tis predictis: aspexeritq; decimā domum significat
natum multos filios ⁊ beniuolos habiturū. Si au
tem in quinto fuerit infortuna ⁊ eius dñs fuerit im
peditus significat paucitatē filiorum ipsorūq; mortē
festinam: ⁊ maxime si fuerit eius impedimentū in ter
tia vel in sexta. Similiter si sol aut luna fuerint im-
pediti a malis absq; aspectu alicuius fortune signifi-
cabit paucitatem filiorum: ipsiusq; nati substātie di-
minutionem.

¶ Capitulum. 4. de tempore filioꝝ ſm aboaly.

Item dixit Aboaly repilogādo predicta aspi-
ce planetam qui dignior fuerit in significatio
nibus filiorum qui si fuerit orientalis significat filios
in iuuentute: fuerit occidētalis significat filios in se-
nectute. Et si fuerit in decima vel vndecima signifi-
cat filios in iuuentute: ⁊ si fuerit in quinta vel in oc-
taua vel in nona significat filios in media etate. Et si
fuerit in quarta vel in septima significat filios i fine
vite. Item dixit ⁊ si fuerit pars filiorū in ascendente
significat filios in iuuentute: ⁊ si fuerit in medio celi
significat filios in media etate. Et si fuerit in quarto
vel in septimo significat filios in fine vite. Item di-
xit ⁊ cum peruenerit iupiter aut venus in reuolutio
ne annorum ad locum partis filiorum aut aspexerit
eam a quarto aspectu vel oppositione significat eū
habere filios in eodem tempore: sed iupiter hēt ma-
ius significatum in filijs: ⁊ similiter quādo peruene-
rit annus ad signū in quo fuerit iupiter aut ven⁹ in
natiuitatibus eius significat filios in eodem anno.
¶ Et dixit aspice in ꝯuentione filiorum ad patrem
planetā q fuerit digniori significationib⁹ filioꝝ ⁊ do
minum ascendentis quoꝝ si alter alteꝝ fortunauerit
significat concordiā eoꝝ: ⁊ si alter alteꝝ impedierit si-
gnificat discordiā ⁊ inimicitiā eoꝝ: tu aūt industria-
liter circa hoc intentionē tuā atq; discretionē versa-
bis ꝓiecturando de domo in domū: de significato in
significatū. non enim pñt sigillatim que in operibus
cadunt oia scribi redigeretur. n. studiū iā in nihilū.

¶ De sexta domo.

¶ Capitulum primū de seruis ⁊ ancillis atq; famu-
lis seu vernaculis nati ⁊ de animalibus minoribus
que non equitantur neq; iungantur ac de ipsius in
firmitatibus similiter ⁊ morbis.

d

Icto in caplo quod prece
dit istud de re filioꝝ cōue-
niens vr̄ in isto subsequē
ter de re seruoꝝ atq; ancil
larum ⁊ famuloꝝ seu ver
naculoꝝ ⁊ minorum ani
malium que non equitā
tur nec iungātur ac de in
firmitatibus nati eiusq;
morbis tractare atque de
ipsis facere mentionē. ¶ Ait enim Aboaly sup facto
seruoꝝ ⁊ ancillaꝝ seu famuloꝝ atq; pedissequaꝝ de-
bes: aspice sextam eiusq; dñm necnon ⁊ mercurium
similiter ⁊ lunā: ⁊ videre si mercurius fuerit orienta
lis ⁊ in ascendente vel in decima iunctus ioui p con
iunctionem corporalē vel per aspectū in signo mobi
li vel cōi: vel fuerit aliqđ luminarium vel aliqua ex
alijs fortunis in sexta vel in. 12. vel fuerit dñs dom⁹
seruorū fortunatus: fueritq; liber ab impedimentis
iunctus mercurio in aliquo anguloꝝ vel fuerit mer
curius liber iunctus cū aliqua ex fortunis vel petēs
cōiunctionem ipsius: vel fuerit dñs domus fortune
in bono loco ab ascendente: vel fuerit ipse in ascendē
te vel fuerit in sexta liber ab impedimentis fortuna-
tus. s. atq; fortis iunctus alicui fortune: qm̄ istud hēt
significare ꝙ natus habūdabit seruis ⁊ ancillis ⁊ fa-
mulis ⁊ familiaribus ⁊ vernaculis ⁊ ꝙ hēbit ex eis
⁊ pro eis ⁊ ab eis bonū ⁊ lucrū ⁊ gaudiū atq; vtilita
tē. At si mercurius fuerit retrogradus vel cōbustus
vel iunctus cū malis in signo fixo vel eoꝝ coniūctio-
nem petens: vel fuerit aliqua ex infortunis in domo
seruoꝝ vel in. 12. vel fuerit dñs domus seruoꝝ infor
tuna: vel fuerit retrogradus vel alias ipeditus a ma
lis vel fuerit cadens ab angulis vel ab ascendente si
ne aspectu alicui⁹ fortune: vel fuerit de mercurio qđ
dictum est dño domus seruorū: vel fuerit cauda in
domo seruoꝝ significat hoc seruoꝝ penuriam: ipso-
rumq; paucitatē ⁊ iram atq; tristiciā ⁊ incōmodum
ex eis ⁊ eoꝝ occasiōe nato euentuꝝ. ¶ Et dixit aboa
ly aspice incōuenientiā ac impedimentū ⁊ proficuū
nati cum seruis ad planetā qui dignior fuerit in sex
ta domo ⁊ dñm sexte ⁊ partem seruorū ⁊ dñm eius
⁊ planetam q fuerit in sexta ⁊ mercuriū ⁊ dñm ascen
dentis: videbisq; si se inuicē fortunabūt: qm̄ si sic fue-
rit significabit profectū ⁊ bonitatem atq; cōcordiam

nati cū seruis. Si aūt inuicez se impedierint ɔ̄riū poteris iudicare: ⁊ s̄m illud qđ videris de bonitate vel malicia vtrorūq dñi. s. ascñtis ⁊ alioꝝ significatoruz q dicti sunt p̄multitudine testimonioꝝ boni vz aut mali s̄z illud iudicabis nā si dñs ascñtis bene se h̄uerit erga significatorē seruoꝝ ⁊ significator seruoꝝ erga dñm ascñtis bonitatē vtriusq erga aliū significabit. Si aūt inuicē male se habuerint vtrorūq malum iudicabūt. Qđ si vnus erga aliū se bñ habuerit ⁊ alius male se habuerit aduersus illuz vnus sequet bonum ⁊ alter malum a suo ɔ̄trario sic q̄ vnus erit alteri beniuolus alter vero illi maliuolus iudicabit.

¶ Capitulum. 2. de pecudibus ⁊ alijs animalibus que significantur per sextam.

Viso in precedētibus de seruis ⁊ ancillis ⁊ alijs in his que p̄cesserunt videndū est nunc de pecudibus ⁊ alijs bestijs que significant p sextā domū anteq ad infirmitates nati p̄ueniant. Visum est. n. sapiētibus antiq̄s q̄bus ego satis familiariter assentio q̄ res pecudū caprarū porcoꝝ aliorū animaliū tā bipediū q̄ ēt quadrupedium que non equitant nec iugant ⁊ auiū domesticatā atq mansuetaꝝ accipiat a domo sexta. Unde aspiciēda est sexta domus ⁊ aspiciēdus est eius dñs: similiter ⁊ mars ⁊ qualiter ipsi sint dispositi ⁊ in q̄bus locis ab ascendēte reperiantur vel alter eoꝝ: ⁊ vtrum sit mars directus vel retrogradus: q̄m ipse h̄z naturaliter significatuz sup aialibus supradictis. Unde cū ipse fuerit in ariete vel capricorno in ascendēte vel in. 10. vel ēt in sexta: fueritq iupiter aut sol aspiciēs eū a trino vel sextili aspectu: ipseq aliter fortunatus atq fortis liber ab impedimentis significat q̄ natus erit fortunatus in habēdo multitudinē animaliū predictoꝝ: ⁊ q̄ sequet bonuz vtilitatē ⁊ gaudiū ex eis ⁊ causa illoꝝ. Et eo magis si fuerit mars in aliqua suarū dignitatuz laudat ēt vt ipse sit in leone: similiter vt sit sexta domus ex signis predictis ⁊ dñs eius in aliquo illo iūctus cū aliqua ex fortunis vel in eius trino vel sextili aspectu ⁊ significat hoc q̄ habebit lucrū atq proficuum ex eis: ⁊ q̄ multiplicabunt ei ⁊ in ei⁹ vtilitatē. At si sexta dom⁹ fuerit taurus vel leo vel scorpio vel aquarius ⁊ Saturnus in ea vel aspexerit eā ab oppositiōe vel quarto aspectu significat q̄ natus tristabit ⁊ impediet cā predictoꝝ animaliū ⁊ damnū exinde patiet: ⁊ in leone fortius q̄ in alijs: in aquario vero minus. Et si mars vel iupiter h̄uerit tunc dignitatē in sexta mai⁹ erit impedimentū saturni nisi aliq̄s eoꝝ aspiciat illū a trino vel sextili aspectu ⁊ cū receptione ipsiq fortunati ⁊ fortes. ¶ Et dixit Aboaly q̄ si fuerit ibi aliqđ ex signis bestiarū ⁊ cōueniens fuerit ascendēs ⁊ dñs ascendentis fuerit cū marte aut in aspectibus ipsius ex locis laudabilib⁹ erit natus diligēs bestias ⁊ gaudens cum eis. Similiter si luna fuerit in locis predictis significat tantum q̄tum dominus ascendentis.

¶ Capl'm. 3. de infirmitate nati ac de eius morbo.

Dicto in his que p̄cesserunt in capitulo isto de seruis ⁊ ancillis nati ⁊ de ipsius animalibus paruis ⁊ que non equitant: restat nunc dicere de ipsius infirmitatibus atq morbis. Et differūt infirmitas ⁊ morbus. ¶ Infirmitas enim est accidens siue debilitas: corporis adueniēs ⁊ recedēs. ¶ Morbus vero est infirmitas siue accidens corpori adueniens ⁊ nō recedens. Unde oportet te considerare q̄ tu debes aspicere in natiuitate cuiusuis nati ascendens ⁊ eius dominū: sextam quoq ac eius dominum lunā ac dominum domus in qua ipsa fuerit ⁊ planetam qui fuerit in sexta si aliquis in eo reperiatur mercurium etiam ⁊ partem infirmitatum ⁊ planetā in cuius domo ipsa fuerit tam in nati morbo q̄ in eius infirmitate: loca similiter in quibus p̄dicti significatores fuerint videre almutez super locis illis ⁊ maxime super sextā domum que h̄z significare infirmitates nati ac eius morbos que si fuerit fortuna fueritq inter ip̄m ⁊ dñm ascendētis cōiunctio ⁊ eo fortius si receptio interueniat significat sanitatē nati ac ipsius prosperitatē: saluationem siquidē ab infirmitatibus atq morbis ⁊ q̄ eius īfirmitas atq morbi erūt pauci atq leues. ¶ Et dixit aomar q̄ erit fortunatus in aialibus ⁊ seruis atq v̄naculis si fuerit almutez super p̄dicta loca fortuna aut ɔ̄gruerit dño ascendētis. Si aūt almutez p̄dictus fuerit malus qualiscūq ipse fuerit ex p̄dictis significatoribus fueritq iūctus dño ascendētis vel fuerit in aliquo anguloꝝ vel succedentium impediens dñm ascendētis vel ip̄m ascendēs quocūq impedimento ip̄m impedierit significat q̄ natus erit iuolutus ac impeditus multis infirmitatibus multisq morbis. Qđ si fuerit almutez saturnus significat q̄ eius infirmitates vt multū erunt de cā frigida ⁊ sicca: erunt sil'r prolixe vt sunt cancer gibbositas podagra epilenpsia yposarca anasarca morphea elephācia paralisis ⁊ similes egritudines incurabiles vel quasi incurabiles seu multum difficiles ad curandum. At si mars fuerit almutez fueritq in aliquo anguloꝝ iunctus cum dño ascñtis impediēs ip̄m significat q̄ infirmitates nati eiusq morbi fient de cā calida ⁊ sicca sicut sunt illi qui fiūt de colera rubea vel ēt de sanguine vt sunt febres acute frenesis ⁊ apostemata que non facile maturant. ¶ Et dixit aomar pars azemena qđ est accidens inseparabile cum luna in nona ⁊ mars in octaua fuerint in signis mēbrorum abscisorum in natiuitate abscindetur aliqđ membrorum eius ferro. Similiter si fuerit mars cū luna in alia quarta ⁊ ascendens fuerit impeditum ab aliquo malo inuenient natū accidentia in membro signi in quo fuerit luna vel in oculo sinistro in natiuitatibus diei: ⁊ in oculo dextro in natiuitatib⁹ noctis. Et dixit luminaria cū fuerint in coniunctione vel preuentione ⁊ mali fuerint in quarto aspectu coniunctionis vel preuentionis ⁊ ascenderit malus postea natus amittet a sole oculum dextrum: ⁊ a luna sinistrum. Preterea si vtrūq luminare fuerit impeditum ex quarto aspectu malorum vel eorum oppositiōe vel fuerit in eius ɔ̄iunctiōe corporali vel nō aspexerit illud aliqua ex fortunis perdet oculum significatum per illud luminare. Si autem vtrunq luminare fuerit impeditum perdet vtrūq oculum. ¶ Et dixit aomar si fuerit luna impedita in natiuitate subaudi in aliquo signo a malis absq proiectione radiorum fortunaꝝ ad ipsum terminum destruetur ipsum membrū quod pertinet ad ipsum signuz in quo fuerit luna. Et dixit cuz luna fuerit in signis que significant impedimentum in oculis vt cancer leo scorpio sagittarius capricornus ⁊ aquarius significat impedimentum oculorum similiter ⁊ ascendens. Et dixit cum luna fuerit in sagittario siue impedita fuerit a malis siue non accidet ei impedimentum in oculis ⁊ timetur super eum cecitas nisi aspexerit eam fortuna subaudi. Quod si fuerit luna impedita in geminis vel in libra vel aquario a marte significat putredinem oculorum ac ipsorum lippitudinem. ¶ Et dixit Aomar lepraz nisi aspexerit eam aliqua ex fortunis. At si fuerit impedita in cancro

vel ſcorpione vel piſcibus a Saturno ſine aſpectu:
fortune ſignificat canceres podagras bociũ ꝛ leprã al
baras ꝛ ſquinantes. ¶ Et dixit tiberiadis cum luna
fuerit in quarto aſpectu ſolis aut cũ eo in vno ſigno
ſubaudi combuſta: aut in q̃rto aſpectu martis vel in
eiꝰ oppoſitione combureẗ natꝰ igni. Et ſi venꝰ fuerit
impedita ſimul a ſaturno ꝛ a marte ꝛ a ſole atqꝫ mer
curio i natiuitate alicuiꝰ ſine aſpectu fortune abſcin
deẗ virilia nati. Q̃ð ſi aſpexerit eam dñs. 8. vel fue
rit aliqs predictoꝝ dñs. 8. morieẗ natus ex abſciſione
illa. Si qdem dñi triplicitatis ſigni in quo fuerit tũc
venꝰ fuerint fortunati ꝛ fortes ac bñ diſpoſiti ſequeẗ
natꝰ dignitatem atqꝫ honorem per abſciſionem illã.
Et ſi fuerint impediti ſequeẗ inde malũ ſupra malũ
quoniam cadet illa de cã in triſtitiam ꝛ anguſtiaꝫ ꝛ
labores atqꝫ afflictiones ꝛ depreſſiones ꝛ detrimẽta
que non poterit vitare. Q̃ð ſi fuerit mulier exubera
biẗ nec erit ei cura de viris nec volet vti cũ eis nec ali
quo amore nec de aliquo venereo ſolatio curabit.
¶ Et dixit aomar luna cum fuerit in primo gradu
ſignorum vel fine eorum proiecerintqꝫ radios mali
ad ipſum terminũ ꝛ maxime ſaturnus diliget dile
ctione maxima ꝛ publicabitur ex hoc. At ſi fuerit ſa
turnus in domo infirmitatuꝫ vel fuerit in ſexta a ſi
gno in quo fuerit tũc luna vel fuerit in oppoſitione
vel in q̃rto aſpectu illorum locorum ſignificat mul
titudinem egritudinũ nati de frigida cauſa euenien
tium: ꝛ magis ſi fuerit in ſigno humido. Q̃ð ſi fuerit
mars in ſexta ab aſcẽdẽte vel in ſexta a ſigno in quo
fuerit luna vel in predictorum locoruꝫ quarto aſpe
tu vel in eorum oppoſitione ſignificat multitudineꝫ
egritudinum nati de calida cauſa euenientiuꝫ atqꝫ
velociter ad bonum vel ad malum terminantium.
Nam ſi aſpexerit dñs aſcendentis aut luna martem
a trino vel ſextili aſpectu nec recepit euꝫ ſignificat de
terminationẽ ad bonũ. Si aũt aſpexerit eum a q̃rto
aſpectu vel ab oppoſitione vel a quouis alio ꝛ rece
perit euꝫ ſignificat determinationẽ ad malũ: ꝛ ꝙ po
tius ſit ex egritudinibꝰ illis moriturꝰ q̃ꝫ nõ. Et ſi fue
rit luna ꝛ dñs domꝰ in qua ipſa fuerit ſilr̃ ꝛ ſignum
ſextũ liberi ab infortunis ſignificat nati a ſuis egritu
dinibꝰ liberationem. Si qdem luna ꝛ dñs domꝰ in
qua ipſa fuerit ꝛ dñs domꝰ infirmitatũ fuerint im
pediti ab infortunis ſignificat multitudinem egritu
dinũ nati diuerſaꝝ. ¶ Et dixit aboali ꝛ ſi malus fue
rit in aſcẽdente ꝛ maxime ſi mars fuerit in natiuita
tibꝰ diurnis: ꝛ ſaturnꝰ in natiuitatibꝰ nocturnis iun
ctus ſoli vel lune ſignificat debilitatem viſus vel de
ſtructioneꝫ oculi. Si aũt luminaria fuerint impedi
ta a malis vel a cauda iũcta eis ſignificat viſus debi
litatem vel oculi deſtructionem.. Et dixit cũ aũt lu
na iũcta fuerit malis vel in eoꝝ q̃rto aſpectu vel op
poſitione ꝛ in ſigno humido ſignificat ꝙ plures iſfir
mitatum nati erunt ex frigiditate ꝛ humiditate. Et
ſi fuerit in ſigno ſicco ſignificat egritudines ex calore
ꝛ ſiccitate.

¶ Caplm̃ quartũ in qua etate hec accidant.

ET ſi planeta qui habet ſignificare ĩfirmitates
fuerit orientalis erunt infirmitates in prima
medietate vite nati. Si aũt fuerit occidentalis erunt
in vltima medietate vite illius. Et ſi fuerit in aſcen
dente erunt in initio vite. Si vero fuerit in decima
erunt in collecta etate vite ſue. Quod ſi fuerit in ſe
ptimo erunt in declinatione vite ſue. Si vero fuerit
in quarto erunt circa finem vite ſue. Aſpicias etiam
eſſe illius ſignificatoris quoniam ſm̃ fortitudinem
ꝛ debilitatem ſuam erunt egritudines debiles. ſ. aut
fortes. ¶ Uidebis etiam ſi pars infirmitatum ꝛ do
minus domꝰ in qua ipſa fuerit fuerint liberi ab im
pedimentis quoniã illud ſignificat ſaluationem na
ti atqꝫ ſanitatem ac ipſiꝰ ab ĩfirmitatibꝰ ſaluationeꝫ.
Si autem fuerint impediti ſignificat ĩfirmitates atqꝫ
dolores graues vẽturos: ꝛ eo fortius ſi aliqua fortu
narum nõ aſpexerit eos vel ſaltim alterum eorum.
¶ Et dixit aboali ꝛ eſt verum: aſcẽdẽs enim ꝛ luna
ſunt ſignificatores corporis: ꝛ dñs aſcẽdẽtis ꝛ domi
nus domꝰ lune ſunt ſignificatores anime. Et ſi aſcẽ
dens ꝛ luna fuerint impediti a malis ꝛ domini eoꝝ
fuerint ſalui ſignificat ĩfirmitatem corporis nati ꝛ ſa
nitateꝫ anime ipſiꝰ. Et ſi aſcẽdẽs ꝛ luna fuerint libe
ri a malis ꝛ dñi eorum impediti ſignificat ſanitatem
corporis ꝛ pauorem ꝛ triſtitiam aĩe. ¶ Ptholomeꝰ
vero dixit ꝙ debemus ꝯſiderare aſcẽdẽs ꝛ ſeptimaꝫ
ꝛ etiam ſextam que naturalr̃ habet ſignificare infir
mitatem eo ꝙ ipſa cum aſcẽdẽte nullam habet ami
citatem. Debes ſimiliter conſiderare ſaturnum atqꝫ
martem ꝛ videre qualr̃ ſint diſpoſiti: nam ſi fuerint
ambo vel alter eorum in aliquo predictorum locoꝝ
vel aſpexerint illum a quarto aſpectu vel ab oppoſi
tione vndecũqꝫ aſpectꝰ ille adueniat ſignificat ꝙ na
tus pluribꝰ ĩfirmitatibꝰ atqꝫ impedimentis ſibi ad
uenientibꝰ infeſtabiẗ: ꝛ eo certius ſi cum hoc ſolem ꝛ
lunaꝫ inueneris impeditos. ¶ Et adhuc eo fortius
ſi fuerit illud impedimentum in angulis vel in eoꝝ
ſuccedentibus. Et iteꝝ magis ſi aliqs predictorum
malorum aſpexerit eos vel aliquem eorum. Et iteꝝ
plus ſi illi mali fuerint in angulis vel in eorum ſuc
cedẽtibꝰ ꝛ aſpexerint eos a q̃rto aſpectu vel ab op
poſitione: ꝛ etiaꝫ a trino vel ſextili ſi ne receptione ꝛ
erũt eiꝰ egritudines debiles que ꝑ aſcẽdens vel ꝑ ſe
ptimaꝫ vel ꝑ ſextã vel ꝑ ipſos malos ſignificanẗ ſm̃
quem predictoꝝ locorum almuteꝫ ſuꝑ infirmitatibꝰ
fuerit inuentum vt ſupra dictũ eſt.

¶ Capitulum quintum in quo membro euenient
ſupradicta.

ET accident egritudines in illa parte corporis
que ſignificaẗ ꝑ ſignum in quo infortunatuꝫ
ſiue impeditum fuerit almuteꝫ predictum ꝛ que fue
rit ſignificata ꝑ ipſum almuteꝫ. Quod ſi almuteꝫ ſi
gnificauerit vnam partem corporis ꝛ ſignũ in quo
ipſe fuerit ſignificauerit aliam accident predicta in
vtroqꝫ membro ꝑ ipſos ſignificato ſicut aries que ſi
gnificat caput: taurus collũ: gemini brachia ꝛc̃. ꝛ ſa
turnus oculum dextrum ſplenem veſicam ꝛc̃. iupi
ter manũ dextram pulmonem coſtas ꝛc̃. mars ocu
lum ſiniſtrũ ꝛ aurem ſiniſtram virilia ꝛc̃. ſol vtrũqꝫ
oculum ſed dextrũ magis faciem ꝛ quaſi totam par
tem corporis dextrã: ꝛ hoc ꝑꝑ ſuam diurnitateꝫ ꝛc̃.
venꝰ nates epar ꝛc̃. mercuriꝰ linguam interiora na
riũ ꝛc̃. luna ĩteriora gutturis epiglotũ ſtomachũ ꝛc̃.
in mulieribꝰ vẽtrem pudibũda ꝛ totã ſiniſtrã ꝑtem
ꝑpter ſuam nocturnitatẽ. ¶ Et dixit Ptholomeus
impedimenta contingent in maiori pᵗe cum infortu
natrices ſtelle que ſunt eorum occaſio fuerint orien
tales in figura vel a ſole. Infirmitates autem in ma
iori parte ꝛ ſi non ſemper tunc euenient cum eedem
ſtelle. ſ. infortunatrices fuerint occidẽtales vel in mũ
do vel a ſole eo ꝙ inter vtrũqꝫ iſtorum duoruꝫ eſt ſe
paratio vel differentia. Nam impedimenta nõ niſi
ſemel contingent nec multum durabunt eorum do
lores: infirmitates vͦo vel ſemper durabunt vel reci
procando contingent ſcilicet interuallatim. Et dixit

in rebus vero per quas particularia deprehendunt
accidentia cum ipse proprie experimētate sunt ⁊ ob-
seruate figure ⁊ qualitates inuente sunt infirmitates
⁊ impedimenta significantes: qđ deprehensuȝ est ex
accidentibꝰ que sequunt ⁊ accidūt in pte maiori ƀm
consimiles positiones stellaꝝ in qualitatibꝰ. Erit.n.
in altero oculoꝝ visus amissio cū luna sola fuerit im
pedita tm̄ in predictis angulis.s. orientali vel occidē
tali fueritqȝ ipsa hora ꝯiunctio vel preuentio: vel cū
fuerit in alia figura cū sole ⁊ habuerit alitisal cū ali-
qua stellaꝝ que nubibus assimilant: vel fuerit in tri
no vel sextili aspectu vel q̄rto velut stella nubilosa
que est in cācro: ⁊ pleyades que est in tauro: ⁊ acumē
sagitte sagittarij: cauda quoqȝ scorpionis: ⁊ id qđ est
circa aldhasera ⁊ q̄si funis vel trica ex partibꝰ leonis
calbeȝ necnō aquarij. Cūqȝ luna fuerit impedita in
aliquo anguloꝝ.s. quarto occidentalis a sole: ⁊ mars
⁊ saturnꝰ orientales luna quoqȝ ad martem ⁊ satur
num eunte vel ad alteꝝ ipsoꝝ: vel fuerit sol in quar-
to angulo ⁊ dicte due infortune ascenderint ante so
lem vel fuerint ei iūcte: ⁊ fuerint luminaria in vno ⁊
eodem signo ꝯiunta: vel fuerint opposita sibi inuicē
⁊ fuerint dicte due infortune occidentales a luna ac-
cident nato in vtroqȝ oculo impedimenta ⁊ accidet
hoc cū aliquo ictu vel ferro. Et si fuerit in ariete vel
leone vel sagittario accidet hoc cā ignis. ¶ Et si fue-
rint dicte infortune vel saltim mars cū mercurio iū-
cte accidet hoc ex ꝑlio vel ludo qui possit quodāmo
do prelio assimilari: vel accidet ab aliquo qui mo-
uebit iniquitate contra ipm natū. Si aūt fuerit mer
curius iūctꝰ cū saturno accidet hoc ex decursu aque
in oculū vel ex ipsoꝝ oculorū tortura ⁊ similibꝰ. Et
si luna fuerit in medietate orientali iūcta marti ⁊ ve
nus iūcta saturno cū mercurio modo predicto asso-
ciet: fuerit mars septentrionalis ab ea vel se innicem
oppositione aspexerint natꝰ sua virilia non habebit
aut vtroqȝ sexu funget vel nascet absqȝ ano vel eius
nimia ꝯstrictione. Et si fuerit mulier nō habebit sua
pudibunda vt debuerit. Et cū venus ita se habuerit
cum mercurio marte atqȝ saturno vt dictum est: fue
ritqȝ venꝰ petens solis ꝯiunctionē: fuerintqȝ lumi-
naria in signis ⁊ quartis masculinis ⁊ venus ⁊ luna
occidētales a sole dico: infortune quoqȝ in gradibꝰ
sequētibꝰ ⁊ venꝰ ⁊ luminaria impedita dixit Ptho
lomeus si natꝰ fuerit masculus mutilabit vel in suis
test iculis impedimenta patiet: maxime aūt cuȝ hoc
in leone ariete vel scorpione aut capricorno siue aq̄-
rio fuerit. Sed si fuerit mulier erit sterilis ⁊ fortassis
alicuiꝰ oculoꝝ impedimenta nō effugiet. Cōsidera-
bis etiam vtrū mercuriꝰ ⁊ saturnus sint in angulis
predictis cū luminari diurno: fuerit mercurius re-
trogradus occidentalis vadens ad solis ꝯiūctioneȝ
fueritqȝ luna in eoꝝ ꝯiūctione mercurij.s. atqȝ satur
ni qm̄ si sic fuerit significabit natū balbucientem fu-
tuꝝ ipsiusqȝ lingue tenacitatē: sȝ nō ex toto priuabit
locutione. Si aūt mars eis iungat significat minorē
lingue tenacitatem lȝ nō penitꝰ eā resoluat. Si autē
iupiter aspexerit eius lingua paruȝ impediet. ¶ Et
Ptholomeus dixit ꝙ scietur hoc per gradus dire-
ctionis qui fuerint inter ipm ⁊ luminare cuiꝰ fuerit
auctoritas. Iteꝝ si fuerint predicte infortune in prin
cipijs signoꝝ vel prope significat ꝙ erunt nati impe
dimenta ab vmbilico supra. Si aūt fuerint in fine
signoꝝ vel prope significat ꝙ erunt ab vmbilico in-
fra. Si aūt luna in illis locis fuerit impedita idē po
teris iudicare.

¶ Caplm sextum iterum de impedimentis supradi
ctis vbi erūt ⁊ qua de cā eueniant ƀm Ptholomeū.

Considerabis etiam vtrū luminaria vadant
ad ꝯiunctionē dictaꝝ infortunaꝝ martis atqȝ
saturni ipsis in angulis existētibꝰ vel fuerint in eoꝝ
oppositione: lunaqȝ in çençahar alicuiꝰ eoruȝ vel in
eiꝰ cauda existente vel in capite vel in cauda draco-
nis vel in signis infirmitatū que sunt vt ait Ptho-
lomeus aries taurus cancer scorpio capricornus: qm̄
significabit hoc ꝙ natꝰ erit gibbosus vel habebit ali
qđ mēbrū destructū vel inuadet eū açemena vt clau-
dicatio dislocatio aut alicuiꝰ mēbri officialis dimi-
nuto. At si fuerint infortune iūcte cuȝ luminaribus
corporalr̄ vel ab oppositiōe vel a quarto aspectu in
hora natiuitatis ideȝ poteris nūciare. Qđ si dicte for
tune fuerint in decima fuerintqȝ a luminaribus se-
ptentrionales vel fuerint luminaria in quarta signi
ficat ꝙ ista impedimēta ⁊ iste infirmitates vt multū
venient per accidentia multum magna ex q̄bus se-
quunt terrores maximi atqȝ vltimati sicuti sunt sub
mersio precipitatio in manꝰ inimicoꝝ capitaliū seu
desperatoꝝ latronū aut viaꝝ abscisoꝝ nulli parcen-
tium casus vel per equi calcitrationeȝ: vel bouis cor
nicationem ⁊ silia. Qđ si mars fuerit septētrionalis
ab ipsis luminaribꝰ fueritqȝ almuteȝ sup aliquo ex
locis predictis accidēt predicta impedimēta occasio-
ne ignis vel alicuiꝰ cōbustionis vel magnoꝝ vulne-
rum illatione. Si autem saturnus fuerit septentrio
nalis fueritqȝ almuteȝ accident impedimēta que po
terūt nato euenire ꝑdictis occasionibꝰ submersione
vel ꝑcipitatiōe ⁊ paralisi. ¶ Impedimēta q̄deȝ que
accidūt frequentiꝰ cū luna in duobꝰ punctis eqno-
ctialibꝰ ⁊ in duobꝰ solstitialibꝰ existit si luna tm̄ ⁊ si-
gna ipsa fuerint ipedita sunt hec: qm̄ cuȝ ipsa fuerit
in puncto eqnoctiali vernali tūc ipedimētū accidens
nato erit ꝓprie morphea ⁊ sunt macule albe ⁊ lepre
pticulares ⁊ sunt curabiles. Et si fuerit in pūcto sol-
stitiali estiuali erit ipetigo vel herisipila ⁊ silia. Et si
fuerit in puncto eqnoctionali autūnali erit albaras
⁊ silia. Et si fuerit in pūcto solstitiali hyemali frequē
tius ꝯtingēs erit lentigo. ¶ Cōsiderabis etiam si fue
rint dicte infortune saturnꝰ ⁊ mars in angulis iūcti
cū luminaribꝰ vel cū altero eoꝝ si fuerint orientales
ab eis: qm̄ si fuerit saturnus significabit egritudines
natū demacrantes ꝓꝑ humoꝝ frigiditatē ⁊ desiccan
tes eiꝰ mēbra atqȝ vulnera atqȝ nati corpus ifirmita
tibꝰ plenū ethicam tussim vulnera intestinoꝝ ⁊ alia
vulnera occulta: ⁊ q̄sdam alias egritudines ipsiꝰ na
ti corpus exterminantes ⁊ desiccātes ⁊ aliq̄n ipm le
prosuȝ faciētes. Qđ si fuerit mulier egrotabit in suis
pudibūdis. Qđ si fuerit mars significabit vt multuȝ
egritudines de cā calida ⁊ sicca: sputū siq̄deȝ sangui-
nolentū ⁊ etiā fetidū: ⁊ pulmonis vlcerationeȝ atqȝ
trachee arterie: sensus amissionem scabiem aposte-
mata pulmonis atqȝ concauitatum prouenientia
ex sanguine adusto atqȝ colerico: ⁊ etiam euenient
ipsi nato impedimenta ex vulneribꝰ ⁊ incisionibus
atqȝ adustionibus in eum illatis vel factis propter
aliquas suas egritudines ⁊ maxime occultas vt sūt
fistule atqȝ ficus ⁊ similia que in corpore nascuntur
⁊ augmentantur atqȝ assunt vlcera calida ignea nec
non ⁊ vlcera que corrodendo crescunt: ⁊ in mulieri
bus egritudines q̄ sibi eueniunt ꝓꝑ aborsus ⁊ alios
ineptos partus. Considerabis etiam mercuriū qui
si fuerit cum aliqua predictarum infortunarum in
aliquo predictorum locorum ⁊ non aspexerit eos

aliqua ex fortunis iuuabit illā infortunā in augmē
tando suam malitiam in egritudinibꝰ atqꝫ impedi-
mentis exercendo: augmētando suam malitiam in
qualibet specie cuiuslibet egritudinis. ¶ Juuant ēt
signa dictas īfortunas in augmentando malitiam
ipsaꝝ in egritudinibꝰ. Nam cū fuerit ascendens vel
septima vel sexta vel fuerit ꝯiunctio predictaꝝ infor
tunaꝝ in cancro vel capricorno vel piscibꝰ vel leone
vel scorpione que sunt signa egritudinū nec tñ sola:
iuuant predicte infortune in egritudinibꝰ que corro
dendo augmētant vt cancer fistule ipetigines ⁊ sil'ia
carnes nati corrodentia ⁊ lepre: gemini vero ⁊ sagit-
tarius iuuant eas in faciendo epilēpsiam siue mor-
buʒ caducū ⁊ sil'ia. Cūqꝫ predicte stelle fuerint in vlti
mis partibꝰ signoꝝ significabūt ꝙ infirmitates nati
erūt in partibꝰ postremis illiꝰ ⁊ accidet hoc propter
impedimenta ei ꝯtingentia ⁊ pp discrasiaʒ humoꝝ
quoruʒ occasione erit lepra ⁊ podagra ⁊ ciragia nisi
aliqua ex fortunis aspiciat tūc illas īfortunas vel eis
corporalr̄ iungat: ⁊ erūt īfirmitates atqꝫ impedimē-
ta que illa de cā prouenerint valde grauia ⁊ incura-
bilia ¶ Et dixit Ptholomeus idem eueniet cū eis
associant fortune fuerintqꝫ īfortune sup ipsas eleua-
te vel magis fortes: cum aūt in suis dignitatibꝰ ⁊ for
tiores infortunis que sunt opeꝝ occasiones fortune
fuerint tunc non erūt impedimenta turpia nec vere
cūda sed erūt infirmitates leues: hoc aūt eueniet cuʒ
fortune fuerint orientales. Et dixit iupiter enim im
pedimenta occultat ⁊ facit qescere infirmitates. s. cū
iuuaminibꝰ extrinsecis vt medicoꝝ ⁊ etiaʒ cū expen
sis: ⁊ eo magis si mercuriꝰ cū eo fuerit. Et dixit venꝰ
aūt decorabit impedimenta. s. qꝛ illa occasione natꝰ
vouet se deo ⁊ sic liberabit ab impedimentis ⁊ infir
mitatibꝰ vel saltim ipsa alleuiat: ⁊ etiaʒ iustorum in-
cantationibꝰ vel exorcismis ⁊ diuinis prolationibꝰ
⁊ experimentis ⁊ medicaminibꝰ eas aliqñ delitesce-
re facit velut aliqñ in somnijs ⁊ apparitionibus vt si
videat sibi dici dormiendo vade ad talem cruceʒ vel
ad talem sanctū vel ad talē locū ⁊ liberaberis ⁊ aliqñ
sic euenit. Jsta tñ lʒ pendeant a fide non sunt ob hoc
abijcienda: multuʒ. n. opat ⁊ valet fides in oi re. Et
dixit siqdem saturnꝰ cū venere iunctꝰ fuerit erit hoc
notū ⁊ manifestū vel eoꝝ eqpollens. At si fuerit cum
ea mercuriꝰ fiet hoc cuʒ ꝓficuo ⁊ lucro patientis qđ
eueniet ei cā illius egritudinis.

¶ Caplm̄ septimū de impedimētis aīe ac de ipsiꝰ in
firmitatibꝰ atqꝫ modis.

Facta superius mentione de īfirmitatibꝰ cor-
poris ac de ipsiꝰ impedimentis: restat nūc vi
dere de infirmitatibꝰ aīe de ipsiusqꝫ impedimentis
aliqd subiūgendū. Et differūt infirmitates ⁊ impe-
dimenta: nam infirmitates anime prout ipsas acci-
pit astrologus principalr̄ sunt due magnanimitas
⁊ pusillanimitas: ⁊ iste due vix aut nunqꝫ possunt
curari: licet forte aliqñ alique curent ex ipsis: nā ma
gnanimꝰ magna vilipendit: pusillanimꝰ parua ma
gnificat ꝓut dicit alias. Quedam alie sunt scđarie vt
alacritas tristitia iracūdia ⁊ sil'ia que facile curant ⁊
remouent ab anima ⁊ recedūt. Impedimēta vō aīe
vt ꝓlurimū nō recedūt sed q̄si semp inseparabilr̄ in
sunt vt cū aīa debeat esse sapiens sm̄ eq̄litatē ⁊ boni
tatem ipsa est sapiens excedēter ita ꝙ ex illo excessu
sit decepta vel sit minꝰ sapiens q̄ʒ esse debeat ita ꝙ ne
sciat cauere a malefaciēdo vel sit impetuosa vltra q̄ʒ
debeat vel minꝰ timida. Oīa ista ⁊ sil'ia ipedimenta
sunt anime ⁊ talia que vix aut nunq̄ʒ ab ea recedūt.

¶ Uñ tu debes aspicere in natiuitate cuiussuis nati
quale sit esse mercurij atqꝫ lune cū eoꝝ interfit hoc si
gnificatū ostēdere qualr̄ ad inuicē se habeant: ⁊ vtꝝ
ipsi sint in angulis vel in eoꝝ succedētibꝰ ⁊ vtrū iun
gant cū infortunis corporalr̄ vel per aspectuʒ: qm̄ si
fuerint ambo simul iūcti vel fuerint iūcti cū infortu-
nis in ascēdente fuerintqꝫ ille īfortune septentriona
les ab eis vel obsesserint eos vel fuerint eis opposite
significabit hoc aīam nati multoꝝ impedimentoruʒ
futuram. Idem poteris dicere si almuteʒ sup ascen-
dens a dictis infortunis aliquo predictoꝝ modorū
fuerit impeditū. Alie aūt anime q̄litates que modū
non transgrediunt nec nimis infra subsistunt com-
mendabiles approbabilesqꝫ dicent. Si aūt alie q̄li-
tates que predictis modis nō fiunt sed propter exce
dentiam tꝑamenti nature supuenerint infirmitates
anime dici poterūt. Accident tñ hec aīe irrōnali ⁊ nō
accident rōnali. Et accident aliqñ q̄daʒ egritudines
que nō sunt aīe rōnalis lʒ forte videat i pte apta nata
posse suscipe impressiones sicut videmꝰ in qbusdam
epilenticis in quoꝝ natiuitatibꝰ luna ⁊ mercurius
nō associant simul nec cū dño ascēdentis nec cū eius
almuteʒ: fueritqꝫ saturnꝰ in angulo in natiuitatibus
diurnis ⁊ mars in nocturnis. ¶ Et dixit Ptholo-
meus ita tñ ꝙ ipse huic q̄litati dñet. s. saturnꝰ in di-
urnis vel mars in nocturnis. Quod si natiuitas fue
rit nocturna tūc predñabit saturnꝰ: ⁊ mars vō in die
illi q̄litati. Et egritudines ille que tunc supuenerint
aīe dicent insania ⁊ sil'ia: ⁊ eo magis si luna ⁊ mercu
rius nō associent simul vel cū dño ascēdentis ⁊ aliqs
predictoꝝ malorū sit in angulo ⁊ fuerit hoc in cācro
vel sagittario piscibꝰ. Saturnꝰ tñ magis demonia-
cos: mars vō magis furiosos efficiet. Et accidēt ista
ex supflua humiditate abūdāte i eoꝝ cerebris: ⁊ erit
eoꝝ occasio existētia īfortune in angulis cum q̄litate
predicta: ⁊ eo magis si fuerit saturnus in suo esse vel
mars in suo super lunam eleuatus ⁊ ipsa iuxta exi-
tum de sub radijs solis ⁊ dñs domꝰ in qua ipsa fue
rit iunctus saturno fueritqꝫ natiuitas cōiunctiona-
lis: vel marti ⁊ natiuitas sit ꝓuentiōalis: ipso quoqꝫ
in sagittario vel piscibus cōmorante. Si vero satur
nus ⁊ mars in natiuitatibꝰ predominent fuerintqꝫ
ambo almuteʒ super ipsa erunt predicte infirmita-
tes epilempsia insania mania ⁊ similia incurabiles
non tamen multuʒ intense nec multū palificabunt.
Quod si iupiter ⁊ venus in loco predictarum infor
tunarum fuerint: fuerintqꝫ in ascendente: infortune
vero in septima erunt egritudines predicte curabi-
les etiam si multum videantur intendi. Quod si so
lus iupiter cum luna iungat significat egritudines
illas tam per dietas q̄ʒ per medicinas minus tamē
grauiter curaturas. At si venus sola lune associetur
significat ꝙ psalmis vel exorcismis vel incantationi
bus vel alicuius sancti precibus siue intercessionibꝰ
aut diuinis orationibus ⁊ similibus videtur ꝙ cu-
rari possit. Si vero īfortune predicte fuerint in ascē
dente: iupiter vero ⁊ venus fuerint in septima exi-
stente qualitate predicta significat egritudines predi
ctas incurabiles ⁊ intensas valdeqꝫ fortes ⁊ manife
stas ⁊ clamorosas atqꝫ timorosas futuras: ⁊ ꝙ tales
infirmi erunt instabiles nec retinebuntur nisi vin-
culati siue incarcerati: ⁊ ꝙ contra quoslibet taʒ suos
q̄ʒ alienos turpia verecundabiliaqꝫ dicent: turpiaqꝫ
facta similiter exercebunt. In demoniaca vero in-
firmitate dicetur ꝙ eius occasio sit quedam humidi
tas que nato sensum aufert ⁊ post ablationē sensus

eum furere facit: nec dimittit eū vti sensibꝰ corporeis
⁊ sic dum aliquando furia torquentur ⁊ etiam cum
aliqñ furia non vexant futura predicunt: ⁊ aliqñ fa-
ciunt hi tales insultū in homines ⁊ ꝑcutiunt ipsos ⁊
his siłia faciunt. ¶ Sunt ⁊ alie qualitates aliarum
stellaꝝ iuuantes qualitates predictas. Naz si sol fue-
rit cum marte in predictis locis vel in angulis ⁊ spe
cialiter in ascendente vel in septima augebunt insa-
niam. Si vero iupiter cum mercurio societatem ha
buerit augmentabit epilempsia. Venꝰ vero augmē
tat ea que predicuntur per predictos infirmos. Si
quidem saturnus cum luna in predictis locis per-
manserit passiones demoniacas ⁊ humiditatuz no-
ciuarū abundantiam augmentabunt: impedimen-
ta similiter ac anime rationalis nocumēta eiusqꝫ in-
firmitates accrescent. Et he predicte īfirmitates sunt
ille que cura predictarum qualitatum curari cōsue-
uerunt. Ea vero que differum a predictis illa. s. que
recipiunt dispositionem in anima non rationali cū
augmento vel diminutione considerantur in rebus
naturaliter accidētibus ⁊ in vtroqꝫ sexu apparebūt:
ad que videnda ⁊ cognoscenda oportebit nos assu-
mere talem modum per quem ad eorum cognitio-
nem peruenire possumus videlicet aspiciamus so-
lem si cum luna associatus non fuerit nec cuz domi-
